Digitized by Google

IX. B

Digitized by Google

43
4 F
19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA
ECCLESIASTICA
PER ANNOS DIGESTA

VARIISQUE OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA

AUCTORE

GASPARE SACCARELLO

TAURINENSI

CONGREGATIONIS ORATORII ROMANI PRESBYTERO

TOMUS DECIMUSNONUS.

AB ANNO JESU CHRISTI 880. USQUE AD AN. 965.



ROMÆ MDCCLXXXIX.

EX TYPOGRAPHIA PAULI JUNCHI.

SUPERIORIBUS ADPROBANTIBUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADPROBATIONES.

VOlumen decimum nonum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, quam CL. P. Gaſpar Saccarelli ſtrenue proſequitur, adcurate legi, nec quidquam offendi catholicæ fidei, boniſque moribus adverſum. Itaque publica luce, donari poſſe cenſeo.

In quorum fidem &c. E Bibliotheca Vaticana III. Kalendas Sextilis 1789.

Joſeph Canonicus Reggi,
Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.

JUſſu Rmi Patris Mariæ Mamacchi S. Palatii Apoſtolici Magiſtri legi decimumnonum hunc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tomum a Cl. Viro Gaſpare Saccarello Congregationis Oratorii de Urbe Presbytero elaboratum, in eoque nihil catholicæ Fidei, probiſque moribus adverſum inveni, quin potius univerſa quæ continet ad ſanioris critices regulas exacta eſſe animadverti: quo vel ſolo nomine, quantum ejuſdem Hiſtoriæ ſtudioſis commendari debeat, nemo non intelligit. Eum igitur publica luce dignum cenſeo.

Joſeph Theoli S. Theol. D.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Fr. Xav. Paſſari Archiep. Lariſſen. Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Maria Mamacchi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

HISTORIA ECCLESIASTICA

JESU CHRISTI AN. 880. JOANNIS 8. PAPÆ AN. 9.
CAROLI CRASSI IMP. AN. 1. BASILII IMP. AN. 14.

Voluminis hujus initio Photius etſi repetitis anathematum vinculis obſtrictus, & CPolitana ſede non ſemel dejectus, iterum in eadem ſede reſtitutus in ſcenam redit, & CPolitana, ſeu Photiana ſynodo hujus anni initio abſoluta, Apoſtolicæ ſedis legati Paulus, & Eugenius, cum Petro Presbytero in urbem reverſi, litteras Imperatoris, & Photii ad Joannem Papam detulerunt, quibus eum non ſolum de Photii reſtitutione, redditaque eccleſiis pace certiores reddebant, ſed etiam de Bulgarorum reditu in Rom. eccleſiæ poteſtatem, ſpemque faciebant, fore ut de tutandis Italiæ littoribus, inſtructa claſſe, Imperator Baſilius ſollicitus eſſet. Quare his acceptis, Joannes Papa, cum adhuc, quid in ea ſynodo geſtum eſſet, ignoraret, Baſilio, & Photio reſcribens, gratias egit, ac poſt plurima de reddita eccleſiis pace ob Photium ſedi CPolitanæ reſtitutum, hæc addit. *Nunc itaque pro tanta devotione, animique veſtri ſinceritate, quam non ſolum verbis, ſed etiam luciſluis operibus circa Eccleſiam ſancti Petri, & noſtram paternitatem oſtendiſtis, immenſas poſt Deum ſereni-*

JESU CHR. AN. 880. Apoſtolicæ Sedis Legati Romam redeunt.

Joannis Papæ epiſtola ad Baſilium. 251.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 880.

tati veſtræ gratias agimus. Primo quidem, quod Dromones, naves ſcilicet, veſtras, qui pro defenſione terræ ſancti Petri in noſtro manerent ſervitio, nobis miſiſtis. Secundo quod monaſterium ſancti Sergii juxta veſtram regiam urbem conſtitutum, quod ſancta Romana Eccleſia jure proprio quondam retinuit, divina inſpiratione repleti, pro bonore Principis Apoſtolorum noſtro præſulatui reddidiſtis. Tertio vero vobis grates multas referimus, quia Bulgarorum diœceſim pro amore noſtro gratanti animo, S. Petro, ut juſtum erat, permiſeritis habere &c. Ne tamen doloſis verbis, vel promiſſis deciperetur, ſe tantum ea recipere, quæ Photii reſtitutionem ſpectabant, teſtatur, ac ſubdit. *Etſi fortaſſe legati noſtri in eadem ſynodo contra Apoſtolicam præceptionem egerint, nos non recipimus, nec judicamus alicujus exiſtere firmitatis. Data idibus Auguſti indict.* 13. Hacque cautione adhibita, quælibet in ea ſynodo contra Apoſtolicæ ſedis mandatum geſtum fuerat, de abroganda ſcilicet ſynodo octava CPoli ſub Hadriano Papa celebrata, deque tollenda voce Filioque ab Apoſtolico ſymbolo, irrita declaravit, etſi iis Apoſtolicæ ſedis legati, ab Imperatore, & Photio officiis, muneribusque captivati, non ſine maxima injuncti officii prævaricatione, conſenſum ſuum præbuiſſent.

Ioannis Papæ epiſtola ad Photium. 250.

2. In epiſtola altera ad Photium, ſe pro eccleſiarum pace in ipſius reſtitutionem conſenſum ſuum præbuiſſe ſcribit, Photium deinde arguit, quod multa ibidem contra Apoſtolicæ ſedis mandatum geſta fuerint, veniamque in ſynodo petere recuſaverit, perinde ac ſi nihil pœnitendum commiſiſſet, pacem nihilominus cum eo ſe ſervaturum ſpondet. *Sed cum nos*, inquit, *ſcriptis, & verbis miſericorditer tecum ſpecialiter agendum eſſe decrevimus, mirandum valde eſt, cur multa, quæ nos ſtatueramus, aut aliter babita, aut mutata eſſe noſcantur. Et neſcimus cujus ſtudio, vel neglectu variata monſtrentur.* Redarguit eum præterea, quod cum ſcripſiſſet Joannes, ab Apoſtolica ſede miſericorditer cum ipſo agendum fore, ob idque ipſe coram Synodo miſericordiam ejus implorare debuiſſet: non ſolum id facere neglexiſſet, ſed ſuperbo faſtu vane jactaſſet, ſe nihil perperam egiſſe, cujus rei gratia, veniam implorare debuiſſet, quæ ſane Dei judicio Joannes relinquenda cenſet. Interea *ſi tu debitam devotionem*, addit, *& fidelitatis incrementa erga ſanctam Romanam*

manom eccleſiam & noſtram parvitatem obſervare ſtudueris, & ut fratrem amplectemur, & ut chariſſimum proximum retinebimus. Non & ea, quæ pro cauſa tuæ reſtitutionis ſynodali decreto Conſtantinopoli miſericorditer acta ſunt recipimus. Et ſi fortaſſe noſtri Legati in eadem ſynodo contra Apoſtolicam præceptionem egerunt: nos nec recipimus, nec judicamus alicujus exiſtere firmitatis. Hæc ad Photium Joannes.

Marinum legatum CPolim Joannes mittit.

3. Has litteras Marino Epiſcopo, qui non multo poſt in Pontificatu Joannis ſucceſſor fuit deferendas Joannes dedit, qui CPolim profectus, ac munere ſuo egregie perfunctus, cum geſtis in Photiana ſynodo conſenſum præſtare renuiſſet, in carcerem Baſilii Imp. juſſu conjectus, ibidemque per triginta dies detentus, ac poſtea dimiſſus, anno ſequenti Romam rediit, annoque 882., Joanne Papa defuncto, Romanus Pontifex ordinatus eſt, ut ibidem dicturi ſumus, de geſtis autem ejus dum CPoli eſſet, hæc Stephanus Marini ſucceſſor in epiſtola ad Baſilium Imp. adnotat. *Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam, tu enim in univerſo orbe Deo dilectum prædicamus, ſed tantum ad noſtram defenſionem, & Marini majorem gloriam, qui eadem ſenſit & ſapuit cum prædeceſſore, & doctore noſtro ſanctiſſimo Papa Nicolao. Et qui dum voluit adimplere, quæ illi de ea viſa fuerant, gemina ſcilicet legatione, Conſtantinopoli in maximum devenit apud vos contemptum, & ludibrium divinus ille Marinus: Et cum noluerit ſimul duci cum iis, qui aliena ſentiebant, & quæ ipſe coram tua majeſtate ſynodo geſſerat, diſſolvere & annullare, ac irrita reddere: propterea triginta diebus carcere fuit detentus, id ſibi gloriæ potius tribuens, quam contumeliæ pro veritate pati.* Hæc Stephanus ad Baſilium Imperatorem.

Joannes Papa Photium condemnat.

4. Ceterum ab ipſo Joanne Pontifice, antequam e vivis excederet, Photium damnatum, excommunicatumque fuiſſe Formoſi Papæ litteræ ad Stilianum edocent, ad quarum finem ponitur ſeries ſynodicarum ſententiarum, & decretorum Romanorum Pontificum, quæ pronuntiata fuerant adverſus Photium, ubi recitatæ ſunt, quæ a Nicolao Papa, quæ etiam ab Hadriano adverſus eum ſunt promulgatæ ſententiæ: cum ad ſucceſſorem vero Hadriani Joannem hunc ventum eſt, primo ponitur ſententia ab ipſo contra Photium, cum adhuc eſſet Hadriani Archidiaconus, publice recitata, &

A 2 dein-

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 880. deinde, quæ poſtea, cum eſſet Pontifex, dicta eſt, nam hæc ibidem ſcripta reperiuntur: *Hunc ſententiam promulgavit Papa Hadrianus, & Archidiaconus ejus Joannes, qui illi ſucceſſor fuit. Atque alta voce coram ipſo ita proclamavit: In Photio completum videmus, domine ſanctiſſime & Oecumenice Papa, illud Pſalmi: Dixit peccator ut delinquat in ſemetipſo, non eſt timor Dei ante oculos ejus: Poſuit in cœlum os ſuum, & graveolens ejus guttur aperuit Photius adverſus Clavigerum Apoſtolicæ Sedis. Accendatur itaque, ut ignis zelus tuus, & accingere, ut vir ſuper femur tuum, & contumeliam Apoſtolicæ ſedis, ut juſtus judex, vindica, & falce ſententiæ tuæ abſcinde memoriam ejus, & illos, qui eum ſequuntur, vel tuentur anathematis vinculo conſtringe, & niſi propria voce, vel ſcriptione ipſum damnaverint, ut neque laicali communione recipiantur. Qui hæc dixit Joannes, Hadriano in Sede ſucceſſit, & anathemate Photium damnavit, quando ille ſeduxit Eugenium, & ejus ſocios, qui pro rebus Bulgariæ venerant: Cum enim accepiſſet Evangelium, & ambonem conſcendiſſet, omnibus audientibus, ita dixit: Quicumque non habet damnatum Photium divina ſententia, ſicut ipſum reliquit Nicolaus, & Hadrianus ſanctiſſimi Papæ prædeceſſores mei: ſit anathema &c.* Et in epiſtola Joannis noni ad Stilianum, qua profitetur ſe eadem ſentire, eodem loco habere Photium, & omnes Patriarchas Conſtantinopolis ab Ignatio uſque ad Antonium, quo habuerunt omnes ſui prædeceſſores Romani Pontifices, inter quos numerat & Joannem his verbis. *Volumus igitur, ut etiam nunc ſecundum eamdem regulam, decreta ſanctiſſimorum Pontificum predeceſſorum noſtrorum inconcuſſa maneant. Quapropter, & Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium ſicut ſanctiſſimus Papa Nicolaus, Hadrianus, & Joannes, & Sextus Stephanus, & univerſa Romanorum Eccleſia hucuſque tenuit, etiam nos eodem ordine recepimus, & tenemus &c.* Sicque Joannem Papam ea omnia, quæ in Photii reſtitutionem egerat, retractaſſe compertum eſt.

Concil. tom. 9. pag. 494.

Joannes Papa legatos Apoſtolicæ ſedis damnat.

5. Eademque cenſura, & anathematis ſententia ab eodem Pontifice Apoſtolicæ ſedis legatos Paulum, Eugenium Epiſcopos, & Petrum Presbyterum tamquam prævaricatores damnatos fuiſſe, dubitari vix poteſt: Et ſane in eodem Codice, ubi geſta adverſus Photium continentur, poſt decretum

tum, quo octava ſynodus CPolitana ſub Hadriano Papa celebrata confirmabatur, hæc etiam de Joanne Papa ſubjiciuntur. *Joannes vero occaſione Bulgaricæ provinciæ miſit Eugenium, & ejus ſocios, adhuc ſuperſtite Ignatio Patriarcha, quos cum detinuiſſet Photius, & variis modis coegiſſet, adduxit eos, ut ſecum communicarent, & alios etiam errare fecerant, qui Romam reverſi ab Joanne in Ambone illos anathemate damnante fuerunt depoſiti*. Hæc ibi, atque de his hactenus.

Methodius Moraviæ Archiepiſcopus accuſatur. *epiſt.* 194, & 195.

6. Interea cum Methodii Moraviæ Archiepiſcopi fides apud nonnullos ſuſpecta eſſet, de his admonitus Joannes Papa ab quodam barbaro, nomine de Marcuna dicto, eidem ſcribens Pontifex, ut catholicam cum Romana eccleſia fidem retineret, hortatus eſt, mirarique ſe addit, ejus fidem apud quoſdam ſuſpectam eſſe, quem ideo Romam advocaſſe admonet. *Quia vero audivimus, quia Methodius veſter Archiepiſcopus ab anteceſſore noſtro, Hadriano ſcilicet Papa, ordinatus, vobiſque directus, aliter doceat, quam coram ſede Apoſtolica ſe credere verbis, & litteris profeſſus eſt, valde miramur, tamen propter hoc direximus illi, ut abſque omni dilatione ad nos venire procuret, quatenus ex ore ejus audiamus utrum ſic teneat, & credat, ſicut promiſit, aut non*. Extatque adhuc epiſtola ſequens ad eum data, qua jubet, ut Romam ad dicendam cauſam adeſſet: inter cetera relatum ipſi fuerat, quod Methodius in lingua barbara Miſſas celebraret. *Audivimus enim*, ait Pontifex, *quod Miſſas cantes in barbara, hoc eſt in Sclavina lingua, unde jam litteris noſtris per Paulum Epiſcopum Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua ſacra miſſarum ſolemnia celebrares, ſed vel in latina, vel in Græca lingua, ſicut eccleſia Dei toto terrarum orbe diffuſa, & in omnibus gentibus dilata cantat. Prædicare vero, aut ſermonem in populo facere tibi licet, quoniam pſalmiſta admonet*, ut omnes gentes laudent Dominum &c.

Miſſas in lingua barbara celebrare Joannes vetat, pſalmodiam permittit. *pſalm.* 116.

Methodii fidei integritas probatur *epiſt.* 247.

7. Has litteras cum anno proximo accepiſſet Methodius, Romam hoc anno profectus, catholicam se fidem tenere, ac prædicare, fidei confeſſione oblata, probavit. Quare idem Joanaes Papa ad Sventopulchrum Comitem, ſive ducem Moraviæ litteras dedit, quibus de chriſtiana fide inter eas gentes propagata gratulatur, ac Methodium utpote fidei, & vitæ integerrimæ virum his verbis commendat, *Nos autem illum in omnibus eccleſiaſticis doctrinis, & utilitatibus Orthodoxum, & pro-*

Jesu Chr. an. 850.

& proficuum eſſe reperientes: vobis iterum ad regendam commiſſam ſibi Eccleſiam Dei remittimus, quem veluti paſtorem proprium, ut digno honore & reverentia, lætaque mente recipiatis, jubemus, quia noſtræ Apoſtolicæ auctoritatis præcepto Archiepiſcopatus, & privilegium confirmavimus, & in perpetuum, Deo juvante, firmum manere ſtatuimus, ſicut anteceſſorum noſtrorum auctoritate omnium Eccleſiarum Dei jura & privilegia ſtatuta, & confirmata conſiſtunt; ita ſane, ut juxta canonicam traditionem omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam habeat ipſe, & ea velut Deo contemplante diſpenſet. Nam populus Dei illi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus erit rationem. Ipſum quoque presbyterum nomine Vichinum, quem nobis direxiſti, electum, Epiſcopum conſecravimus ſanctæ Eccleſiæ Nitrenſis, quem ſuo Archiepiſcopo in omnibus obedientem, ſicuti ſancti Canones docent, eſſe jubemus, & volumus: ut pariter cum ipſius Archiepiſcopi conſenſu, & providentia alterum nobis apto tempore utilem Presbyterum, vel Diaconum dirigas, quem ſimiliter in alia Eccleſia, in qua Epiſcopalem ſedem noveris eſſe neceſſariam, ordinemus Epiſcopum, ut cum his duobus a nobis ordinatis Epiſcopis præfatus Archiepiſcopus veſter, juxta decretum Apoſtolicum per alia loca, in quibus Epiſcopi honorifice debent, & poſſunt exiſtere, poſtmodum valeat ordinare &c. Ac ut Methodio Metropolitano tam Presbyteri, cum cujuslibet ordinis clerici ſubeſſent, jubet, ac tandem, ut Sclavonica lingua tam Miſſa, quam pſalmodia fieret, permittit, cum ſcriptum ſit. *Omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Quoniam qui fecit tres linguas principales*, ait, *Hæbream ſcilicet Græcam, & latinam, ipſe creavit, & alias omnes ad laudem, & gloriam ſuam.*

Ut Missa, & psalmodia Sclavonica lingua celebretur permittit.

Ad Philip. 2.

Evangelium latine primum legatur, deinde Sclavonice.

8. *Jubemus tamen* addit, *ut in omnibus eccleſiis terræ veſtræ propter majorem honorificentiam Evangelium latine legatur, & poſtmodum Sclavonica lingua translatum in auribus populi latina verba non intelligentis annuntietur, ſicut in quibuſdam Eccleſiis fieri videtur. Et ſi tibi & judicibus tuis placet, Miſſas latina lingua magis audire præcipimus, ut Latine Miſſarum tibi ſolemnia celebrentur, data menſe Junii indict.* 13. Ideſt hoc anno, ejuſdemque ritus, duplici ſcilicet lingua legendi Evangelium, Romæ adhuc exemplum perſeverat,

verat, nam cum ſolemniter Rom. Pontifex Miſſam celebrat, latine primum, deinde Græce epiſtola, & Evangelium legitur, ut linguæ Græcæ viri, qui frequentes Romæ antiquitus erant, in ſua lingua Evangelium audirent. Jesu Chr. an. 880.

9. Moraviæ vero Archiepiſcopatus, cui Methodius præerat per Pannoniam uſque ad Dravium flumen extendebatur, unde idem Methodius in altera Joannis Papæ epiſtola *Pannonienſis eccleſiæ Archiepiſcopus* dicitur, in altera vero *Archiepiſcopus ſanctæ eccleſiæ Morabenſis*, ſive Moravienſis. Is porro cum fratre ſuo Cyrillo, ſeu Conſtantino ad eam gentem ab Hadriano ſecundo Romano Pontifice miſſus fuerat, ut ibidem Chriſti Evangelium prædicarent, quod cum feliciter iis ceſſiſſet, eccleſiaſque ibidem congregaſſent, Conſtantinus, ſeu Cyrillus Methodii frater, in linguam Slavonicam evangelium tranſtulerat, iiſque dederat. Hinc in ſupracitata epiſtola ad Moravorum Principem Joannes Papa, *Litteras denique Slavonicas a Conſtantino quodam*, ſeu quondam *Philoſopho repertas, quibus Deo laudes debitas reſonent, jure laudemus, & ut in eadem lingua Chriſti Dei noſtri præconia, & opera enarrentur, jubemus &c.* Atque iis Conſtantinus, Cyrillus etiam dictus, quondam philoſophus, Moravorum Apoſtolus, & Epiſcopus fuit, cujus vitam die nona Martii, cum altera fratris ejus exhibet Henſchenius. Sventopulchrus vero Moraviæ Princeps, Sventibaldus etiam dictus eſt, ut adnotat Pagius nota quinta ad hunc annum, cujus ſucceſſor Ratislaus fuit, Raſticius etiam dictus, ut ex epiſtola ad Joannem nonum data ab Theotmaro Juvanenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, ejuſque ſuffraganeis, ut ibidem videre eſt. Christianæ fidei propagatio inter Moravos. *Labb. concil. tom. 9. epiſt. 195. 247.* *Concil. tom. 9. pag. 244.*

10. Boſonem Comitem Burgundiæ Regnum occupaſſe anno proximo diximus, cui etiam Joannem Pontif. impenſe faviſſe adnotavimus; at cum hoc anno, ut narrat Annaliſta Bertinianus: *Ordinatis, qui Regnum ſuum contra Nortmannos reſidentes cuſtodirent*, Ludovicus, & Carolus Francorum Reges, qui Ludovico Balbo patri ſucceſſerant, *in Burgundiam verſus Boſonem, per menſem Julium a Threca civitate perrexerunt*, eumdemque e caſtello *Montoſcano*, ſive Matiſconenſi excluſum, ad Viennæ obſidionem tranſierunt, ubi Boſo uxorem, cum filia, & exercitus ſui partem maximam reliquerat, quam obtinere nequaquam potuerunt, unde Principatum vi occupatum diu Boſo retinuit. Francorum Reges in Boſonem Ducem exercitum movent

11. In-

Jesu Chr. an. 880. Joannis Papa Boſonis amicitiæ renunciat.

11. Interea Joannes Papa, qui Boſoni hactenus faverat, ut anno proximo diximus, ut Caroli gratiam promereretur, cujus auxilio, & opera ad refrænandos Romanæ Eccleſiæ adverſarios, ac præcipue irruentes undique Saracenos, Boſonis amicitiæ renunciavit, ac ad Carolum Regem, quem etiam Imperatorem creare decreverat, hoc anno ſcribens, de ejuſdem erga Sedem Apoſtolicam benevolentia gratias agit, ac ut Romam veniat, hortatur, legatoſque ſuos ante adventum mittat, ut cum iis de Imperiali corona ei imponenda, agere poſſit, præterea nullam cum Boſone Comite, & tyranno familiaritatem ſe ſervare teſtatur: *De Boſone quoque certos vos eſſe volumus, quia neque aliquem familiaritatis locum, aut receptionis noſtræ auxilium apud nos habebit, neque poterit invenire, eo quod, vos ut prælibavimus, amicum, & adjutorem quæſivimus, & loco chariſſimi filii retinere toto mentis conamine volumus. Nam nil nobis de parte ipſius pertinere videtur, qui talem tyrannidem præſumpſit committere &c.*

epiſt. 249.

Carolus Craſſus Imperator a Joanne Papa, Romæ coronatur.

12. Interea Carolus, Craſſus dictus, qui poſt Carolomanni obitum Italiæ Regnum obtinuerat, relicta Viennenſi obſidione, ubi uxorem cum exercitu Boſo Comes, ſeu Rex Burgundiæ reliquerat: *In Italiam perrexit*, ait Bertinianus Annaliſta, *Indeque Romam veniens a Joanne Papa, ſe in die Nativitatis Domini in Imperatorem conſecrari obtinuit*; Caroli inaugurationem, & coronationem ad annum quidem proximum 881. diſtulit Baronius, atque ſequenti etiam anno eamdem contigiſse Muratorius ſcribit, quod etiam ex variis diplomatibus Caroli Imperatoris confirmare ſatagit. At ut adnotat Manſius, re attentius conſiderata, dum Italicas antiquitates edidit, quam in Annalibus ſecutus fuerat ſententiam, retractavit, ac auctoritate Annalium Bertinianorum, & Fuldenſis chronici teſtimonio aperte conſtat Carolum Craſsum Romæ coronatum fuiſſe, die natali anni labentis octingenteſimi octogeſimi, eamdemque ſententiam argumentis plurimis confirmat Pagius, ut ibidem videre eſt; neque his obſtare adnotat, quod Regino id factum referat, die Natali anno Dominicæ Incarnationis 881., cum conſtet apud Reginonem, alioſque ſcriptores Galliarum, anni initium cum Natali Domini alligaſſe, quare nil mirum ſi Caroli coronatio in die Natali hujus anni facta, anno 881. tribuerit Regino; at de

Murat. an. 880. 81.

Manſi nota ad an. 881.

Pagi not. 1. & 2. 881.

Digitized by Google

de his pro inſtituto noſtro ſatis, plura dabunt ſupracitati ſcriptores, ac præcipue Muratorius. JESU CHR. AN. 880.

14. Vix tamen quidquam Imperio dignum ab eodem Carolo Imperatore geſtum fuit, quem ſæpe, ſed fruſtra ad Romanæ Eccleſiæ, Romanique Ducatus defenſionem Joannes Papa excitavit, nam a Saracenis continuo, & undique, usque ad portas urbis vexatus, nullum ab eo auxilium impetrare potuit; unde anno ſequenti, *quarto Kal. Aprilis, Indictione XIV.*, ad eumdem ſcribens, eique palmam benedictam mittens, quot, quantaque mala toleraret, exponit, ac ut in auxilium properaret, enixe, graviterque hortatur, his verbis. *Multarum oppreſſionum, fili chariſſime, vobis oblivisci non convenit, & calamitatum noſtrarum, quas ſancta mater veſtra Romana Eccleſia patitur, oportet vos reminiſci, & tunc demum ad aliquam conſolationem noſtram manum veſtræ pietatis porrigere, & auxilium nobis præbere quantocius debetis, & calamitatibus, quibus continuo afflictatur expoſitis, ut vivere in iis tæderet, ut tandem promiſſa auxilia, ſeu exercitum mitteret*, enixe precatur, & ſubdit: *Ideoque propter Deum ſuccurrite nobis, ſuccurrite, ut non dicant in circuitu nationes, ubi eſt Imperator eorum &c.* Eaſdem querelas, & preces anno proximo, & ſequenti uſque ad obitum iteravit, ut infra dicturi ſumus.

Mur. Antiq. Ital. tom. 1. & 2.

Joannes Papa auxilium fruſtra ab Carolo petit.

epiſt. 269.

15. Baſilius interea Imperator, cum claſsem inſtruxiſset, quam ad tutanda Italiæ littora, ſe miſſurum promiſerat adverſus Saracenos Orientis inſulas infeſtantes, eam tandem miſit, ac pugna cum illis inita, ingentem retulit victoriam, cujus in epiſtola ad Carolum Regem, his verbis meminit Joannes Papa, ac de anguſtiis, quas, tum a Saracenis patiebatur, cum a factioſis civibus, hæc addit. *Poſtremo, fili chariſſime, quod ſciſcitamini de Græcis, atque Iſmaelitis, & cæteris quibuſque exteris nationibus, vel concivibus, qualiter res agantur, breviſſime reſpondemus. Sed ut hæc omnia ex intimo corde, atque dolenter advertatis, omni mentis conamine exhortamur. Tamen Deo ſint grates, quia Græcorum navigia in mari Iſmaelitarum victorioſiſſime ſtraverunt phalanges, & eos (prout Dominus voluit) debellarunt. Sed nos tamen tam ipſi dicti Iſmaelitæ, quam alii concives noſtri impugnant, ac perſequuntur, ut extra muros Urbis nullatenus, vel qui labore manuum ſuarum vivere valeant,*

Baſilii Imp. victoria de Saracenis.

epiſt. 255.

Jesu Chr. an. 881. *leant, vel qui (ut ita dixerim) Chriſtianitatem ſuam, ſicut decet, obſervent, egredi libere poſſint, &c.* Quare ut opem citiſſime ferret, enixe precatur, *data tertio Kal. Novembr. Indictione XIV.*, ideſt anno ſequenti.

JESU CHRISTI annus 881. Joannis octavi Papæ an. 10. Caroli Crassi Imp. 2. Basilii Imp. 15.

Joannis Papæ anguſtiæ, & querelæ.

epiſt. 298.

1. Extremas inter anguſtias ultimos Pontificatus sui annos Joannem Papam tranſegiſse anno proximo adnotavimus, cumque nemo auxilium ferret, nullamque de his curam Carolus Imp. gereret, ad Ricardem ejus uxorem deprecatoriam epiſtolam ſcripſit, qua & mala, quibus premebatur exponit, & ut maritum ad opem ferendam excitaret, hortatur. *Tanta cordis noſtri anguſtia*, ait, *tantuſque dolor, & gemitus hinc inde, cum irriguis lacrymarum rivulis noſtram ætatem quatiunt, & quaſſant, tantuſque etiam luctus pro deſolatione terræ iſtius, quam jam funditus a Chriſtiani nominis inimicis, & Deo odibilibus Saracenis deprædatam cernimus, nos affecit, & intima noſtra diſſolvit, ut & ſomnus ab oculis, & a guſtu cibus effugiat, ut etiam cum Jeremia decantare compellar. Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum: & reliqua. Siquidem expectavimus lucem, & ecce tenebras: quæſivimus adjutorium, & muros Urbis egredi non audemus. Nam ante veſtrum Romam adventum* (anno ſcilicet ſuperiori, cum Carolus ejus conjux coronatus eſt Imperator), *qualiſcumque erat nobis tranquillitas, modo vero intolerabilis, & importabilis perſecutionis extat tempeſtas, quia neque ſpiritalis filius noſter Auguſtus, neque alicujus alterius gentis homo nobis confert auxilium. Et niſi divinitas ſumma ſubveniat, aut in deſperationem aliquam lapſi (quia non ſolum duplum, ſicut Dominus dicit, ſed etiam triplum, & quadruplum exercitum contra nos venire conſpicimus), ea quæ pacis ſunt, poſtulabimus, & certe non ſolum jugo illorum coacti ſubdemur, ſed etiam ab eis capti, impie jugulabimur. Quia ſicut ſcitis ſæpiſſime reclamavimus, neque ipſe Auguſtus (ut prætulimus) qualemcumque defenſionem nobis exhibuit, neque homines civitatum noſtrarum, qui contra Deum, & contra omne privilegium noſtrum ab alienigenis, ac ſi noſtri non fuerint, detinentur,*

ad

ad ſervitium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ faciendum, ſicut ſolitum erat, ab eorumdem alienigenarum jugo ſubtraxit. His ergo, chariſſima filia, clamoribus, & ululatibus noſtris auditis (quia ſapientibus loquimur) continuo propter Deum, & propter Sanctos ejus Apoſtolos, jam dicto ſpiritali filio noſtro Auguſto, flexo poplite ſuggere, ut omnibus omnino neceſſitatibus omiſſis, aut certe ſuſpenſis, Sanctæ Matris ſuæ calamitati ſubveniat, & conculcationem, imo perditionem illius advertens, antequam pereamus, citiſſimum conferat adjutorium, aut congruum ſine mora donet conſilium, quia vita noſtra nobis non prodeſt, & in extremo poſiti, etiamſi non optaremus, jam mors ſe palam prodit videndam, &c. Hæc Joannes, eademque non ſemel aliis in litteris, tum ad Imperatorem, cum ad alios datis inculcat, ob eamque rem legatos ad Carolum Imp. miſit Petrum palatii ſui virum inſignem, Delitioſum conſiliarium ſuum, & Zachariam Epiſcopum, & Romanæ Eccleſiæ bibliothecarium; nam non ſolum Saracenorum infeſtationibus Romana Eccleſia, ejuſque Ducatus urgebatur, ſed etiam *malignantium chriſtianorum tantas perſecutiones patimur*, ait Pontifex, *ut has verbis explicare non valeamus. Inter innumeras rapinas, deprædationes, & mala quamplurima ad augumentum doloris noſtri, quidam ſceleratus, Longobardus nomine, homo Vidonis Marchionis, octoginta tres homines cepit, manibus ſingulis detruncatis apud Narnienſem civitatem, plures ex tali ſunt inciſione ſine mora perempti &c.* Hæc ad Anſelmum Mediolanenſem Archiepiſcopum Joannes Papa, uno aut altero ab hinc anno.

JESU CHR. AN. 881.

epiſt. 277. 279. 285. 286. 290. 293.

epiſt. 299.

2. Cumque non ſemel Athanaſium juniorem, Neapolis Epiſcopum, & Principem, ſive Ducem litteris ſuis admonuiſſet Joannes, ut fœdus cum Saracenis initum diſſolveret, ob eamque cauſam Neapolim etiam hoc anno tranſiiſſet, ut in epiſtola ad Romanum Ravennatem Archiepiſcopum his verbis indicat. *Tamen cum nos Deo volente, Neapoli quo nunc proficiſcimur, fuerimus reverſi &c.*, atque, ut alibi etiam adnotavimus, Amalphitanis ob fœdus Saracenicum excommunicatis, eamdem anathematis ſententiam, niſi ab eodem fœdere receſſiſſet, Athanaſio Neapolitano Duci, & Epiſcopo per litteras, & præſens, dum Neapoli morabatur comminatus eſſet, nihilominus hominum ſceleſtiſſimus, ut in chro-

Rom. Synodus Athanaſium Neapolis Epiſc. & Ducem excommunicat

epiſt. 227. 241.

epiſt. 271.

an. 879.

Jesu Chr. an. 881. *Leo Oſtienſis in chron. lib. 1. 42.*

nico Caſſinenſi narrat Leo Oſtienſis, *firmata cum Saracenis pace,* Beneventum, Capuam, Salernum, *Romamque depopulari cum eis cœpiſſet, multaque tunc Monaſteria, & Eccleſias cum Villis, & Urbibus impiorum incendio conflagraſſet &c.* Tum non amplius tolerandum ratus Joannes Papa congregata Romæ ſynodo tantum facinus, diro anathemate percuſſit, de quibus ad Epiſcopos Regni Neapolitani has litteras dedit.

Joannis Papæ epiſt. ad Epiſc. Regni Neap. de Athanaſii excommunicatione.

3. *Omnibus Epiſcopis Cajetam, Neapolim, Capuam Barolaſim, &. Amalphim, Beneventum, & Salernum. Quæ, & quanta ab Athanaſio Neapolitano Epiſcopo Chriſti Eccleſia patiatur adverſa, optaremus vobis non eſſe dicturos, niſi eſſent ſupra modum gravia: Ecce enim, ut ipſi jam ex maxima parte non ignoratis, ad perditionem totius Chriſtianitatis a multis retro temporibus, cum filiis Iſmael, & Deo ſcilicet odibilibus Saracenis pactum faciens, omnem iſtam terram ad nihilum redegit, ut jam non ſit, qui eam prorſus inhabitet. Super quo ſcelere eum ſæpiſſime commonuimus, & corpori noſtro omnimodo non parcentes, uſque Neapolim properavimus, multumque argenti ei contulimus, & rogavimus, ut ab eorum ſe ſocietate divideret, & tandem aliquando reſipiſcens, tantam peſtem deleret. Qui, ut ita dixerim, importunitatem noſtram, licet ficte, non tolerans, promiſit ſe ita eſſe facturum, & pactum cum Saracenis habitum ſoluturum, ſub ea dumtaxat conditione, ut ſi deinceps hoc malo ſe quoquomodo miſceret, & ſacerdotio eſſet privatus, & anathemati ſubjaceret. Sed, heu! pro turpis lucri commodo, quod ab ipſis Saracenis, de præda eorum partes recipiendo, hujus promiſſionis oblitus, noluit adimplere, quod multis coram poſitis ſcriptis, & verbis promiſit. Rurſum nobis non modici argenti adauctis ponderibus, & apud Cajetam pervenientibus per ſuos Legatos ei mandavimus, ut ſi intra triginta dierum ſpatia, cum Saracenis habitum fœdus non rumperet, aut ea quæ nobis tergiverſando abſtulerat, non tranſmitteret, noſtro judicio iterum ſententiam, quam ipſe in ſe protulit, prorſus exciperet. Sed tam varia juramenta, quam abſolutas promiſſiones poſtponens, nos de die in diem deluſit, & foris omnibus diſſipatis, intus vero per ſuam calliditatem multis noſtris ablatis, hactenus nec cum Saracenis habitum pactum diſſolvit, nec reliqui Dei populi voluit miſereri. Quin potius cum ipſis converſans, de ipſis*

Digitized by Google

ipſis malis in pejus crevit, & Dei mandata contemnens Sacerdotii etiam ſui oblitus, non ſolum ſimilis illis effectus eſt, ſed etiam in multis deterior. Hujus rei gratia apud Beatum Petrum Apoſtolum ſynodice in eum ſententiam protulimus, & eum omnibus ſibi conſentientibus, ſive faventibus omni Eccleſiaſtica communione, ſub anathematis interpoſitione privavimus. Modus autem excommunicationis hic eſt; hinc excommunicationis formula in eum lata ſequitur. Hic autem Athanaſius, ab altero ejuſdem nominis Neapolitano Epiſcopo diſtinguendus eſt, qui paulo ante eam Eccleſiam rexerat, quique ob vitæ integritatem inter Sanctos non ſolum in Neapolitana Eccleſia, ſed etiam Romana, adſcriptus eſt, idque tum ex rerum geſtarum ſerie, cum ex temporum ratione plane colligitur. Primus quippe Athanaſius hujus, qui ab Joanne Papa hoc anno excommunicatus fuit, patruus erat, cujus vitam ab coevo auctore ſcriptam, poſt Surium, & Bollandiſtas exhibet Muratorius.

Jesu Chr. an. 881.

Marty. Rom. die 15. Julii.

Scripſ. rer. Ital. tom. 1. part. 2.

4. Tanta excommunicatione perculſus Athanaſius, legatum ad Joannem Pontificem Petrum Diaconum ſuum anno proximo miſit, enixe rogans, ut ab hujuſmodi ſententia abſolveretur. Itaque Marinum Epiſcopum, quem Conſtantinopolim miſſum anno 880. diximus, ac inde reverſum, Neapolim Joannes Papa remiſit, ut certis conditionibus eum abſolveret, inter alias, ut Saracenos caperet, eorumque nonnullos jugularet, ceteros ad ſe Romam dimitteret. *Boni paſtoris eximio informati exemplo*, ait Pontifex, *qui venit quærere, & ſalvare, quod perierat, tantopere te per devia errantem, abjecto Chriſti levi jugo, cum infidelibus jugum obſcæna cupiditate ducere non dubitantem, quamvis ſero ad te percutientem reverti velle mandaſti, alacriter recipimus, & inter ceteros conſacerdotes noſtros præcipue honorabilem cupimus retinere, prout ipſe nos jam olim feciſſe proculdubio reminiſceris. Sed quia tua exigente ſceleris tanti audacia, Sancti Spiritus judicio te a conſortio noſtro divini myſterii jure ſubmovimus: nunc ſecundum preces tuas, & relationem Petri venerabilis diaconi tui, ſi modo pactum, quod hactenus cum impiis Agarenis habuiſti, manifeſta devotione fregeris, & ab eorum nequiſſima ſocietate toto conamine te ſeparaveris, atque ſi præſentibus his Miſſis noſtris, Marino ſcilicet Reverendiſſimo Epiſcopo, & Sanctæ Sedis no-*

Athanaſii legatio ad Joannem Papam, qua abſolvi petit.

Joannis Papæ epiſt. ad Athanaſium Epiſc. de ejusdem abſolutione.

epiſt. 294. Matt. 18.

JESU CHR. AN. 881. *noſtræ Arcario, & Siconi egregio viro, majores Saracenorum; quanto melius potes, quos nominatim quærimus, cum aliis omnibus cæperis, & jugulatis aliis, eos nobis direxeris, a vinculo excommunicationis abſolvimus, & juxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale officium reddimus: Eo ſcilicet modo, vel tenore, ut captis, & traditis antea, ut dictum eſt Saracenis, deinceps nullum cum eis ulterius fœdus quoquo modo inire præſumas*. Hæc ibidem Joannes Papa, dum Athanaſium Neapolis Epiſcopum, & Ducem ab excommunicationis ſententia abſolvit.

Volturnenses monachi quingenti occiduntur, monaſterium diruitur.

Mur. script. rer. Ital. to. 1. par. 2. p. 404. Ughelli Ital. ſacra to. 6.

5. Ceterum quam luctuoſus hoc tempore eſſet earum regionum ſtatus, ſeu potius totius Italiæ, ex Volturnenſis monaſterii deſtructione, monachorumque occiſione ab auctore coevo lugubri ſtylo deſcripta, cognoſci poteſt: *Per idem tempus*, ait is auctor, *Athanaſius Præſul Neapoli, militum magiſter præerat. Hic cum Saracenis pacem iniens, at illos prius intra portas æquoreas, & urbis murum collocans; omnem terram Beneventanam, ſimulque Romanam, nec non & partem Spoleti, cunctaque monaſteria, & Eccleſias, Urbes, & oppida, vicos, montes, & colles, inſulaſque deprædarunt. Tunc, heu proh dolor, prophana gens in ultionem peccatorum divino judicio debacchans, ſanctuaria divinis cultibus conſecrata, ſine aliquo metu conculcantes pro nihilo ducebant. Omnis ætas, omnis ſexus ſine aliqua miſeratione continue necabatur, nec erat, qui poſſet eripere pereuntes, vel aliquid probare ſolamen &c.* Atque his Volturnenſis monaſterii exciſionem igne, ferroque factam cum direptione rerum ſacrarum, & ſecularium deſcribit, qua etiam monachorum quingenti crudeliter interfecti ſunt, vel ut alii ſcripſerunt, nongenti, ut idem auctor adnotat, cum eo ex aliis monaſteriis, & præcipue ex Caſſinenſi alii monachi charitatis cauſa adveniſſent, ut de ordine ſuo, & diſciplina regulari colloquium haberent, ſeu, ut nunc dicimus, congregationem, vel capitulum celebrarent, quorum effuſus ſanguis: *Evidentia indicia hodieque demonſtrant, illitis, vel aſperſis ejuſdem Eccleſiæ parietibus, & pavimentorum ſaxis, ac lapidibus*, ait idem auctor. Quorum occiſa corpora, ut ſubdit, *a quibuſdam poſtea collecta, aliiſque conjuncta, qui in eadem Eccleſia occubuerant, digniſſime ibidem condita venerantur, ſimul quoque cum eis paſſus, venerandus accubat Majo-*

Ab-

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 881.

Abbas, ſcilicet, ejuſdem monaſterii, atque hæc ſecunda fuit monaſterii Sancti Vincentii clades, quas in unum confudit Leo Marſicanus, ut adnotat Mabillonius; eodem tempore monaſterium Sancti Martini in Marſico direptum eſt ab aliis Saracenis, qui in Gariliano juxta Trajectum habitabant, ut alia plurima ab Saracenis per totam Campaniam, Romanumque Ducatum patrata prætereamus, quæ exponere longum eſſet, de quibus plura dabit Mabillonius ordinis ſui hiſtoriam texens.

Mabill. Annal. Ord. Bened. lib. 38. *num.* 58.

6. Romanum quoque Ravennatem Archiepiſcopum gravioribus primum litteris admonitum, ac mandatis ejus renitentem, excommunicationis ſententia Joannes Papa hoc tempore perculſit; cum enim is a Ravennatium nobilibus, neſcio qua de cauſa, diſſideret, Imperatoris miſſum pro componendis diſſidiis evocaverat, vel ſaltem admiſerat, quod gravate nimis Joannes Papa tulit, nam Romanæ Eccleſiæ juribus, cui Ravennatenſes ſuberant, Imperialis auctoritas præjudicium ferebat, quare ut hæc a Ravennatibus accepit Joannes, ad Romanum hæc ſcripſit. *Quia multi nobilium Ravennatium, crebris dumtaxat querimoniis Apoſtolatus noſtri aures pulſare non deſinunt, circa te clementiæ noſtræ benevolentia commota non immerito habetur. Nam ut cetera omittamus, quia Albericum comitem quaſi ex parte Imperiali Ravennam adſciſcere, & nobiles cives ipſius, nobis inconſultis, auſu temerario diſtringere enormiter coegiſti, miramur, eo quod te adverſum tuam promiſſionem jurejurando coram nobis, & Sede Apoſtolica prolatam, penitus egiſſe cognoſcimus. Pro quo nimirum te valde cavere oportet, ne pro talibus tua te ſententia velut traſgreſſorem ulciſcatur: Nos enim te gregem Domini paſcere, non perturbare, ſalvare, & non perdere ſtatuimus. Tamen cum nos, Deo volente, Neapoli, quo nunc proficiſcimur, fuerimus reverſi, & aut tu, ſecundum noſtram tibi juſſionem directam, Romam veneris, aut nos, vel miſſus noſter iſtas in partes venerimus, plenariam de omnibus, quæ tuæ Eccleſiæ cognoverimus eſſe neceſſaria, juſtitiam omnimodo faciemus. &c.*, ac ut Dominicum Archidiaconum in Faventinum Epiſcopum ordinaret, jubet, & epiſtola ſequenti, tum quod uxorem Deuſdedit Ducis raptori tradi juſſerit, cum etiam, eo quod contra Romanam Eccleſiam recalcitraret, arguit, eumdemque ab omni ordinatione ſuſpendit, do-

Joannes Papa Romanum Raven. Epiſc. excommunicat

epiſt. 271.

JESU CHR. AN. 881. donec octavo Kal. Octobris *futuræ quintædecimæ indictionis, ad ſynodum*, quam Romæ celebrandam Joannes Papa deſtinaverat, ſe obtuliſſet, ubi ejuſdem cauſa pertractanda erat: *epiſt.* 273. 274. 275. epiſtola autem ſequenti Conſtantinum quemdam ab Romano in Epiſcopum Faventinum contra ſuam voluntatem ordinatum excommunicat, & duabus ſequentibus hoc eodem anno datis, eumdem Romanum, dum indictio 14. in curſu adhuc eſſet, ejuſdem ſententiam pro diſſolutione matrimonii Deuſdedit cum uxore datam irritat, ac idem matrimonium confirmat, & iterum ad Synodum Romam ſub pœna excommunicationis venire jubet, ut ad ea, quæ eidem objiciebantur, reſponderet; quia vero is in ſua ſententia obſtinatus perſeveraverat, nec Romam etſi vocatus advenerat, in Romana Synodo eum Joannes Papa excommunicavit, ac ut ab ejuſdem communione, & ſocietate recederent, hac altera epiſtola Ravennates admonuit.

Joannis epiſt. ad Ravenn. de Romani excom. municatione *epiſt.* 278.

7. *Noſſe volumus fidelitatem, & unanimitatem veſtram, quia Romanum Archiepiſcopum veſtrum pro perjurii reatu manifeſte pollutum, aliiſque nefandis criminibus impetitum, & idcirco ad Synodum pro ſui purgatione vocatum, occurrere contemnentem, omni Eccleſiaſtica communione, una cum Sanctæ Synodi decreto privavimus, quouſque ſuam ſpecialem ſtuduerit nobis exhibere præſentiam. Quamobrem his Apoſtolatus noſtri litteris vobis jubemus, & ex auctoritate Dei, & Beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtra præcipimus, ut omnes vos ab illius conſortio, & communione modis omnibus ſeparetis, donec per noſtræ Apoſtolicæ miſerationis officium, ab hujus excommunicationis vinculo, eum cognoveritis abſolutum exiſtere. Quicumque autem ei ante audientiam, & abſolutionem noſtram aliquatenus communicare præſumpſerit, eodem excommunicationis laqueo, ſecundum Sanctorum Patrum inſtitutionem maneat irretitus, uſque dum a nobis fuerit miſericorditer abſolutus. Data menſis Octobris die quarta, Indictione decimaquarta.*

Romani Ravenn. Episc. obitus. *Joannis Papæ ep.* 304.

8. Non diu poſt acceptam excommunicationis ſententiam ſuperſtitem fuiſſe Romanum, hæc altera Joannis Papæ epiſtola ad Ravennates data indicat, qua ejus obitum ſe dolere teſtatur, ac ut pro eo orarent, Ravennates admonuit, unde eum certis pœnitentiæ indiciis editis obiſse conſtat, Ravennates deinde admonet, ut electum Epiſcopum de-

by Google

deligerent, ac uſquedum ordinatus eſſet Romani ſucceſſor, Ravennatenſem Eccleſiam ab infeſtationibus, & rapinis defenderent, ut ibidem videre eſt.

Joannis Papæ ſollicitudo pro Angilberga.

9. Dum tantam, vel pro Eccleſiarum tuendis, vel pro Romanæ Sedis juribus vindicandis curam gereret Joannes Papa, pro Angilberga Ludovici olim Imper. uxore, quam Carolus Craſſus ex Italia revocatam in Germaniam tranſtulerat, & ſub cuſtodia detinebat, ut in Italiam redire poſset, maximopere ſollicitus fuit; eam quippe Carolus Italia ejecerat, ne Boſoni Duci, qui Burgundiæ Regnum invaſerat, totiſque viribus tuebatur, auxilium ferret. Angilbergæ quippe Auguſtæ filiam uxorem Boſo duxerat. Carolum itaque, dum Romæ eſſet, Imperii coronam accepturum, ut liberam dimitteret, Pontifex rogaverat, atque id ſe præſtiturum promiſerat, ſi Ludovicus, & Carolomannus conſenſum præbuiſſent; unde idem Joannes Papa ad eoſdem ſcribens. *Noſſe volumus veſtram dilectionem*, ait, *quia ſpiritalem filium noſtrum Carolum Sereniſſimum Imperatorem Romæ nobiſcum degentem rogavimus, ut ſpiritalem filiam noſtram Angelbergam Deo devotam, quæ de Sancto Petro Apoſtolo, & nobis, cum ſuis omnibus commendaverat, quam etiam conjux illius divæ memoriæ Ludovicus Auguſtus, adhuc vivens noſtræ tuitioni ſpecialiter ſubmiſerat, ab exulatu reduceret, & apud nos etiam Romam, ubi nulla jam de illa ſiniſtra ſuſpicio oriri poſſet, pro amore Dei, & Chriſti clavigeri ipſius Beati Petri Apoſtoli, ſimulque noſtro dirigeret. Quod ille libenter ſe facturum promittens quantum comperimus, veſtrum ſuper hoc præſtolatur conſenſum &c.* Quare, ut in eadem re Carolo, & ſibi faverent, hortatur, ac addit: *Quod ſi apud nos rediens habitaverit, tanta cuſtodia circumſpecta, nobis credita erit, ut nec Boſoni, nec alii homini ad perturbationem Imperii, vel Regni, quodlibet adjutorium, vel auxilium verbis, vel ſcriptis præbere quoquomodo valeat*; nam ſubdit, ſi quodlibet, vel minimum tentaverit, ſe vindicaturum graviſſima in eam adhibita cenſura; cumque ſpe ſua hactenus fruſtratus eſſet, altera epiſtola Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Comites omnes Italiæ, ut apud Carolum precibus ſuis id obtinerent, ac ut eam Romam tranſire patiatur, enixe rogat, ac ſe eamdem omnino in officio retenturam ſpondet: *Nam ſicut illud Regnum*, Ger-

epiſt. 263.

JESU CHR. AN. 881. *epiſt.* 282.

Germaniæ ſcilicet, *in quo nunc illa ſub cuſtodia manet, ejus eſt, ita & iſtud* (Italiæ), *& ſicut ibi cuſtoditur, ne aliquod ſolatium, vel conſilium dare, facereque poſſit Boſoni, ita & nos eam in tali loco habitare faciemus, quo nihil adverſi moliri, nihilque valeat machinari contrarium ad hujus Regni, & Imperii perturbationem &c.*, & anno ſequenti ad Ricardem Auguſtam Caroli uxorem ſcribens, ut tandem Angelbergæ in Italiam reditum a marito impetraret, hortatur. Votis autem ejus tandem ſatisfactum fuiſse teſtatur Annaliſta Bertinianus, his verbis. *Engilbergam vero Ludovici Italiæ Regis uxorem, quam Imperator in Alemanniam traduxerat per Leudoardum Vercellenſem Epiſcopum Joanni Papæ, ſicut petierat, Romam remiſit.*

epiſt. 298.

Hincmari Remenſis Archiep. epiſt. ad Carolum Imp.

epiſt. 11. *p.* 185. *to.* 2.

10. Hoc tempore Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus, ad Carolum Imp. ſcribens, ut pro recta nepotum, ſeu filiorum Ludovici Balbi educatione curam gereret, graviſſimis verbis admonuit, cujus hæc ſumma eſt; commendat, ſcilicet, Carolo Eccleſiam Gallicanam, ut eam pene collapſam reſtituat, Regni diſſidia tollat, Ludovici Balbi filiis idoneos conſiliarios tribuat, qui eos doceant Eccleſiaſtica privilegia tueri, Sacerdotes venerari, divinum auxilium ſæpe implorare, Orphanorum, & pupillorum patrocinium ſuſcipere, improborum ſocietatem fugere, humilitatem, charitatem, & manſuetudinem erga omnes ſectari. Hæc, & alia ibidem Hincmarus, qui epiſtola ſequenti Ludovicum Regem hortatur, ut liberam Epiſcopi electionem in Bellovacenſi Eccleſia fieri permitteret, ac ea, qua Sacerdotem, & Epiſcopum decet Principibus loqui, quæ ſcilicet Eccleſiæ utilia ſunt, exponit, atque his, aliiſque geſtis, vel ſcriptis, ad obitum uſque intentus perſtitit Hincmarus Remenſis, de cujus obitu anno ſequenti 882. ſermo fiet.

Urſus Venetiarum Dux obiit, cui Joannes filius ſuccedit.

Dandulus apud Murat. rer. Ital. tomo 12.

11. Hoc anno Urſus Venetiarum Dux, multæ ſapientiæ, & pietatis vir, paciſque amator, anno decimoſeptimo Ducatus ſui mortuus eſt, ac in monaſterio Sancti Zachariæ ab eodem inſtaurato ſepultus eſt, qui quatuor filios ſuperſtites reliquit, quorum maximus Joannes, Ducali poteſtate, vivente patre, particeps factus, eidem ſucceſſit. Is porro cum Græcis, æque ac Francis Imperatoribus pacem fovit, Romanæ Eccleſiæ obſequium præſtitit, diſſidia inveterata inter Venetos, & Forojulienſes compoſuit, Urbem Venetam auxit,

Digitized by Google

xit, præclariſque geſtis inclaruit, *ac anno* 881. *Joannes Patriciacus, filius ejus ſolus Ducare cœpit*, ait Dandulus, ac ſubdit: *Hic mortuo patre Baduarium fratrem ſuum, Romæ delegare propoſuit, ut a Joanne Papa Comitatum Comacli obtinere poſſit*. At Marinus, qui Comacli Comes tunc erat, Baduarium in itinere interceptum vulneravit, qui Venetias rediens, paulo poſt ibidem mortuus eſt; *ob quam cauſam Dux cum navali exercitu Comaclum properans urbem, bellando cœpit, & ibi dimiſſis ibi ſuo nomine judicibus, & Ravennatibus damnis illatis, qui de captione fratris conſcii fuerant, Venetias rediit*. Jesu Chr. an. 882.

JESU CHRISTI an. 882. Marini Papæ 1.
Caroli Crassi Imp. 3. Basilii Imp. 16.

1. Hoc Chriſti anno octingenteſimo octuageſimo ſecundo Joannes Papa Octavus, cum annos decem, dies aliquot Romanam Eccleſiam adminiſtraſſet, ac adverſariorum inſidiis, Saracenorumque incurſionibus undique exagitatus vixiſſet, ut ex ejuſdem epiſtolis ſupra relatis probavimus, hoc, inquam, anno vivere deſiit, ſucceſſoremque in Romana Sede Marinum habuit: *Joannes Pontifex Romanus deceſſit, in cujus locum Marinus antea Epiſcopus contra ſtatuta canonum ſubrogatus eſt*, ut ſcilicet Romanus Pontifex ordinaretur, qui aliam Epiſcopalem Sedem obtinuiſſet, atque ex prima ad Romanam tranſiret, quod etiam Formoſo in Rom. Pontificem electo crimini datum eſt, ut infra dicturi ſumus, atque his verbis Annaliſta Fuldenſis chronicum ſuum anno 715. incœptum cum Joannis Papæ obitu abſolvit, quod duo ſcriptores Anonymi continnarunt, quorum alter Freherianus dictus, utpote a Marquardo Frehero editus, anni ſequentis initio, Joannis Papæ obitum, Carolo Craſso imperante, memorans, a factioſis hominibus veneno primum, deinde malleolo etiam percuſſum e vivis exceſſiſſe tradit, his verbis. *Romæ Præſul Apoſtolicæ Sedis Joannes, prius de propinato veneno potatus, deinde quum ab illo, ſimulque aliis ſuæ iniquitatis conſortibus, longius victurus putatus eſt, quam eorum ſatisfactum eſſet cupiditati, qui tam theſaurum ſuum, quam culmen Epiſcopatus rapere anhelabant, malleolo, dum uſque in cerebro conſtabat, percuſſus expiravit. Sed* Joannis Papæ obitus.

Jesu Chr. an. 882. *etiam ipſe conſtructor malæ factionis, concrepante turba ſtupefactus, a nullo læſus, vel vulneratus mortuus ſine mora apparuit*, Deo vindice, ne tantum ſcelus, ſeu ſacrilegium inultum remaneret, ſic quippe Joannes Pontifex adverſariorum inſidiis ſæpe vexatus, eorumdem taudem perfidia occubuit; ea quippe jam inſtabant, vel etiam advenerant *periculoſa tempora*, in quibus, ut ajebat Apoſtolus, futuri erant *homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi &c. habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes*; quæ quidem ad hæc tempora aptari poſſe nemo dubitabit, cum urbs ipſa, ac tota pene Italia factionibus eouſque exarſerit, ut non ſolum res prophanæ, provinciæ ſcilicet, & urbes, ſed ipſæ Eccleſiarum Sedes, ac præſertim Romana, utpote ceteris præcelſior, a factioſis hominibus, per fas, & nefas invaderentur, ut ex hiſtoria ſæculi proximi, ſatis aperte conſtabit.

Ad Timoth. 2. 3.

Joannis Papæ sepultura, & epitaphium.

2. Cum itaque eo modo e vivis ereptus eſſet Joannes Papa Octavus, ſepultus eſt ante Eccleſiam Sancti Petri juxta portam, quæ appellatur Judicii, ejuſdemque ſepulchro Epitaphium inſcriptum fuit, quo ejuſdem geſta commendantur, quod ex Manlio refert Baronius, ſed ſcriptoris vitio, vel alio caſu decurtatum. Cujus primi verſus, hæc habent:

Præſulis octavi requieſcunt membra Joannis
Tegmine ſub gelido marmorei tumuli
Moribus, ut paret fulſit, qui nempe, vel mente,
Beatus &c.

Marinus Rom. Pontifex, quis eſset.

Marinum autem in Romana Sede Joanni Octavo ſucceſſiſſe diximus, virum ſane tanta Sede dignum, ac perfunctis apud Bulgaros, & Conſtantinopolim legationibus celebrem, quem Romanæ Eccleſiæ Archidiaconum tunc fuiſſe nonnulli dixerunt, alii vero Epiſcopum, at cujus Sedis ignoratur, cumque non ſemel Epiſcopi Marini in litteris Joannis Octavi mentio occurrat, hunc ab Romano Pontifice diverſum fuiſse ſcribit Pagius, non tamen probat. Manſius vero ad hunc locum Marinum in Romanum Pontificem electum, Epiſcopum antea fuiſse, & quidem Cerenſis Eccleſiæ in agro Romano 25. circiter ab urbe milliario, Cerveteri dictæ, idque colligit, ex coævo Anonymo auctore invecti,

veĉtivæ pro Formoſo Papa Romæ vulgatæ, & ab Joſepho Blanchino mihi familiariſſimo, utpote ejuſdem Congregationis Romanæ, edito in prolegomenis ad tomum quartum Anaſtaſii. Is itaque, qui dum Conſtantinopoli eſſet, Photii reſtitutioni adverſatus fuerat, Pontifex electus, cum nullam cum eo communionem habere vellet, Synodicam de ordinatione ſua epiſtolam nequaquam ad eum miſit; hinc factum, ut Græci quoque pro Romano Pontifice eum recognoſcere detractarent, nullam ejuſdem, ob Epiſcopatum antea adeptum, ordinationem eſſe prætexentes, quorum cavillationes, ſeu potius calumnias Stephanus Papa Quintus, vulgo etiam Sextus, in epiſtola ad Baſilium Imperatorem diluere conatus eſt, ut ſuo loco adnotaturi ſumus. *Anaſt. to. 4. pag. 72.*

3. Inter Joannis Papæ epiſtolas incerti temporis, duæ ad Idelphonſum in Hiſpania Regem ſcriptæ extant, cum enim poſt præclaras de Saracenis victorias Præsbyteros duos Adelphonſus Tertius Legionis, & Aſturiarum Rex Romam ad Joannem Papam miſiſſet, ab eo petens, ut ab Epiſcopis Oveti congregatis, Eccleſia Beati Jacobi Apoſtoli conſecraretur, & Ovetenſis Eccleſia in Metropolim erigeretur, Joannes Papa non ſolum iis conſenſum præbuit, ſed cum Idelphonſo pro legatione miſſa gratulatus, ſubdit. *Quotieſcumque, filii chariſſimi, ad nos venire quilibet veſtrum, aut traſmittere voluerit, tota cordis exultatione, & animi gaudio de ultimis Gallæciæ finibus, cui vos præter me Dominus rectores conſtituit, tamquam jure filios noſtros, vos colligimus, & Eccleſiæ Ovetenſi, quam veſtro conſenſu, & aſſidua petitione metropolitanam conſtituimus, cui omnes vos ſubditos eſſe mandamus. Et concedimus etiam prædictæ Sedi, ut ea, quæ reges, ſeu quilibet fidelis juſte obtulerunt, vel in futurum, Domino opitulante, contulerint, rata, firma, & inconcuſſa manere in perpetuum præcipimus. Hos quoque latores litterarum noſtrarum omnes hortor, ut habeatis commendatos. Benevalete*, & epiſtola altera, quæ fortaſſe præcedentis pars eſt, de Eccleſia Beati Jacobi, ſubdit. *Eccleſiam autem Beati Jacobi, ab Hiſpanis Epiſcopis conſecrari facite, & cum eis concilium celebrate &c.* His addit ſe quoque cum Paganis, ſeu Saracenis continuis excurſationibus vexari, Regemque Hiſpaniarum rogat, ut *Mauriſcos*, ſeu Mauros, *cum armis, quos Hiſpani cavallos Alpharaces vocant*, in auxilium mitteret.

Joannis Papæ epiſtolæ ad Idelphon. Hiſpan. Regem.

epiſt. 309. & 310.

epiſt. 309.

epiſt. 310.

4. His

Jesu Chr. an. 882. Ovetense concilium celebratur.

4. His ab Idelphonſo Rege acceptis epiſtolis, juxta Joannis Papæ præceptum, *Undecim tranſactis menſibus*, Idelphonſus cum uxore, & filiis, ac Epiſcopis totius Regni *venerunt Oveto ad celebrandum concilium, cum auctoritate Domini Papæ Joannis, & cum conſilio Caroli Principis Magni*, ſeu Caroli Craſſi Imp., ait Jampirus in hiſtoria ab Sandovalio edita, cujus concilii acta cum epiſtolis Joannis Papæ Cardinalis De Aguirre hactenus inedita vulgavit, multaque iis illuſtrandis addidit, quæ ibidem videri poſſunt, nam plura de ejuſdem concilii epocha, geſtis, vel ſubſcriptionibus, ab eruditis viris, Pagio, Manſio, aliiſque in diſputationem veniunt, in quibus diu inmorari inſtituti noſtri ratio, & brevitatis ſtudium non patitur; rerum vero geſtarum ſeriem dabit Mariana de rebus Hiſpaniæ lib.7. cap.18.

Pagi Manſi an. 882.

Ludovici Germaniæ Regis obitus.

Pagi not. 11.

5. Hoc anno 13. Kal. Decembris, ſeu potius ut legendum putat Pagius ex continuatore Annalium Fuldenſium, decimotertio Kal. Februar. Ludovicus Germaniæ Rex obiit: *Stella Cometes*, ait is auctor, *decimoquinto Kal. Febr. prima hora noctis apparuit, & rem infauſtam, quæ cito ſecuta eſt ſua apparitione præmonſtravit; nam Ludovicus invaleſcente morbo* 13. *Kal. ejuſdem menſis diem ultimum clauſit*, eademque die Ludovicum obiiſſe narrat Hermannus Contractus in chronico, juxta editionem Caniſii, ex quibus corrigendos eſſe Reginonem, & Annaliſtam Metenſem adnotat Pagius, dum librarii incuria retenta die 13. pro Febrarii, Septembris, vel Decembris poſuerunt, quod Caroli Craſſi Imp. poſt fratris obitum geſta quoque confirmant: His ceteri Annaliſtæ ſubdunt. *Nortmanni audita morte Regis nimio exultant tripudio, & jam non de conflictu, ſed de præda cogitant. Igitur cum omnibus viribus a munitione exiliunt, & Trevirorum nobiliſſimam civitatem Galliarum nonis Aprilis, die Sacratiſſimo Cœnæ Domini occupant*; cumque hæc poſt Ludovici obitum contigerint, ſane ante diem decimamtertiam Septembris, vel Decembris eumdem obiiſſe conſtat; Continuator etiam Lambecianus rem fuſiori ſtylo enarrans adnotat, quod Ludovici morte ſecuta. *Exercitus* ejus, *qui contra Nortmannos fuerat miſſus*, re infecta rediit. Quare *Nortmanni de ſua munitione egreſſi, Treviroram urbem invaſerunt, & habitatoribus civitatis partim expulſis, partim occiſis, totam in nonis Aprilis incenderunt &c.*

6. Dum

Jesu Chr. an. 882. Carolus Imp. Germaniæ Regnum obtinet, ejus in Nortmannos expeditio.

Murator. an. 882. *Antiq. Ital. diſſert.* 13.

6. Dum hæc in Galliis, ſeu in Germania agerentur, Carolus Craſſus Imp., qui, ineunte Februario, Ravennæ erat, ut adnotat Muratorius, ac ex diplomate ibidem dato probat, cum fratrem obiiſſe didiciſſet: *De Italia perrexit in Bojariam*, ait continuator Annalium Fuldenſium Lambecianus dictus, *& Optimates, qui fuerant fratris ſui ad ſe venientes, in ſuum ſuſcepit Dominium. Deinde Vormaciam veniens, cum ſuis undique venientibus conſiliatus eſt, quomodo Nortmannos de ſuo regno expelleret. Statuto itaque, & condicto inter eos tempore convenerunt de diverſis provinciis viri innumerabiles, & omnibus hoſtibus formidandi, ſi Ducem habuiſſent idoneum, ſibique conſentientem. Hoc eſt Franci, Nerici, Alamanni, Thuringi, atque Saxones, parique intentione profecti ſunt contra Nortmannos pugnare cupientes. Quo cum perveniſſent, munitionem illorum, quæ vocatur Aſcloha, obſederunt. Cumque jam expugnanda eſſet munitio, & hi, qui intus erant, timore perculſi mortem ſe evadere poſſe deſperaſſent, quidam ex Conſiliariis Auguſti Liutvvardus Pſeudo-Epiſcopus* (qui omnia poterat apud eum) *cæteris Conſiliariis, qui patri Imperatoris aſſiſtere ſolebant ignorantibus, juncto ſibi Vicberto Comite fraudulentiſſimo, Imperatorem adiit, & ab expugnatione hoſtium pecunia corruptus deduxit, atque Gothefridum Ducem illorum Imperatori præſentavit*, quem benigne exceptum, pacem cum eo fecit Carolus, *datis ex utraque parte obſidibus*, quam paulo poſt Nortmannos iterum fregiſſe addit is auctor. Liutvvardus porro Pſeudo-Epiſcopus ab hoc auctore dictus, Vercellenſis Epiſcopus, & Caroli Imp. Cancellarius erat ab Metenſi Annaliſta laudatus.

Carolus Imp. cum Nortmannis pacem init, & pecunia redimit.

7. His addit Fuldenſis continuator. *Sed Imperator tantam contumeliam exercitui ſuo illatam flocci pendens, prædictum Gothefridum de fonte baptiſmatis levavit, & quem maximum inimicum, & deſertorem Regni ſui habuerat, conſortem Regni conſtituit*; nam & terras ad habitandum dedit, & tributa ſolvere non erubuit: *Nam theſauros Eccleſiarum, qui propter metum hoſtium aſconditi fuerant, abſtulit, & auri puriſſimi, atque argenti, ad confuſionem ſui, totiuſque exercitus, qui illum ſequebatur, libras* 2412. *eiſdem dedit inimicis, prꝍterea quiſque de ſuo exercitu, in defenſione Sanctæ Eccleſiæ zelo Dei commotus, aliquem de Nortmannis, qui*

Jesu Chr. An. 882.

qui caſtra invadere tentabant, occidit, aut eum jugulare, aut ei oculos eruere præcepit. Unde exercitus valde contriſtatus, dolebat ſuper ſe talem veniſſe Principem, qui hoſtibus favit, & eis victoriam de hoſtibus ſubtraxit, nimiumque confuſi redierunt in ſua. Nortmanni vero de theſauris, & numero captivorum 200. naves onuſtas miſerunt in patriam, ipſi in loco tuto ſe continentes. Imperator inde tranſiens Moguntiacum venit, & inde ad Villam Tribuere (inter Moguntiam, & Oppenheymium ſitam) *ibique per plures moratus eſt dies. Qui etiam Vangioni Placitum habuit, & parum utilitatis decrevit. Nortanni portum, qui Friſiaca lingua Taventeri*, nunc *Daventria* (in Belgio fœderato ad Iſaram fluvium) *nominatur, ubi Sanctus Liobomus requieſcit, plurimis interfectis ſuccenderunt*. Ita Continuator Lambecianus, qui hoc tempore vivebat.

Nortmannorum ingentes clades, & civitates ſuccenſæ.

8. Quot autem, quantæve ſtrages ab Nortmannis, hoc præſertim tempore in Galliis, & Germania, in Belgio, aliiſque provinciis editæ ſint, quotque civitates cum habitatoribus, vel incenſæ, vel dirutæ longum eſſet exponere: anno proximo in Gallia Belgica *Cameratum, Trajectum, & Pagum Haſbanicum totamque Ripuariam, præcipua etiam in eis monaſteria ideſt Prumiam, Indam, Stabulans, Malmundarium, & Aquenſe Palatium, ubi in capella Regis ſtabulum equis fecerunt; Præterea Agrippinam, Coloniam, & Brunam civitates, cum Eccleſiis, & ædificiis incenderunt &c.*, ut Metenſis, & Fuldenſis Annaliſta narrant, hoc autem anno eodem cum furore reverſi; *cetera, quæ* hactenus intacta reliquerant *Incendio concremarunt, uſque ad confluentem Caſtellum, ubi Moſella Rhenum ingreditur*; atque, inde Trevirim, cum habitatoribus deſtruxerunt, uti ſupra adnotavimus.

Hincmari Remenſis Archiepiſc. obitus.

9. In hac Nortmannorum irruptione, cum *excreſcentibus peccatis*, ut ait Flodoardus, *gens Nortmannorum per omne Francorum diffunditur Regnum, & quoniam Civitas, hæc Remorum abſque muro habitabatur, accipiens ille*, ideſt Hincmarus Epiſcopus, *quod ſibi carius in theſauris habebat, corpus videlicet B. Remigii, ſilveſtria loca trans fluvium Matronam expetiit, & apud villam Sparnacum, aliquanto tempore cuſtodivit, denique cum ibi moraretur, diem ſuum clauſit extremum, cujus corpus Remos relatum, poſt ipſius Sancti tu-*

[a] *Flodoardi hiſt. Remen. lib. 3. 17.*

tumulum, *in tumulo*, *quem ſibi ipſe paravit*, *ſepultum eſt*, idque ut ibidem addit Flodoardus, *Anno Dominicæ Incarnationis* 882., *Epiſcopatus autem ſui* 37. *menſe* 7., *& die quarta*. Cujus epitaphium a ſe ipſo exaratum, ac ſepulchro inſcriptum ex Flodoardo refert Baronius; cujus primi verſus hæc habent. Jesu Chr. an. 882.

Nomine non merito Præſul Hincmarus, ab Antro
Te lectos tituli, quæſo memento mei, &c.

Sicque Hincmarus inter Galliarum hujus ævi Epiſcopos, & doctrinæ fama, ſcriptorumque varietate, & copia celeberrimus vivere deſiit, cujus opuſcula duobus in folio tomis Sirmondus edidit; Præter ea, quæ ſupra adnotavimus, plura de eodem videri poſſunt apud Dupinium, Cellierium, Caveum, alioſque, præſertim vero auctores hiſtoriæ litterariæ Galliarum, qui dum extantia Hincmari opera, & deperdita, vel dubia recenſent, quid unumquodque boni, malique contineat diligenter exponunt, ac tandem eum mixto quodam virtutum, ac vitiorum temperamento compoſitum quodammodo fuiſſe cum Cardinali Bona admonent, pag. 587. *Hiſt. letter. de la France to.* 5. *p.* 550. *ſeqq.*

10. In eadem Nortmannorum irruptione, hoc eodem anno Vala Metenſis Epiſcopus obiit, & quidem in bello armatus, *dum incaute cum paucis iis occurrens*, *occiſus eſt*, ait continuator Lambecianus; cum enim Treviri exciſa, Metas infeſto cum exercitu Nortmanni properarent, iis Vala Epiſcopus obviam factus, & cum paucis ad reſiſtendum impar, occubuit. Hæc tunc erat temporis conſuetudo, ſeu potius corruptela, canonum auctoritate non ſemel ſub Carolo Magno, & Ludovico Pio repreſſa, ut Epiſcopi armati in bellicis expeditionibus prodirent, unde militarem exercentes artem, cum militibus non ſemel eamdem ſortem in obitu habebant. Valæ Metenſis Epiſc. obitus.

11. Hoc eodem anno non multo poſt Ludovici Germaniæ Regis obitum, Ludovicus alter Galliarum Rex vivere deſiit, ut his verbis narrat Annaliſta Metenſis: *Nunciatum eſt*, ideſt Ludovico Tertio Galliarum Regi, *quia ſobrinus ſuus Ludovicus Ludovici Germaniæ Regis filius inutiliter ſibi*, *& Eccleſiæ*, *ac Regno vivens*, *morti ſuccubuit*. *Venientes autem Primores partis illius Regni*, *quæ ipſi Ludovico in* Ludovicus Tertius Galliæ Rex moritur, cui Carolomannus ſuccedit.

Jesu Chr. an. 882. *locarium data fuerat, quatenus, quæ pater, & avus illorum habuerunt, eis conſentirent, voluerunt ſe illi commendare. Sed conſilio Primorum, propter ſacramenta, quæ inter eum, & Carolum facta fuerunt, non eos in commendationem ſuſcepit; ſed ſcaram hoſtilem, cui præfecit Theodoricum Comitem, quaſi in adjutorium illorum contra Nortmannos diſpoſuit. Et ipſe ultra Sequanam, ac ſi recepturus Britonum Principes, & bellaturus contra Nortmannos uſque Turones perrexit. Ubi infirmatus eſt corpore, & lectica deportatus uſque ad monaſterium Sancti Dionyſii, menſe Auguſto, ibi mortuus eſt, & ſepultus*. Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino ejuſdem mortem in annum ſequentem perperam differunt, recte tamen tradunt, Carolomannum fratrem Regnum illius obtinuiſſe. Mabillonius lib. 2. de Re. Diplom. cap. 26. num. 17. refert apud Folquinum in chartario, de iſto Ludovico legi: *Iſdem Rex Ludovicus in Pago Vimiaco, cum Nortmannis bellum gerens, triumphum eſt adeptus, & non multo poſt obiit III. Nonas Auguſti, anno Domini* 881. *Regnavit annos II., menſes* 3., *cui ſucceſſit in Regno frater ejus Carolomannus &c.*

Galliarum urbes a Nortmannis vaſtatæ.

Pagi not. 17.

12. Poſt fratris obitum, addit idem Annaliſta: *Primores Regni expeditum nuncium miſerunt ad Carolomannum mandantes, ut relictis, qui Viennam obſiderent, & ſeditioni Boſonis reſiſterent, ipſe quantocius ad eum venire feſtinaret: quoniam hoſtiliter ipſi præparati erant in occurſum Nortmannorum, qui civitates Coloniam, & Treviris cum monaſteriis ſibi contiguis jam incenſas haberent, & monaſterii S. Landeberti in Leudico* (ideſt Leodio), *& Promiæ* (ideſt Prumiæ), *& inde Aquis etiam Palatium, omniaque monaſteria parochiarum, Tungrenſis videlicet, Attrebatenſis, Cameracenſis, & partem Remenſis parochiæ ſuæ ditioni addicta, & partim cum caſtello Maſoganenſi incenſa, & Walam Metenſem Epiſcopum contra ſacram auctoritatem, & Epiſcopale miniſterium armatum, & bellantem occiſum, & ſocios ejus fugatos habebant*. Ipſi autem parati erant illum recipere, & ſe illi commendare, ſicut & fecerunt, ideſt ad Carolomannum Ludovici defuncti Regnum detulerunt.

JESU CHRISTI an. 883. Marini Papæ 2. Caroli Crassi Imp. an. 4. Basilii Imp. an. 17.

Jesu Chr. an. 883.

1. Inter Marini Pontificis geſta hoc anno Formoſi Epiſcopi abſolutio, & in Epiſcopatum reditus recenſetur; Hunc quidem, utpote variis criminibus obnoxium, ſibique, & Romanæ Eccleſiæ adverſantem, ac cum Saracenis fœdere junctum, una cum Gregorio nomenclatore, ac Georgio, ejuſdemque genero (*duo iniquitatis vaſa*), ceteriſque ejusdem factionis participibus, Joannes Papa, ut ſe Rom. Synodo exhiberent, ibique ab impactis criminibus ſe purgarent juſſerat, Gregorium autem utpote contumacem condemnaverat, ac Epiſcopatu dejectum, communione tantum laica eum uti permiſerat, ut in epiſtola ad omnes Epiſcopos, Abbates, Sacerdotes, Judices, omnemque populum per Gallias, & Germaniam conſtitutos narrat Pontifex, at eum Marinus Papa hoc anno in priſtinam dignitatem, Epiſcopatu reſtituto, recepit, eo quod, ut ait Baronius, injuria ab Joanne Pontifice damnatus fuerat, quem ideo: *Ignominia obrutum* (*ut par erat*) *in priſtinum ſtatum revocavit* Marinus.

Formoſus a Marino Papa abſolutus in Epiſcopatum reſtituitur.

Joann. Papæ epiſt. 319.

Bar. 883. num. 1.

2. Anno autem proximo cum Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo ſucceſſiſſet Fulco: *Vir nobilis, & Palatinis aſſuetus officiis*, ait Flodoardus, *quæ fidei ſuæ tenorem*, ſeu fidei confeſſionem, *Marino Papæ delegans, pallium ab eo anteceſſorum ſuorum de more ſuſcepit &c.* De Marini Pontificis geſtis, poſt aliqua hæc etiam ſubdit. *Eodem anno Marinus Papa Scholam Anglorum Romæ exiſtentem, Alfredo Rege deprecante, a tributo liberam fecit, qui etiam Regi præfato dona tranſmittens plurima, dedit ei inter cætera portionem non modicam illius Crucis ſalutiferæ, in qua Dei Filius pro ſalute mundi pependit.* Hæc totidem verbis Matthæus Veſtmonſterienſis, qui res Eccleſiæ Anglicanæ proſecutus eſt.

Fulconis Rem. Epiſc. epiſt. ad Marinum Papam.

3. Ad hunc annum 883. ex Villelmo Malesburienſi Joannis Scoti, Erigenæ dicti, martyrium refert Baronius. Is quippe, ut idem auctor narrat, *munificentia Alfredi Regis illectus, venit in Angliam, & apud monaſterium noſtrum a pueris, quos docebat, graviis, ſeu graphiis, ut fertur, perforatus, etiam martyr æſtimatus eſt, quod ſub ambiguo ad injuriam ſanctæ animæ non dixerim, cum celebrem*

Joannis Scoti martyrium commentitium eſt.

Bar. num. 41. Malasbur. lib. 2. de Regibus cap. 4.

 ejus

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 883. *ejus memoriam ſepulchrum in ſiniſtro latere altaris, & epitaphii prodant verſus*, quos Baronius recitat. Ex Scotia in Gallias Joannes Scotus tranſierat, ibique apud Carolum Calvum in magna æſtimatione fuerat, ac Palatinæ bibliothecæ Præfectus, *individuus ei Comes fuerat in menſa, & cubiculo*, ait Veſtmonſtarienſis ad hunc annum, at eum Sophiſtam magis, quam theologum fuiſſe ſupra adnotavimus, cum de ejuſdem ſcriptis, & præcipue de libro de naturarum diviſione, ac de Corpore, & Sanguine Domini in Euchariſtiæ Sacramento verba fecimus, quem Berengario, ceteriſque ſacramentariis viam monſtraſſe notavimus, ut negarent verum Chriſti Corpus, & Sanguinem a fidelibus in Sacramento ſumi, de quibus plura hoc loco non addimus, quæ fuſiori ſtylo ad hunc annum perſequitur Pagius, ut ceteros de ſcriptoribus Eccleſiaſticis tractatores prætereamus. Hoc unum cum Pagio, & auctoribus hiſtoriæ litterariæ Galliæ adnotamus, Joannis ſcilicet Scoti martyrium incertum, aut etiam commentitium eſſe, cum id ex incerta fama, & incerti auctoris, & temporis epitaphio Malesburienſis referat; inſuper hic Joannes Scotus, qui, Alfredo hortante, ex Gallia in Angliam hoc tempore tranſiit, diverſus omnino ab Joanne Scoto, Erigena dicto fuit, nam hic alter Corbejenſis monachus erat, ambo quidem natione Scoti, unde in unum facile confuſi ſunt, de quibus non ſemel in hiſtoria litteraria Galliæ occurrit mentio.

Pagi not. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Hiſt. litt. Galli tom. 4. & 5.

Marini Papæ colloquium cum Carolo Imper. apud Nonantulam.

4. Cumque hoc tempore inteſtinis diſſidiis tota arderet Italia, ac Vitho Spoletinorum Comes, ſeu ut etiam dicitur Thuſſianorum, Romanæ Eccleſiæ patrimonia, & provincias reſtituere recuſaret, in Italiam a Marino Pontifice, ut veroſimile eſt, rogatus, tranſiit Carolus Craſſus Imp., ac cum ipſo Pontifice de reſtituenda Italiæ pace, deque comprimenda Vithonis Ducis temeritate colloquium in Nonantulenſi monaſterio habuit: *Imperator omne tempus æſtivum in Italia manſit*, ait Annaliſta Fuldenſis, *animoſque optimatum regionis illius contra ſe concitavit, nam Vitonem, alioſque nonnullos exauctoravit, & beneficia, quæ illi, & patres, & avi, & atavi illorum tenuerant, multo vilioribus dedit perſonis; quod illi graviter ferentes, pari intentione contra eum rebellare diſponunt, multa etiam plura, quam ante habuerant, ſibi vindicantes &c.* quare nullum hæc Pontifi-

tificis, & Caroli Imp. ſollicitudo fructum peperit: adverſus quidem Vitonem, Berengarium Forojulienſem Ducem cum exercitu miſerat Carolus, at ob aeris intemperiem, re infecta, ad ſua cum exercitu imminuto rediit Berengarius, ac Vito, ſocietate cum Saracenis inita, in ſuſcepta rebellione, non ſine maxima Romanæ Eccleſiæ perturbatione perſeveravit, ut pluribus ad hunc annum narrat Muratorius.

Gallia a Nortmannis afflicta.

5. Cum Nortmannis, eorumque Duce Gothefrido aliqualem pacem anno proximo inierat Carolus Imperator, ac ipſum Gothefridum ex baptiſmatis fonte ſuſceptum, conſortem quodammodo Regni conſtituerat, ut ibidem diximus, hoc autem anno, ut narrat continuator Lambecianus Annalium Fuldenſium: *Gothafrius Nortmannus, qui ſuperiore anno fuerat baptizatus, cum Hugone Hlotaris filio fœdus iniit, ejuſque ſororem* Giſlam *uxorem duxit in conjugium, unde idem Hugo audacior factus Regnum patris ſui*, ideſt Lotharingiam *ſuæ ditioni ſubjugare ſtuduit*; Quare nullam Galliarum provinciæ utilitatem ex fœdere cum Gothefrido Duce inito, nec ex baptiſmate ab eo ſuſcepto, nuptiiſque cum Giſla regia puella celebratis perceperunt; nam hoc quoque anno iidem Nortmanni, quorum variæ tribus erant, & in varias diſtributi turmas, ut idem Lambecianus continuator adnotàt, per Rheni alveum in Gallias transfuſi vaſtando excurrerant: *Anno Domini* 883. *menſe Octobrio Nortmanni regnum Carolomanni atrociter devaſtantes, & per Terraciam iter agentes, Iſam*, ſeu Iſaram, *tranſierunt*; *Quos Carolomannus inſecutus in Anabl comprehendit, commiſſoque prælio, victor extitit, cecideruntque Nortmanni circiter mille. Sed nil eos hæc pugna perdomuit, ſed ad naves converſi omne regnum ferro, & igne devaſtant, & Eccleſiis diruptis, ceteriſque deletis Viromandis pervenerunt, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Attrebatis civitate. Et Octobrio menſe finiente, Lavetum* (vel Lauctum), *cum epiſtolis, & peditibus, atque omni ſuppellectili veniunt. Naves quoque per Summam* (ideſt Somnam) *fluvium ingreſſæ Regem, cunctumque exercitum ejus fugere compulerunt, atque Hiſam fluvium tranſire fecerunt. Tunc Ambianis civitate ad hyemandum ſibi ſedem paraverunt &c.*, hactenus de geſtis hoc anno.

JESU

Jesu Chr. an. 884.

JESU CHRISTI an. 884. Hadriani 3. Papæ an. 1. Caroli Crassi Imp an. 5. Basilii Imp. 18.

Marini Papæ obitus, cui succedit Hadrianus.

1. Hoc Chriſti anno 884. Marinus Papa cum annum unum, menſes aliquot Romanam eccleſiam adminiſtraſſet, ineunte Majo vivere deſiit, ac Hadrianus tertius natione Romanus poſt paucos dies in ejus locum Rom. Pontifex ordinatus fuit, qui prædeceſſoris ſui, ſeu Marini veſtigiis inhærens, nullam cum Photio ſchiſmatico ſocietatem, nullumque communionis ſymbolum, vel litteras eidem dedit, etſi a Baſilio Imperatore, ut in rebus divinis cum eo communicaret, rogatus fuiſſet. Quamobrem Imperator repulſam paſſus, ira exæſtuans, litteras calumniis, injuriiſque refertas ad Hadrianum Papam dedit, quæ Romam ſero delatæ, cum jam Hadrianus obiiſſet, eoſdem ſucceſſor ejus Stephanus Papa quintus, ab aliis ſextus dictus accepit. Quænam autem Imperatori reſcripſerit Hadrianus ſuo loco, & anno ſequenti dicturi ſumus. Marinum Pontificem his verſibus celebrat Flodoardus in carmine de Rom. Pontificibus.

Apud Mabil. secul. 3. Benedict. in appendice.

Placitus Domino, & decus orbis habetur
Auguſtis carus, populorum dignus amator

Et infra eo quod Photio reſtitiſſet.

Nam Grajos ſuperans, pulſis erroribus unam
Reddidit eccleſiam, ſciſſumque coegit ovile.

Caſſinenſe monaſterium a Saracenis deſtruitur, Bertharius Abbas, aliique occiduntur.

2. Interea cum per Campaniam Saraceni impune excurrerent, excurrendoque vaſtarent, hoc anno, vel proximo elapſo, ut ait Muratorius, Caſſinenſe Monaſterium, occiſo Berthario Abbate, incenderunt, ac deſtruxerunt. *Per idem tempus*, ait Leo Oſtienſis in chronico, *Monaſterium B. Patris Benedicti, ubi ſanctiſſimum ejus corpus requieſcit a prædictis Saracenis occupatum, deſtructum, incenſumque eſt, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo octogeſimoquarto, Indict. 2. pridie nonas Septemb. Nec multo poſt undecimo videlicet Kalend. Novembris, monaſterium majus, quod erat inferius, barbarica immanitate ſuccenderunt: multoſque ibi perimentes,* *ipſum*

lib. 1. cap. 44.

ipſum etiam honeſtum, ac venerabilem Berthtarium Abbatem trucidaverunt juxta altare B. Martini. Monachos vero, Angelgario ſibi Abbate conſtituto, Theanum tranſiiſſe narrat idem auctor. Jesu Chr. an. 884.

3. His geſtis iidem Saraceni ex Campania in finitimas Brutiorum, vel Apuliæ regiones ut ſuis opem ferrent, tranſierunt, ac a Græcis ibidem maxima cœde hoc tempore affecti ſunt, ut Herchembertus, aliique narrant: de ea victoria ad ultimos Baſilii Imp. annos adnotat Conſtantinus Porphyrogeneta, quod cum expeditionem adverſus Saracenos, claſſemque paraſſet, Maxentium Cappadocem cum electa militum manu miſit; Is tamen *propter innatum quaſi torporem, ac ſegnitiem, ut videtur, ſeu magis ignaviam, & luxum, nihil quod opere pretium foret, vel iis quas ducebat copiis dignum facere potuiſſet, ceſſare jubetur*. Eoque revocato, Phocam Nicephorum miſit virum ingenio ſolertem, & vigilem, manuque fortem, qui ſtatim unitis cohortibus, *multa & prudentiæ, & bellicæ virtutis ac fortitudinis obiit opera. Continuo enim Amantiam urbem cœpit, multa ſtrage, fuſis fugatiſque hoſtibus, Arcemque Tropas, & Sanctam Severinam ad priſtinum Imperii Romani dominium reduxit, aliiſque præliis, ac dimicationibus Agarenorum victor evaſit, eorumque ſpoliis exercitum recreavit, ac ditavit. Et hæc quidem in vivis agente inclitæ memoriæ Baſilio Imp. &c.* Hic autem Phocas Imperium poſtea adeptus eſt, ut infra dicturi ſumus.

Saraceni a Græcis in Apulia, & Brutiis victi. *Murat. rer. Ital. tom.* 2. *pag.* 249. *Hencherb. hiſt. cap.* 48. 51. *Conſtant. Porphyrog. in Baſilio pag.* 192.

4. Quod Saraceni in Campania, finitimiſque provinciis gerebant, eadem fere in Galliis Nortmanni hoc tempore patrabant, quorum continuas irruptiones ſupra narravimus. Hoc autem anno etſi bis repreſſi, fugatique fuiſſent, ut Fuldenſis Annaliſta Lambecianus a Pagio relatus narrat, nihilominus cum Carolus, ſeu Carlomannus hoc anno vivere deſiiſſet, ad uſitatas deprædationes redierunt. *Carolus juvenis*, ſeu Carlomannus, ait idem Annaliſta, *Rex Galliæ in quadam venatione ictibus cujuſdam apri fertur occiſus, re autem vera a ſuo ſatellite in eadem venatione non ſponte vulneratus occubuit. Unde Nortmanni, qui Regnum illius prædis, & incendiis longo tempore fatigaverunt, audaciores effecti, duodecim millia librarum, & auri, & argenti ab illa regione tributi nomine exegerunt, & tamen fidem pollicitam*

Normanni Galliæ ſemper infeſti.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 884. *tam minime ſervaverunt, nam & obſides occiderunt, & a prædationibus minime ceſſarunt &c.*

Carlomanni Regis Franc. obitus.

5. Carlomannum Francorum Regem Hadriano Pontifici, dum adhuc viveret, commendaverat Fulco Remenſis Archiepiſcopus in epiſtola ad eum hoc anno data, ut de adepto Pontificatu cum eo gratularetur, resque ſuas, ſeu Eccleſiæ ei commendans, cujus his verbis meminit Frodoardus. *Hadrianum quoque Papam ipſius Martini*, ſeu Marini, *ſucceſſorem litteris initio Pontificatus ejuſdem viſitare ſtuduit, congaudens ipſius honori, & ſe Romam velle petere ſignificat, ſi Deo pacem tribuente valuerit*: ac ut privilegia ſuæ Eccleſiæ confirmare dignaretur, ab eo petiit, ut ibidem videre eſt. Carlomanno autem mortuo, de Regni ſucceſſione usque ad annum proximum inter Carolum Craſſum Imp. defuncti patruum, & Carolum ſimplicem Carlomanni fratrem, vel ut aliis placet, filium, certatum fuit, ac tandem Carolo Imp. regnum Carlomanni delatum eſt, eo quod Carolus adhuc puer ſeptennis, vel etiam quadrimus ad Regnum difficillimis iis temporibus tuendum impar eſſet, qui Hugoni Abbati monaſterii S. Germani Antiſſiodorenſis fidei commendatus fuit, ut eum in litteris, & pietate educaret, relicta eidem regnandi ſpe, cum ad virilem ætatem perveniſſet.

Fulconis Remen. Episc. epist. ad Hadrianum.

Murat. hoc an.

Danorum, & Anglorum mutuæ cædes.

6. Dum e Galliis in Britanniam Dani, Nortmanni etiam dicti navigarent, Cantii Regnum ingreſſi Roſſam urbem obſidione cinxerunt, quam cives fortiter tutati ſunt, donec Alfredus Rex cum magnis copiis in Cantium deſcendit, & eos ad naves ſuas fugere compulit, qui *eadem æſtate iterum Franciam adierunt*, inquit Aſſerus ad hunc Chriſti annum. Offenſus hac Danorum irruptione Alfredus Rex, quod nulla fœderis reverentia inſulam iterum turbare tentaſſent, in Orientales Anglos hactenus ſibi infeſtos caſtigaturus movit, initoque navali prœlio, hinc inde acriter pugnantes, *Pagani omnes occiſi, & omnes naves cum omni pecunia eorum captæ ſunt*, inquit Aſſerus, qui addit, Chriſtianos dividendis ſpoliis occupatos, ſomnoque, ac inertia ſepultos, ab aliis Danorum reliquiis turpiter cæſos fuiſſe,

Alfredus Angliæ Rex litteras excitat.

7. Alfredi Regis mentio facta nos admonet, ut de ejuſdem in excitandis in Anglia litterarum ſtudiis ſollicitudine nonnulla adnotemus, qui primo ex ipſa Britannia, quotquot potuit ſtudioſos undequaque collegit. Hi præcipue fuere

re Verfrithus Virgonienſis eccleſiæ Epiſcopus, in divinis litteris non mediocriter eruditus, qui libros Dialogorum ſancti Gregorii Papæ, juſſu Regis, e latina in Saxonicam linguam convertit. Dein Plegmundus ex eremita Dorobernenſis antiſtes, mnlta præditus ſapientia, Ethelſtanus quoque & Vervulfus ſacerdotes, & capellani eruditi, quos e Mercia Rex evocaverat. Hos laudat Aſſerus, qui & ipſe ab Alfredo Rege, multis præmiis propoſitis, invitatus, e remotiori Britannia ad Saxoniam, ut ipſe loquitur, acceſſit. Alfredus autem in præfatione ad verſionem Saxonicam paſtoralis Gregoriani, ait ſe id feciſſe, ſicuti didicerat a Plegmundo Archiepiſcopo ſuo, & Aſſero Antiſtite itidem ſuo, nec non a Grimbaldo, & Joanne ſibi in divinis litteris præceptoribus.

Aſſerii initia, & geſta usque ad Epiſcopatum.

8. Aſſerus ſeu Aſſerius, quem nonnulli Aſſerionem vocant, natus erat in ultimis, & occiduis Britanniæ finibus in Demetarum regione, quæ nunc Pemprochianus pagus dicitur, ibique Meneviæ in monaſterio Devi, ſeu Degvi, a ſanctiſſimo olim ejus urbis Epiſcopo, a quo urbs cognomen accepit, educatus, & ſacris initiatus fuit. Fama autem ejus ad Alfredum perlata, ad ſe Rex vocavit, ac benigne ab eo ſuſceptus eſt, rogatuſque, ut ſe ejus ſervitio devoveret, & omnia, quæ in patria poſſidebat pro eo relinqueret, majora ab eo percepturus. Reſpondit Aſſerus, ſe id incaute, ac temere promittere non poſſe. Injuſtum enim ſibi videri, ut *illa tam ſancta loca, in quibus nutritus, & doctus, ac coronatus*, ideſt tonſura inſignitus, *fuerat, atque ad ultimum ordinatus*, pro quovis terrenno honore, ac commodo, niſi coactus relinqueret. Sed tandem conſilio ſuorum, qui hac ratione Alfredi tutelam ſibi demereri cupiebant, regis petitioni acquievit, ejuſque ſervitio ſe devovit, ea conditione, ut identidem ad ſuos remeare ſibi liceret: Ita factum eſt, ut Saxonia *adjuvaretur per rudimenta ſancti Degvi, & monaſterium, & parochia ſancti Degvi*, quæ a vicinis regibus ſæpius infeſtabatur, ab Alfredo defenderetur. Nec inanis fuit Aſſeri in regem opera, qui ipſi duo monaſteria in Saxonia tradidit, *Amgresbyri* ſcilicet, ac *Banuville*, eumque demum Schireburnenſi Eccleſiæ præfecit. Hæc de indigenis magiſtris.

Alfredus Rex Angliæ eruditos viros ex his

9. Sed cum nec ſic ardentiſſimo regis deſiderio factum eſſet ſatis, legatos *ultra mare in Galliam* direxit ad conquirendos magiſtros, indeque Grimbaldum ſacerdotem, & mona-

JESU CHR. AN. 884.

Joannem vocat.

monachum, de quo ſuperius egimus, evocavit. *Joannem quoque, æque presbyterum, & monachum, acerrimi ingenii virum*, ut loquitur Aſſerus, & omnibus litterarum diſciplinis excultum, *Ealdſaxonum genere*, ideſt *e veteri Saxonia oriundum*, ut recte Villelmus Malmesburienſis, & poſt eum Ingulphus interpretantur, quem ideo ab Joanne Scoto diſtinguendum eſſe ſupra adnotavimus.

Monaſteria ab Alfredo Rege condita.

Mabill. pag. 243.

10. Eamdem, quin & majorem, quam pro litteris in Anglia excitandis, pro pietate, ſuorumque ſpirituali ſalute curanda, ſollicitudinem gerebat Alfredus. Hinc duo conſtruxit monaſteria, unum virorum apud Ethilingiam, ubi aliquando delituerat ob metum paganorum: alterum virginum juxta orientalem portam Sceſtesburgi ſeu Sceſroniæ, *in quo propriam filiam ſuam Ethelgeofu, devotam Deo virginem, abbatiſſam conſtituit*: cum qua etiam aliæ multæ nobiles ſanctimoniales ibidem ſanctiſſime vixerunt, quæ duo monaſteria multis prædiis, ac poſſeſſionibus locupletavit. Tertium virorum item Vintoniæ condidit, cui Grimbaldum præfecit. Ethelingienſe monaſterium paludibus, atque impermeabilibus locis, & aquis cinctum erat, ad quod non niſi per pontem, inter duas arces poſitum, acceſſus erat. Cum vero tunc temporis in Anglia monaſtica vita eouſque deſpiceretur, itaut nobilium, ac liberorum indigenarum, præter infantes, vix eſſet, qui eam amplecti vellet, ideo ultramarinos quoſdam Presbyteros, ac Diaconos Alfredus in Ethelingienſe monaſterium congregavit, in quo *Joannem presbyterum monachum, Ealdſaxonum genere, abbatem conſtituit*. Verum, cum necdum tantum numerum, quantum vellet, monachorum haberet, ex Gallia alios comparavit, ex quibus quoſdam pueros in eodem monaſterio erudiri juſſit: hæc & alia ibidem de propagatione vitæ monaſticæ in Anglia.

De Codice legum ab Alfredo Rege vulgato.

Apud Vilkins concil. Britann. tom. I. pag. 186.

11. Præ ceteris vero Alfredi Regis pietatem commendat legum Codex ab eo vulgatus, quo primum decem Decalogi præcepta, deinde præcipua Moſaicæ legis capita capitibus 49. diſtincta, quæ moralia, vel judicialia erant, inſeruit, deinde ea, quæ ab Apoſtolis in concilio Hieroſolymitano ſtatuta fuerant, de cavenda Idololatria, & fornicatione, & abſtinentia a ſanguine addidit, tum demum alia plurima, quæ antiquitus ab Epiſcopis, vel Regibus in chriſtianæ religionis augmentum, moreſque corrigendos ſtatuta fue-

Digitized by Google

fuerant, capitibus 18. diſtributa vulgavit, omnibuſque ſervanda propoſuit, hinc in hujus collectionis prologo hæc adnotavit, *Ego Alfredus Rex in unum collegi, & litteris conſignari juſſi multa eorum, quæ parentes noſtri obſervabant, quæ mihi non placebant rejeci cum ſapientum meorum conſilio, & ullo modo juſſi obſervari, quoniam non audebam tentare meorum ſtatuturum aliqua ſcripta conſignare. Porro etiam me latuit, quid eorum placuerit illis, qui nobis ſuccederent. Aſt cum deprehenderim ſive in diebus Inæ cognati mei, vel in Offæ Merciorum Regis, vel in Æthelberti, qui primus baptiſma accepit in natione Anglica ea, quæ mihi juſtiſſima videbantur exinde collegi, & reliqua neglexi. Ego Alfredus Occiduorum Saxonum Rex &c.* Quo autem Regni anno has leges Alfredus vulgaverit, non conſtat. Regni sui ſeptennio, vel decennio a Danis undique preſſus, ac aliquando latitare compulſus, de legibus ferendis cogitare non potuit, ſuperatis hoſtibus, cum hoc tempore regnaret, circa annum 885. eas vulgaſse vero proximum eſt.

Jesu Chr. an. 884.

12. Eodemque tempore, dum Marinus Rom. ſedem teneret, cum muneribus ad Apoſtolorum limina, & in Indiam ad Divi Thomæ ſepulchrum Alfredus legatos miſit, ut his verbis narrat Vilelmus Malesburienſis. *Eleemoſynis intentus, privilegia eccleſiarum, ſicut pater ſtatuerat, roboravit. Et trans mare Romam, & ad ſanctum Thomam in Indiam multa munera miſit. Legatus ad hoc miſſus Sigelinus Schireburgenſis Epiſcopus cum magna proſperitate (quam quivis hoc ſeculo mittitur) Indiam penetravit: indeque rediens, exoticos ſplendores gemmarum, & liquores aromatum, quorum illa humus ferax eſt, reportavit. Præterea munus omni auro obrizo pretioſius, partem Dominici ligni a Papa Marino Regi miſſam &c.* Ac iterum anno 889. alteram Romam, Hieroſolymis alteram legationem cum eleemoſinis miſit, ut ibidem dicturi ſumus.

Alfredi Regis legatio & munera Romam miſsa, & in Indiam. Malesbur. de geſt Reg. Angl. lib. 2. 4.

JESU CHRISTI annus 885. Stephani V. Papæ an. 1; Caroli Craſſi Imp. 6. Basilii Imp. 19.

1. Jesu Chriſti anno 885., cum Hadrianus Papa, hujus nominis tertius, annum unum, menſes tres, dies aliquot Romanam rexiſset Eccleſiam, dum in Gallias profecturus eſſet, in itinere obiit, ac in Nonantulano monaſterio ſepultus

Hadrianus Papa ſynodum celebrat.

 eſt,

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 885.

Mur. Manſi hoc ann.

Campi hiſt. Placent. tomo 1. in append.

eſt, ſucceſſoremque habuit Stephanum Quintum virum pietate, nobilitateque inſignem, de cujus geſtis infra, nunc reliqua Hadriani facta proſequimur, quem Synodum, vel Romæ, vel in itinere celebraſſe adnotant eruditi, ac ex ejuſdem diplomate, pro monaſterio Sancti Sixti Placentiæ, quod Angilberga Auguſta, & Ludovici Imp. relicta ædificaverat, conceſſo probant. *Datum XV. Kal. Maii per manus Gregorii Nomenclatoris, miſſi, & Apocryſarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Imp. Domino piiſſimo Auguſto Carolo a Deo coronato magno Imperatore, anno ejus quinto, Indictione tertia*; Eamque bullam ſe in Synodo coram Epiſcopis congregatis, dediſse narrat Hadrianus Papa: *Inter hæc*, ait, *Ravennate Archiepiſcopo, cum Ticinenſe, et Placentino, et Regienſe, et Mutinenſe, cum Mantuano, et Veronenſe, cum Laudenſe, & Vercellenſe, aliiſque Coepiſcopis nobiſcum Sanctam Synodum celebrantibus, et tuæ voluntati aſſenſum præbentibus, volumus, atque inſtituimus &c.*

Hadriani Papæ iter, & obitus in Italia.

Anaſt. to. 1. pag. 439.

2. Extra urbem Hadrianum Papam hoc anno obiiſse adnotat Gulielmus Anaſtaſii continuator in vita Stephani Quinti ſucceſſoris; cur autem iter in Gallias ſuſceperit, indicat continuator Annalium Fuldenſium a Lambecio editus, his verbis. *Imperator cum ſuis apud Francfourd colloquium habuit, miſſiſque Romam nunciis, Hadrianum Pontificem invitavit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quoſdam Epiſcopos irrationabiliter deponere, & Bernhartum filium ſuum ex concubina hæredem regni poſt ſe conſtituere, & hoc quia per ſe poſſe fieri dubitavit, per Pontificem Romanum, quaſi Apoſtolica auctoritate perficere diſpoſuit. Cujus fraudulenta conſilia Dei nutu diſſipata ſunt. Nam Pontifex Romanus ab Urbe digreſſus, & Heridano* (seu Pado) *flumine tranſito, vitam præſentem finivit, ſepultuſque eſt in monaſterio Nonantulas*. Alter vero eorumdem Annalium continuator Freherianus dictus: *Poſt obitum Carolomanni Regis, qui tunc Galliam rexerat, Cæſar*, seu Carolus Craſſus, *Regnum ipſum aggreditur, receptiſque primoribus, & diſpoſitis ibi rebus, prout voluit, remeavit in Franciam ad edictum placitum Vormatienſe obviam Apoſtolico, ſed dum ipſe Papa jam medio itineris ſpatio foret, correptus celeri infirmitate expiravit*, in loco ut narrat Anaſtaſii continuator, *ſuper Fluvium Scultiuna*, nunc Panaro dictum.

Digitized by Google

ctum, *in Villa, quæ Viulzaebara nuncupatur*, prope monaſterium Nonantulæ, ac ibi ſepultum fuit, unde Nonantulæ eum obiiſſe nonnulli dixerunt; Hinc etiam factum, ut cum Hadriani Primi Pontificis memoria celebris in Eccleſia eſſet, eum ibidem ſepultum fuiſse autumantes Nonantulani monachi, cultum Sanctis debitum huic detulerint, ut ad hunc annum adnotavit Muratorius.

Hadriani 3. decretum pro electione Roman. Pont. ſuppoſititium eſt.

3. Hadriano Tertio Pontifici duo decreta inſcripta ſunt, quorum primo cautum eſt, *Ut Pontifex deſignatus conſecrari, ſine præſentia Regis, aut legatorum ejus poſſit*. Altero pro dignitate Italiæ jubebat, *Ut moriente Rege Craſſo ſive filiis, Regnum Italieis Principibus, una eum titulo Imperii traderetur*; atque Hadrianum eorum auctorem fuiſse, auctores plurimi tradiderunt, Martinus Polonus in chronico, Ptolomæus Lucenſis, Platina, Sigonius, nec diſſentit Pagius, incerta tamen hæc eſſe, quin & commentitia e contra Eccardus, aliique cenſent, jurene, an injuria, aliis judicandum relinquimus; id ſane conſtat, de Romanorum Pontificum electione, non expectato Imperatorum conſenſu, non ſemel poſthac diſputatum fuiſse, & decreti hujus nullibi occurrit mentio, ut poſt Saxium adnotat Manſius ad hunc annum.

Ptolom. hiſt. apud Murat. rer. Ital. to. 2. Plat. in vitis Rom. Pontif. Sigon. de regno Ital. l. 5. Pagi not. 4. ans 885.

Manſi not. hoc an. Sax. not. in Sigon. tom. 2.

Stephanus quintus Roman. Pontifex eligitur, & ordinatur.

4. Roma diſcedens Hadrianus Tertius, ad urbis tutelam, Saracenorum æque, ac locuſtarum irruptione afflictam, reliquerat *Joannem Tieinenſem Epiſcopum, & Miſſum Caroli excellentiſſimi Imperatoris*, ait Anaſtaſii continuator. Ubi autem eum obiiſse Romani cognoverunt, qui eo tempore, *multa, tam locuſtarum devaſtatione, quam pluviæ ſterilitate, ſeu famis inopia paſſi fuerant incommoda, eredentes ſe poſſe hujus venerabilis viri ſanctitate relevari: per Dei miſericordiam facto conventu ſanctiſſimorum Epiſeoporum, & totius clericalis ordinis, necnon nobilium ſenatorum, & virorum illuſtrium cœtu, acclamantibus omnibus una eum populo, & utriuſque ſexus vulgi multitudine: Dominum Stephanum Presbyterum Deo dignum omnes volumus, omnes quærimus, & petimus nobis præeſſe Pontificem; quia proculdubio credimus, ejus ſanctitate nos poſſe liberari ab imminentibus periculis &c.*, & ſane, cum, agmine facto, eumdem Stephanum ab titulo SS. Quatuor Coronatorum, ubi latebat, eduxiſsent, ut ad Lateranenſe Palatium ducerent; *Tanta pluviarum cælitus facta eſt inundatio, quæ ſua ubertate terram a mul-*

JESU CHR. AN. 885. *a multo retro tempore aridam reſiceret, ut aperto judicio Deus oſtenderet, tanti almigeri viri meritis ac precibus, omnibus ſe velle propitiari populis. Quo ſcilicet in eodem reſidente* Anaſt. to. I. pag. 440. *Palatio, gaudens utriuſque ordinis Proceres, & debitam fidelitatem cœperunt exhibere. Adveniente autem proximo die Dominico*, ut ait auctor vitæ Pontificum, *ad Beatiſſimi Apoſtolorum Principis limina omnis Romana Eccleſia eum honorabiliter detulit. Ubi etiam conſecratus Pontifex, Miſſarum ex more celebravit ſolemnia.*

Stephani Papæ mores, & geſta. 5. Ad Lateranenſe Palatium reverſus, cum illud expilatum, expoliatumque inveniſset, ex propriis ſubſtantiis, quæ ampliſſimæ erant, Romanorum civium inopiam ſublevavit, ut idem Anaſtaſii continuator adnotat, qui etiam de ejuſdem ingenio, ſtudiis, ſanctiſque moribus, hæc addit. *Iſte quidem Beatiſſimus Pontifex nobilium parentum Romanorum proſapia ortus*, omnium virtutum genere ab ipſa infantia inclaruit, ac ab Nicolao Papa Subdiaconus, Presbyter vero tituli SS. Quatuor Coronatorum a Marino Pontifice ordinatus fuerat: *Erat enim*, ait auctor vitæ ejus, *corpore caſtus, animo benevolus, vultu hilaris, eloquio prudens, operibus largus, ingenio fœcundus, mœrentium conſolator, pupillorum, & inopum enutritor, & ut generaliter comprehendam, omnium virtutum floribus adornatus &c.*

Stephani geſta Pontificatus initio. 6. Romanus autem Pontifex conſecratus: *Miniſtros, & familiares, hinc inde perquirens, tales ſuis obſequiis mancipavit, qui & vitæ ſanctitate & fidei ſinceritate, & ſapientiæ doctrina, & eloquentiæ facundia, & morum probitate pollerent. Cum ad prandium ſedebat, orphanos quotidie advocabat, quos ut filios alebat: convocatos vero nobiles, cum corporeis paſceret eibis, ſpiritualibus epulis refovebat, & tantum Dei timorem mentis oculis ferebat, & in divinis laudibus inſiſtebat, ut ad ejus prandium ſacra per ſingulos dies lectio recitaretur &c.*

Locuſtas uſu aquæ benedictæ exterminat. 7. Cumque *locuſtarum clades, quæ prædeceſſoris ſui Hadriani videlicet, totam patriam pene conſumpſerant, male multiplicato germine naſci cœpiſſent, & omnia repleviſſent, miſertus idem Sanctiſſimus Papa afflicti populi, primum quidem divulgavit, ut ſi quis de iis unum ſextarium caperet, & ſibi attuliſſet, quinque vel ſex denarios ab eo perciperet. Hos autem populi audientes, cœperunt huc, illucque diſcurrere,*

rere, eaſque capere, & miſericordiſſimo Patri ad emendum portare. Sed cum illas tali argumento delere nequiſiet, ad Domini miſericordiam confugiens, in Oratorium B. Gregorii, ubi ejus lectus babetur, juxta Eccleſiam Principis Apoſtolorum veniens, ſeſe cum lacrymis in orationem dedit. Cumque diutius oraſſet, ſurrexit, & aquam propriis manibus benedicens, Manſionariis præcepit, dicens: Tollite, & ſingulis diſtribuite, monentes, ut in nomine Domini agros ſuos circumeant, & banc aquam ſpargant per ſata, & vineas, petentes divinum ſibi ſuffragari ſubſidium. Quo facto tanta omnipotentis Dei ſubſequuta eſt miſericordia, ut ubicumque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitus locuſta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes, ad Urbem confluunt, ſubveniri ſibi depoſcunt, omnem terram in pulveris modum locuſtis coopertam clamitant, quos benignus Papa benigne commonuit, de cœlo auxilium petere debere contra flagellum imminens &c.

8. Cum eam in ſublevandis Romani Populi neceſſitatibus ſollicitudinem geſſiſſet Stephanus Papa, majorem certe pro eorumdem ſpirituali profectu, animarumque ſalute geſſit, nam ut idem ſubdit auctor. *Intuitus vero inſolentiam populi, & cæcitatem cordis ſui, vaniloquis, & nefariis fabulis, & otioſis ſermonibus vacantis in Eccleſia, & audiens quoſdam, vulgante fama, maleficiis, & incantationibus uti, bac allocutione Miſſam celebrans populum admonuit. Filiationem veſtram chariſſimi commonemus, ut convenientes ad ſacratiſſimum Dei Templum, id diligenter pertractare debeatis, ad quod veniſtis &c.* Atque longiorem in eam rem ſermonem habitum is auctor recitat, ac tandem contumaces hac ſententia comprimere conatus eſt. *Quamobrem quiſquis deinceps tali contagio ſe polluere tentaverit, alienum vivifici fieri Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Spiritus Sancti judicio, donec a tanta reſipiſcat ignavia, judicamus; Qui vero tam ſalubribus interdictis contemptor extiterit, & in eadem peſtifera pertinacia perſeverans reſipiſcere neglexerit, perpetuum a Deo Patre, & Jeſu Chriſto filio ejus ſit anathema.*

Stephani Papæ exhortatio ad populum.

Anaſt. ut ſup. p. 440.

9. Tanto autem cum plauſu in Romanum Pontificem electus Stephanus, tantoque cum conſenſu conſecratus, adſtante etiam, ac probante Joanne Ticinenſi Epiſcopo Caroli Craſſi Imp. miſso, ut ſupra diximus, ejuſdem tamen conſecra-

Carolus Imp. Steph. Papæ ordinationem se inscio, ægre tulit.

Jesu Chr. an. 885.

ſecrationem, ſe inſcio, peractam fuiſſe eo uſque ægre tulit Carolus Craſſus, ut eum etiam, ſi licuiſſet, deponendum juſſerit. *Poſt paucos dies*, ex quo Hadrianum obiiſſe, Francofortii ſubſiſtens acceperat: *Mogontiam venit, & Vormatiam, ibique cum Epiſcopis, & Comitibus Galliarum habita collocutione, in Bajoariam profectus eſt, ibique Natalem Domini celebravit. Romani, Pontificis ſui morte comperta, Stephanum in locum ejus conſtituerunt. Unde Imperator iratus, quod, eo inconſulto, ullum ordinare præſumpſerunt, miſit Liutwardum, & quoſdam Romanæ Sedis Epiſcopos, qui eum deponerent, quod perficere minime potuerunt. Nam prædictus Pontifex Imperatori per Legatos ſuos pluſquam* 30. *Epiſcoporum nomina, & omnium Presbyterorum, & Diaconorum Cardinalium, atque inferioris gradus perſonarum, nec non, & laicorum Principum Regionis ſcripta deſtinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt, & ejus ordinationi ſubſcripſerunt.*

Stephani Papæ epiſt. ad Baſilium Imper.

conc. to. 9. pag. 366.

10. Interea cum Marinus Papa Hadriani præceſsor biennio ante in ſuam communionem Photium recipere recuſaſſet, ac paulo poſt obiiſſet, Baſilius Imperator, eam ob rem adverſus Marinum exaſperatus, litteras ad Hadrianum Marini ſucceſſorem dedit refertas quidem adverſus Marinum injuriis, & conviciis, at Romam delatæ ſunt, cum jam Stephanus Hadriano Tertio ſucceſſiſſet, iiſque acceptis, Stephanus Papa prædeceſſorum veſtigiis inhærens, ac in Photii deteſtatione perſeverans, ut injuriam Romanæ Eccleſiæ, ac prædeceſſori ſuo Marino illatam repelleret, ad Imperatorem reſcripſit, eumdem redarguens, quod tam facile calumniis adverſus Marinum Papam ab Photio vulgatis aures præbuiſset: extat adhuc Stephani epiſtola ex duplici verſione tomo 8., & 9. conciliorum inſerta, cujus hic eſt titulus. *Epiſtola Stephani Papæ Romani ad Baſilium Imp., poſtremis videlicet ejus temporibus, quando a Photio ſeductus ſcripſit Romam adverſus Sanctum Marinum Papam ad Hadrianum.* Epiſtolæ autem hoc eſt exordium. *Litteras Serenitatis veſtræ ad Hadrianum prædeceſſorem noſtrum miſſas accepimus, & mirati ſumus magnificentiam tuam, quomodo talia ſcribere potuiſti, cum ſis juſtitiæ æquilibrium &c.* Eumque admonet, ut civilium, mundanarumque rerum curam ſibi a Deo commiſſam gereret, ac a rebus divinis, vel Eccleſiaſticis

to. 8. p. 1391. to. 9. p. 366.

Digitized by Google

ſticis abſtineret, & nonnullis de Romanæ Eccleſiæ dignitate præmiſſis. *Dic quæſo te*, ſubdit Stephanus, *quis te ſeduxit, ut Pontificem Oecumenicum comico more ſcommatibus laceſſeres, & Sacram Romanorum Eccleſiam maledictis inceſſeres, cui cum omni veneratione ſubditus eſſe debes? An ignoras, quod hæc omnium Eccleſiarum Princeps exiſtit? Quis te Pontificum judicem conſtituit, quorum ſacris doctrinis dirigi debes, & a quibus preces pro te Deo offeruntur &c.* Ad id vero, quod ſcripſerat Baſilius, Marinum, utpote alterius Eccleſiæ antea Epiſcopum, Romanum Pontificem fieri non potuiſſe. *Quomodo id noſti*, ait, *ſi vero id ignoras, quomodo ita præceps in eum ſententiam tuliſti*. Nam ut ſubdit. *Quicumque dicunt Marinum fuiſse antea Epiſcopum, ac proinde non potuiſſe ad aliam ſedem transferri, oſtendant illi id aperte. Scito dilecte, & omni honore digne Imperator, quod licet illi impedimento fuiſset, quod objicitur de Canone, cum tamen id nunquam fuerit, multitudo tamen Sanctorum Patrum, & illorum auctoritas, & judicium potuit illum conſtituere in primo gradu. Et divina providentia prænoſcens Eccleſiæ Dei utilitatem, in Sede Principis Apoſtolorum Petri illum collocavit. Quid vero magnus ille Gregorius cognomento Theologus? nonne Nazianzo translatus eſt, & Meletius Sebaſte Antiochiam, & Doſitheus Seleucia Tarſim Ciliciæ, & Reverentius Archiphœnice Tyrum, Joannes Gordolia Proconneſum, Theodorus Apamea Selymbriam, Alexander Cappadocia Hierapolim? & multi alii diverſis in locis translati ſunt e ſuis ſedibus ad alienas.*

Juſta Imperatoris reprehenſio.

11. Cum vero Photii cauſa, hæc a Baſilio ſcripta fuiſſe ſciret Hadrianus, cur Photio Marinus non ſcripſiſſet, hanc cauſam affert, quod eum tamquam laicum haberet, utpote in octava Synodo depoſitum, & excommunicatum; hinc addit. *Num pro eadem Synodo curam non geſſit? Peto a te, cuinam ſcriberet Romanorum Eccleſia? laico ſcilicet Photio? Si enim haberes Patriarcham, frequentius noſtra Eccleſia illum litteris viſitaret. Sed hei mihi, quod iſta glorioſa, & a Deo cuſtodita civitas Conſtantinopolis, Paſtoris ſolatio eſt orbata, & ſola regia tua potentia illuſtratur, & niſi amor, quo te proſequimur cohibuiſſet, ut ferremus injuriam noſtræ Eccleſiæ illatam, coacti fuiſſemus adverſus prævaricatorem Photium, qui contra nos impura evomit verba, gravio-*

Marinus defenſor octavæ Synodi.

Jesu Chr. an. 885. *res pœnas infligere, quam prædeceſſores noſtri. Neque enim hoc dicimus ad tui contumeliam. Te enim in univerſo orbe Deo dilectum prædicamus: ſed tantum ad noſtram defenſionem, & Marini majorem gloriam, qui eadem ſenſit, & ſapuit cum prædeceſſore, & doctore noſtro Sanctiſſimo Papa Nicolao &c.* cum Baſilio etiam gratulatur, quod filiorum ultimum Stephanum nomine ſacris officiis mancipaverit, qui Photii ſedem occupare poterat, ut revera contigit, poſt Baſilii obitum, ac tandem ut adverſus Saracenos auxilium ferat, eumdem hortatur, Romanæ etiam Eccleſiæ extremas neceſſitates exponens. *Oramus etiam*, ait, *ut Chilandrium muniat, et omnia, quæ in eo ſunt neceſſaria adhibeat a menſe videlicet Aprilis ad Septembrem menſem, mittens præterea, qui moenia noſtra cuſtodiant ab Agarenorum incurſionibus. Reliqua vero ſilentio præterimus, cum neque oleum ſit nobis pro luminaribus Eccleſiæ juxta debitum Dei honorem, cui gloria ſit &c.* Litteræ autem Stephani hoc anno datæ, anno proximo Conſtantinopolim delatæ ſunt, cum jam Baſilius Imperator obiiſſet, ab Leone autem filio ejus, & in Imperio ſucceſſore acceptæ, feliciorem, quam ſperari poterat, exitum ſortitæ ſunt, ut poſtea dicturi ſumus.

Photii epiſtola ad Aquilejensem Patriarcham

12. Ceterum jure, meritoque ſchiſmatico Photio ab Romana Eccleſia communionem negatam fuiſſe, præter ea, quæ ſuperius de ejuſdem in Conſtantinopolitanam Sedem invaſione, deque geſtis adverſus Ignatium, & Romanam Eccleſiam, adnotata ſunt, præter hactenus dicta, eumdem Romanæ communionis indignum omnino fuiſſe, ejuſdem epiſtola, circa hæc tempora, cum Sedi Conſtantinopolitanæ reſtitutus fuerat, & antequam ea iterum dejiceretur, ad Aquilejenſem Patriarcham data, ſatis aperte probat, qua additionem ſymbolo factam, tamquam horrendam blaſphemiam inſectatur, ac Romanæ, & Latinæ Eccleſiæ culpæ adſcribit, etſi eam additionem nondum Romana Eccleſia adoptaſset, quam tamen in Eccleſiis plurimis uſurpatam, & præcipue Hiſpanorum, & Gallorum tolerabat. Hanc epiſtolam autem Aquilejenſi Patriarchæ a Photio directam fuiſſe, & a ſchiſmatico ad ſchiſmaticum, a perfido ad perfidum,

Bar. 883. 884. ut ait Baronius, cum legatos ejus, cum litteris accepiſſet, epiſtolæ ſuæ exordio teſtatur Photius his verbis: *Beatitudinis tuæ litteræ nobis allatæ ſignificabant quidem mentem tuam*

Digitized by Google

tuam &c. Admirati deinde ſumus illum, qui nobis eas attulit, præter alias virtutes, et prudentiam mentis, etiam conſtantia, et fortitudine præſtat, per quæ, quaſi per ſpeculum ſacram tuam, et Deo venerabilem beatitudinem intueri nobis licuit, aperte, et perſpicue quæcumque litteræ ipſæ explicare non poterant, et tanti viri virtute delectati ſumus, et lætati etc. Hæc Photius in laudem Aquilejenſis Patriarchæ, & legati ejus Conſtantinopolim miſſi.

Photii in latinos invectiva ob additionem *Filioque* Symbolo factam.

13. In additionem autem verbi *Filioque* Symbolo factam crepantibus buccis in hæc verba bacchatur. *Sed cum ita de tua virtute ſentiremus, et de tuis rebus geſtis lætaremur, et geſtimus, quod nuper ad noſtras pervenit aures (et utinam nunquam perveniſset (animi enim, et corporis eſt magnus dolor) effecit, ut deponeremus magnam, quam conceperamus, ſpem, et mœrorem noſtrum aperire tibi neceſſarium duximus. Delatum ſiquidem nobis fuit, quod nonnulli in Occidente (neſcio quomodo abſque dolore dicere valeam), vel Dominicis verbis non ſatis inſtructi, vel nullam de Patrum, et Synodorum decretis, et dogmatibus rationem habentes, vel neſcio quid aliud dicere quis poſſet, tamen utinam non eſset: pervenit, inquam, ad noſtras aures, quod nonnulli Occidentalium divinum, et Sanctiſſimum Spiritum non ſolum ex Deo Patre, verum etiam a Filio procedere novo dogmate introducunt. Quod nullo pacto eſt ferendum &c.* poſtquam vero Patriarchales Sedes ſibi conſentire dixit, Romanos præcipue Pontifices in hac re una ſecum hactenus concordes fuiſse addit: *Quomodo enim*, ait, *non erit abſurdum, vel potius quomodo non omnem blaſphemiæ exceſsum ſuperat, ipſiſmet Dominicis verbis adverſari? traditioni etiam, et doctrinæ refragari, quæ ubique apud magnas patriarchales Sedes viget? Atque ut ejus prædeceſſores omittam: Leo ſiquidem Romanus Pontifex, tum ſenior, tum illum ſequutus junior, eadem ſentire cum Catholica, et Apoſtolica Eccleſia, et Sanctis Pontificibus, qui eos præceſſerunt, et Apoſtolicis decretis agnaſcuntur. Et prior quidem Leo in Quarta generali Sancta Synodo multas laudes eſt aſſecutus non ſolum pro ſacris illis viris, quos nomine ſuo Legatos miſit: verum, et pro ſua epiſtola, qua Neſtorius, et Eutyches damnati fuerunt, in qua Spiritum Sanctum a Patre procedere prædicavit, juxta præcedentia ſynodica decreta, non autem a Filio. Similiter, et junior*

 Leo,

JESU CHR. AN. 885. *Leo, qui non ſolum nomen, verum etiam fidem illius eſt æmulatus, hic ſiquidem Leo junior pietatis ferventer zelator, ut nullo pacto barbara lingua corrumperetur immaculata noſtræ Fidei doctrina, Græca lingua, ut initio dictum eſt, Occidentalibus Sanctam Trinitatem glorificandam, & celebrandam tradidit. Et non ſolum ſermone, et mandato id faciendum curavit, verum etiam quibuſdam ancilibus quaſi clypeis conſtructis, et columnis erectis, illam inſcripſit, et in conſpectu omnium ſtatuens, et ad Eccleſiæ valvas collocavit &c.*, cum ſcilicet, ut ſupra in Leone Tertio adnotavimus, idem Pontifex antiquæ conſuetudinis ſervandæ tenax, Symbolum ſine additione *Filioque*, quam Galliarum, & Hiſpaniarum Epiſcopi in ſuis Eccleſiis admiſerant, Græce, & Latine inſcribi, ac ad valvas Eccleſiæ Principis Apoſtolorum appendi juſſit; hinc ex Romanæ Eccleſiæ traditione vaniſſime triumphans addit. *Nec hi duo ſoli*, Leo ſcilicet primus, & tertius, *qui in Occidente micuerunt, pietatem integram conſervarunt (non ita enim Occidentalium Eccleſia Doctorum copia caret): verum etiam alius ipſorum innumerabilis numerus, qui una cum ſuperius dictis viris pietate præſtant. Cum igitur Romana Eccleſia una cum quatuor aliis Patriarchalibus ſedibus eadem ſentiret, & confiteretur, & in petra verborum Domini fundata, & firmata eſset Eccleſia (contra quam neque inferi portæ, ora videlicet hæreticorum portis carentia, ullo pacto prævalere poſſe ipſamet Veritas confirmavit) unde, & ex quibus nova hæc emerſit adverſus Spiritum Sanctum blaſphemia? Et quomodo non erit multis lacrymis digna atque ſuſpiriis*; hiſque multa addit in deteſtationem ejus additionis, ac Aquilejenſem Patriarcham, ut iis tota mente, totiſque viribus, tamquam ſi de re ſumma, fideique catholicæ dogmate tractaretur, reſiſteret, hortatur, & excitat, ut ibidem videre eſt, nam plura in hanc rem addere jam piget.

anno 809.

Valpertus Aquilej. Epiſcopus cum Photio ſociatus.

14. Quis autem Aquilejenſis Patriarcha is fuerit, qui ad Photium legatos miſerat, quique eam epiſtolam accipere meruerit, aut quo nomine fuerit appellatus ſcire hactenus, non licuit, ait Baronius, at qui Aquilejenſis Eccleſiæ res poſt Baronium illuſtrarunt, Derubeis, Madriſius, aliique, Valpertum eum fuiſſe probant, cui bene congruit tempus quo Aquilejenſem occupavit Sedem ab anno 870. circiter ad 884., & convenit in eo etiam ſubdola agendi ratio. Nam etſi cum Ro-

Bar. 883. 884.

Romanæ Eccleſiæ communione ſociatum aliquando fuiſſe Joannis Octavi Pontificis epiſtolæ duæ ad eum datæ teſtentur, ex iis etiam conſtat, ejuſdem fidem Romano Pontifici ſuſpectam fuiſse; Unde in epiſtola altera Joannis Papæ numero 58. ad Aquilejenſem data, eum admonet, ut de ſuſpicionibus adverſus eum vulgatis, in Synodo ſe ſe liberaret: *Novimus*, ait Pontifex, *veſtram beatitudinem a nonnullis de quibuſdam ſiniſtrius diffamari, quod profecto in Synodali eſt conventu integrius, & perfectius ventilandum, & ſecundum ſui qualitatem regulari cenſura modis omnibus finiendum*. Qua de cauſa Aquilejenſis Patriarchæ agendi ratio Joanni Pontifici ſuſpecta fuerit, non conſtat; at eum Photii cauſa, & ob initam cum eo ſocietatem, vel communionem, apud Pontificem ſuſpectum fuiſse dubitari vix poteſt. Hanc ſchiſmatis labem Franciſcus Palladius ex Aquilejenſi Patriarcha in Gradenſem tranſtulit, *ſic proni ſumus*, ait Madriſius, *de ſinu ſordes excutere, & in ſocium vicinumque verſare; ſi quid hic occurreret, quod decus noſtris afferret, vereor ut Palladius partem feciſſet Gradenſibus*; Unde Petro Joannis Marturſi filio, qui hoc tempore Gradenſem Sedem tenebat, hæc tribuenda labes eſset, at ut ſubdit Derubeis. *Diſſimulare non licet epiſtolæ Photianæ inſcriptionem optime Valperto Aquilejenſi convenire, erat enim Aquilejæ, ac Venetiarum, ſeu Venetiæ continentis, & mediterraneæ Archiepiſcopus*; inſuper in textu Photianæ epiſtolæ ab Combeſiſio in actuario noviſſimo vulgatæ, nulla Venetiarum, ſed Aquilejæ tantum occurrit mentio; hoc unum certum eſt, ex Latinæ Eccleſiæ Epiſcopis ſolum hunc fuiſse, qui aliqualem cum Photio ſocietatem, vel communionem haberet.

JESU CHR, AN. 885.

Derubeis monumenta eccleſ. Aquilej. cap 50. Madriſi Paulini Aquilej. vita & opera. Diſſert. 5.

conc. to. 9. pag. 49.

Pallad. hiſt. Forojul. li. 3. part. 1.

15. Quo autem tempore, quave occaſione ad Apoſtolicum, vel CPnum Symbolum, ut indicaretur, Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio procedere, additum fuit *Filioque procedit*, non una eſt eruditorum ſententia; hoc certum eſt, ad ſæculum usque ſextum tantummodo Nicænum Symbolum, vel CPnum in Eccleſiis decantatum fuiſſe, de Romana Eccleſia omnium magiſtra, teſtis eſt Ruffinus. *Illud non inopportune commonendum puto, quod in diverſis Eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta*, ad Symbolum Apoſtolicum,

De additione ad Symbolum verbi Filioque variæ opiniones.

JESU CHR. AN. 885. licum, *in Eccleſia tamen urbis Romæ, hoc non deprehenditur factum, quod ego pro eo eſſe arbitror, quod neque hæreſis ulla illic ſumpſit exordium. In ceteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos, addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ ſenſus crederetur excludi*. Et ſane poſt hæreſim Arianam, Macedonianam, Neſtorianam, & Eutychianam, ad Apoſtolicum Symbolum nonnulla addita ſunt, tum in concilio Nicæno, cum in Conſtantinopolitano; particulam vero Filioque ad oſtendendam Spiritus Sancti proceſſionem ex Patre, & Filio, quo tempore, aut ubi primum uſurpata fuerit in obſcuro eſt; conſtat tamen ſæculo quinto ineunte in Eccleſiis Hiſpaniæ additamentum illud ad Symbolum fuiſse uſurpatum, atque ad Priſcillianiſtarum errorem confutandum adhibitum, qui perſonarum diſtinctionem in Trinitate confundebant, quare ad Turribium ſcribens S. Leo, ac Hiſpanorum confeſſionem fidei confirmans, qua teſtati fuerant, ſe Spiritum quoque Paraclitum confiteri. *Qui nec Pater ſit ipſe, nec Filius, ſed a Patre, Filioque procedens*, inquit. *Primo itaque capitulo demonſtratur, quam impie ſentiant de Trinitate Divina, qui & Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unam atque eamdem aſſerunt eſſe perſonam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus Sanctus nominetur, nec alius ſit qui genuit, alius, qui genitus eſt, alius qui de utroque proceſſit &c.* Inducta vero jam hæc phraſis, eaque etiam probata, ex Hiſpania in Gallias, atque ex Galliis in Germaniam, & Italiam, ac per univerſum Pippini, & Caroli Magni Imperium facile tranſiit; primus qui ea formula in Italia uſus fuerit, Paulinus Aquilejenſis occurrit, qui in concilio Forojulienſi anni 796., Eccleſiæ ſuæ fidem circa Trinitatis, & Incarnationis myſterium exponens, inter cetera de Spiritu Sancto addit. *Qui a Patre, Filioque procedit*, & iterum, *Spiritus Sanctus verus Deus, vere, & proprie Spiritus Sanctus eſt, & non eſt perſonaliter Pater, vel Filius, ſed ex utroque procedit &c.*

epiſt. 15. edit. Baller. Venetæ.

Eccleſia Rom. antiquam fidei formulam retinuit.

16. Sola Romana Eccleſia ex Occidentalibus, & Latinis additamentum non admiſit, non quidem vocis novitatem damnans, ſed prioris formulæ vetuſtatem religioſe retinens; Unde cum jam ubique fere in Latinis Eccleſiis Symbolum cum ea additione Filioque caneretur, ac ab Joanne quo-

Digitized by Google

quodam Hieroſolymitano monacho de ea additione mota fuiſset in Galliis quæſtio anno 809., eademque hinc inde in concilio Aquiſgrauenſi juſſu Caroli Magni agitata, ac anno ſequenti, per Berhenarium Vormatienſem Epiſcopum, & Adalardum Corbejæ Abbatem Caroli legatos ad Leonem Tertium Pontificem delata eſſet, idem Pontifex, etſi admitteret Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio procedere, pluribus tamen egit, ut legatis perſuaderet, eam phraſim in Symbolo non eſſe admittendam, cum multa alia myſteria, quæ Eccleſia Catholica doceret, fidei Symbolo nequaquam inſerta eſſent; cumque id legatis perſuadere non valuiſset, ut novitati aditum in Romana Eccleſia præcluderet, antiquum Symbolum ſine ea additione, Græce, & Latine, ac ad Valvas Baſilicæ Apoſtolorum Principis, ad æternam rei memoriam inſcribi, & appendi juſſit, ut in Leone Tertio narrat Anaſtaſius; temporis tamen tractu, eadem etiam Romana Eccleſia additamentum Filioque admiſit, at quo præciſe tempore id acciderit incertum eſt; nec fidem merentur ii, qui hujuſce additionis, aut Damaſum, vel Leonem Magnum, aut Hormiſdam Pontifices auctores dicunt: Concilii cujuſdam generalis auctoritate in Occidentalibus partibus celebrati, ad confutandum quorumdam errorem, cum auctoritate Romani Pontificis, additamentum illud in Rom. Eccleſia, ceteriſque Occidentalibus admiſſum fuiſſe, ait D. Thomas, prima parte quæſt. 36. art. 2. ad 2.; at nullibi de eo concilio in eam rem habito conſtat, hoc unum ſcimus, poſt hæc tempora, ad Græcorum errorem de Spiritus Sancti proceſſione confutandum, frequentius in Miſſa etiam Symbolum cum ea formula decantatum fuiſse, cum antea, etſi in Eccleſia caneretur, cum præcipue cathecumeni Symbolum recitarent, in miſſa tamen, etiam ſolemniori, nequaquam canebatur, ut a Lebrunio, & Bona rerum liturgicarum peritiſſimis adnotatum eſt; tandem ſub Benedicto Papa Octavo, circa annum 1014. ritum canendi Symbolum in miſſis ſaltem ſolemnioribus Romana Eccleſia recepit, idque inſtante Imperatore Sancto Henrico, ut Bernus Abbas Augiæ majoris, in libello de quibuſdam ad miſſam ſpectantibus, his verbis narrat. *Nam ſi illum Angelicum hymnum*, Gloria in excelſis &c., *prohibemur in feſtivis diebus canere, poſſumus ſimili modo poſt Evangelium Symbolum reticere, quod Ro-*

Jesu Chr. an. 885.

Le Brun t. 2. de Lyturgia Hſpan. diſſert. 5.

Bona rer. Liturg. lib. 2. cap. 8.

Berno Abbas biblioth. PP. tom. 18.

JESU CHR. AN. 885. *Romani uſque ad hæc tempora divæ memoriæ Henrici Imp. nullo modo cecinerunt, ſed ab eodem interrogati, cur ita agerent, me coram aſſiſtente, audivi eos, hujuſmodi reſponſum reddere, videlicet, quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando ulla hæreſeos fæce infecta, &c. . . . . At Dominus Imperator non ante deſuit, quam omnium conſenſu id Domino Benedicto Apoſtolico perſuaſit, ut ad publicam Miſſam illud decantaret &c.* Hæc ſcribebat Berno poſt annum 1014., quo Henricus obiit, & ante annum 1048., quo ipſe fato functus eſt; ab eo igitur tempore in Romana Eccleſia in ſolemnibus Miſſis Symbolum cantari cœpit, quod antea non fiebat, adeoque in Miſſæ ordine hujus non meminerunt Alcuinus, Amalarius, Rhemigius, Rabanus, & quotquot ante hæc tempora Lyturgiam Miſſæ expoſuerunt.

Græcorum injuſtæ querelæ adverſus Latinos.

17. Quot vero turbas, ſeu potius nœnias ob eam additionem ſymbolo factam excitaverint Græci, nemo, niſi in hiſtoria Eccleſiaſtica pene hoſpes, ignorat. Ii quippe Photii veſtigiis inhœrentes, qui epiſtola ſua ad Aquilejenſem Patriarcham paucis ab hinc annis data, eam additionem tamquam ſacrilegium, & immane facinus ab Romana Eccleſia, totaque Latinorum admiſſum exprobraverat, ejus, inquam, auctoritate, & exemplo ducti, eamdem querelam ingerere, crambemque centies coctam apponere non deſtiterunt, nec ceſſant, qui centies latinis ſcriptoribus, nonnulliſque etiam Græcorum, ab Arcudio editis, ante Florentinum concilium, & poſtea confutati, eadem tamen recantantes, in ſchiſmate ſuſcepto, & hæreſi perſeverant, quos hoc loco confutare nolumus, ne laterem, aut Æthiopem lavando, tempus teramus, & hac in re, ut Arcudium, Leonem Allatium, Natalem Alexandrum, alioſque innumeros prætereamus, qui eo in argumento ſumma cum eruditioue, & diligentia verſati ſunt, plura dabit Baronius in Annalibus, anno 883. a numero quinto, ad 40.

Stephani Papæ epiſt. ad Fulconem, & Fulconis ad Stephanum.

18. Ad hiſtoriam redeuntes, quæ inter Stephanum Pontificem, & Fulconem Remenſem Archiepiſcopum, initio Pontificatus Stephani tranſacta ſunt, ex Flodoardo videamus, qui de litteris ultro citroque datis hæc adnotat. *Stephano quoque hujus Hadriani ſucceſſori litteras mittens, gratiarum actiones referre curavit, quod cum & Eccleſiam ipſius litteris Apoſtolatus ſui viſitare, & inter varias mundi preſſuras con-*

Digitized by Google

conſolari dignatus fuerit, & quia fratris eum, & amici vocabulo voluerit bonorare, quod ipſe tamen noluit appetere, ſed magis ſervus, & abjectus exiſtere. Significatque ſe ad ipſum Papam videndum properaturum fuiſſe, niſi paganorum vallaretur obſidione, boſque deno tantum milliario a ſua civitate abeſſe. Civitatem quoque Pariſiorum ab ipſis tunc obſideri; bancque infeſtationem huic Regno ab octo annis jam præteritis inferri, ut nemini extra Caſtella procul liber abitus patere videretur. Addidit denique, audiiſſe ſe de inſidiis quorumdam peſtilentium, quas ipſi Papæ moliebantur, & ſatis ægre tuliſſe, opemque ferre ſi licuiſſet, optare: unum, quod quibat agere, precibus videlicet pro eo inſiſtere. His multa alia idem Frodoardus addit de mutuis benevolentiæ officiis exhibitis, deque litteris viciſſim datis, & acceptis, ac pro Uidone Duce affine suo, quem Stephanus in filium adoptaverat gratias eidem Fulco reddit, ac fidelitatem, obſervantiamque omnem Apoſtolicæ promittens ſedi, Eccleſiam ſuam Rhemenſem Pontifici commendat, utque ei privilegia a prædeceſſoribus conceſſa ſervarentur, & Carolo Imperatori ſuggereret, ut Rhemenſis Eccleſiæ abbatias reſtituere juberet, precatur; cui reſpondens Pontifex de Nortmannorum infeſtationibus, quas jamdiu Galliarum provinciæ patiebantur, ſe dolere teſtatus eſt, ac Carolo Imper. pro reſtitutione rerum Eccleſiæ Remenſis, & Archiepiſcopis Senonenſi, & Rothomagenſi, pro ablatis rebus cujuſdam Ramponis, ſe ſcripſiſſe addit. Pro ejusdem vero in Apoſtolicam ſedem obſervantia gratias agit, *bortans, ut in bac dilectione ſemper ardentius accendatur.*

Jesu Chr. an. 885.

Aliæ Fulconis causæ ad Stephanum delatæ.

19. Aliis litteris ad Stephanum Papam datis, de proſperitatibus ipſius lætificari ſe inter multas tribulationes, quas patiebatur a Paganis Fulco refert, ac *præfati Vidonis ſatagit commendare favorem. De prænominato Erminfrido querimoniam repetens, qui admonitus a prænominatis Archiepiſcopis inobediens extiterat, flagitat, ut iterum commoneatur ab auctoritate Papæ, Archiepiſcopo bunc aſperius increpante, & ſi pervaſa non reddiderit, Eccleſiaſtico feriatur judicio. Interrogat præterea, ſibique remandari poſcit: ſi rite valeat fieri Epiſcoporum ordinatio in qualibet Sanctorum feſtivitate, niſi tantum die Dominica &c. Ad bæc etiam reſcribens idem Papa gratias agit pro ipſius erga Sedem Apoſtolicam charitate, & ſol-*

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 885. *& ſollicitudine, condolens de ipſius afflictione, ac pro ipſius preces ſe Domino fundere pollicetur allevatione; & confortans monet in Domini confidere conſolatione. Item ſcribit eidem præſuli pro quodam Dominico, a filiis, & cognatis propriis oppreſſo vel expulſo, hortans, ut id diligenter inquirat, & ejus inde adjutor exiſtat. Item pro quorumdam ſuſceptione Anglorum. Item ſcribit eidem cum Aureliano Lugdunenſi, Adelgario, Geilone, Emmenone, & reliquis per Galliam conſtitutis, pro querimonia Bituricenſis Eccleſiæ, ſuper invaſione Frotharii Burdegalenſis Epiſcopi, qui etiam Pictavenſem aliquandiu tenuerat ſedem, cui poſtea Bituricenſis fuerat a Joanne Papa ad tempus propter infeſtationem barbaricam tali tenore conceſſa, ut hac remota neceſſitate, id etiam removeretur quod neceſſitas imperaret. Unde præcipit Papa Stephanus præfatis Archiepiſcopis, ut ad propriam ſedem illum remeare compellant. Quod ſi Apoſtolicis monitis obedire contempſerit, noverint eum Spiritus ſancti judicio perpetuis anathematis vinculis innodatum &c.*

De cauſa Epiſcopi Lingonien., quem Stephanus Epiſcopum ordinavit.

20. De ordinatione autem a ſe facta Theotboldi in Lingonienſem Epiſcopum agit Stephanus Papa ad Fulconem ſcribens, ac ſe Lingonienſis Eccleſiæ querelas accepiſſe commemorat. Cum etenim, ut narrat Pontifex, Iſaac Ligonienſis Epiſcopus obiiſſet, monachum quemdam Egilonem, Clero, & populo Lingonienſi inconſulto, Aurelianus Lugdunenſis Archiepiſcopus eidem eccleſiæ Epiſcopum ordinaverat, eisque nolentibus, illata vi, præpoſuerat, at eo repente e vivis ſublato, Clerus, & populus Lingonienſis Theotboldum ejuſdem eccleſiæ Diaconum communi ſuffragio elegerunt, & ut eum ordinaret Pontificem rogaverant. Stephanus vero Aureliano Lugdunenſi Archiepiſcopo remiſit, ut eum ordinaret, ac Oirannum Senogallienſem Epiſcopum a ſuo latere executorem direxit. At Aurelianus Pontificis juſſa ſpernens, ac legati ab eo miſſi, tum cleri, populique Lingonienſis deſideria deludens, contra ſtatuta canonum, ignotum quemdam, & extraneum Episcopum Lingonienſis Eccleſiæ ordinaverat. Quare Stephanus Papa, ut Lugdunenſis Epiſcopi inobedientiam corrigeret, temeritatemque comprimeret, eumdem Theotboldum ad ſe miſſum ordinavit, ac ad Fulconem ſcribens hæc juſſit. *Nos autem, qui omnium eccleſiarum in Beato Petro Apoſtolorum Principe curam ſuſcepimus, ſcien-*

ſcientes inter Epiſcopos non haberi eum, qui neque a Clero electus, neque a populo eſt expetitus, ſæpedictum Teutboldum venerabilem diaconum, ipſorum lamentabilibus precibus inclinati, Lingonenſis Eccleſiæ Epiſcopum conſecravimus, condigna ſententia prævaricatoribus illata, licet, & aliis prævaricationibus fuerint impediti. Quapropter tuæ injungimus ſanctimoniæ, ut his noſtris Apoſtolicis litteris perceptis, poſtpoſita dilatione, ad Lingonenſem accedas Eccleſiam, & eumdem Theutboldum a nobis ſolemniter conſecratum Epiſcopum exinde reveſtias, omnibuſque Archiepiſcopis, & Epiſcopis innoteſcas pro tantæ contumaciæ ultione, nos ejuſdem Eccleſiæ ſpecialem ſollicitudinem ſuſcepiſſe pro tanti laboris maceratione, & apprehenſionis illatæ revelatione. Quidquid autem idem venerabilis Epiſcopus Theutboldus vobis ex noſtra parte retulerit, credite, & effectui mancipare nullo modo ambigite, utpote qui tuam reverentiam circa nos devotam conſiſtere credimus. His autem acceptis, Fulco reſcripſit, ſe quidem Theotboldum in Lingonienſem ſedem immittere paratum eſſe, at rem diſtuliſſe ait Odonis conſilio *dum Rex legatos ſuos ad eumdem Papam dirigeret, ac per eos juſſionem ipſius certiſſime cognoſceret &c.* Iis etiam litteris de Coepiſcoporum ſibi ſubditorum juriſdictione Pontificem Fulco conſuluit, num ſcilicet ſe inconſulto *ordinationem vel Regis, vel alteriùs cujuslibet perſonæ ſine ſua licentia, & cohibentia, ſeu permiſſione agere, vel aliquid inconſulto ſuo Metropolitano, aut contra interdicta ſui Primatis præſumere poſſent &c.*

De diſsidio inter Colonienſem, & Hamburgenſem Epiſcopum.

21. His addit Frodoardus, *Scripſit ei* Fulco, *pro altercatione, quæ verſabatur inter Herimannum Colonienſem Archiepiſcopum, & Adelgarium Hamburgenſem, & Bremenſem Epiſcopum, pro qua Herimannus eidem Papæ, & ſuam direxerat querimoniam, & poſtmodum per ſemet acceſſerat, proclamans ab Herimanno Eccleſiæ ſuæ privilegia violari: ideoque in ſuam præſentiam commonuerat, utrumque venire: ſed quoniam Adelgario veniente, Herimannus defuit, tantæ liti finem imponere Papa diſtulit, ne quiſpiam propere judicare videretur, unde rediviva contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca injungit huic præſuli noſtro ſua ipſius Papæ vice Synodum convocare apud Vangionem civitatem, cum vicinis ſuffraganeis, limitaneiſque Epiſcopis, ad quam Herimannum Archiepiſcopum Coloniæ, & Soudecoldum Moguntinum*

Jesu Chr. an. 885.

tinum cum ſuis ſuffraganeis , nec non , & eumdem Adelgarium occurrere juſſerat , quatenus quid cuique debeatur , diligens examinatio declararet . Ac Fulconem admonet , precaturque Stephanus Papa, ut ad Apoſtolicam ſedem venire non dedignaretur , cui multa de rebus Eccleſiaſticis dicenda reſervaverat . Hæc , & alia Frodoardus de geſtis inter Fulconem Remenſem Archiepiſcopum , & Stephanum Papam.

Nortmanni a Francis, & Friſiis victi , & fugati.

22. Hoc quoque anno *Nortmanni* , inquit continuator Lambecianus Annalium Fuldenſium , *Pagum Hiſpanicum* , ſeu Hausbanicum in Germania *invadentes , ceteros in circuſta vicinos occupaverunt , atqne fruges diverſi generis congregantes ſibi ad hyemandum , & inhabitandum , quaſi nullo reſiſtente diſpoſuerunt , viris , ac mulieribus , quos invenire potuerunt ad ſuum ſervitinm reſervatis . Quibus Luitpertus Archiepiſcopus* (nempe Moguntiæ) *& Heimrich Comes* (Præfectus exercitus Caroli Craſſi Imp.) *aliique nonnulli inſperate ſupervenerunt , & plurimis proſtratis , ceteros in quamdam munitiunculam fugere compulerunt , frugibus , quas congregaverant , ſublatis . Cumque diu obſeſſi , & fame fatigati manum conſerere non auderent , nocte quadam fuga lapſi ſunt . Gotafrid Nortmannus , qui Chriſtianus effectus , fidem Imperatori , & Chriſtiano populo ſe ſervaturum eſſe ſacramento firmavit , fidem mentitus , exercitum non modicum de ſua gente congregavit , & per alveum Rheni fluminis aſcendere , & plurima loca ſuæ ditioni ſubjugare diſpoſuit , quod dum mediante menſe Majo facere inſtituiſſet , Deo renuente , perficere non potuit . Nam ab Himricho , aliiſque fidelibus Imperatoris ad colloquium invitatus , & infidelitatis correptus , cum eos convitiis , variiſque ludibriis exacerbaret , occiſus eſt , & omnes qui cum illo erant , domino illi condignam infidelitatis ſuæ mercedem retribuente* . Eamdemque jacturam experti ſunt , cum in Saxoniam , & Friſiam hoc anno prædaturi ingreſſi eſſent , a Saxonibus quippe , & Friſiis repulſi . *Tanta in eos chriſtiani cæde bacchati ſunt , ut pauci de tanta multitudine relinquerentur ; Quibus geſtis iidem Friſiones eorum naves invaſerunt , tantumque theſaurum in auro , & argento , variaque ſuppellectile repererunt , ut omnes a minimo uſque ad maximum divites efficerentur* , ait is auctor .

Hugo Lotharii filius

23. Hugo vero Lotharii Regis ex Valdrada filius , qui Giſlam ſororem ſuam Gothefrido Normannorum Duci uxorem

rem dederat, Regni paterni occupandi cupiditate incenſus, cum Gothefrido religionis ſuſceptæ, & fidei Carolo datæ violatore ſe ſociaverat. Quare Gothefrido capto, & occiſo, Hugo quoque in Caroli poteſtatem revocatus, *noxæ convi-ctus, lumine oculorum una cum avunculo ſuo privatus eſt, & in monaſterium S. Bonifacii apud Fuldam retruſus, finem ſuæ habuit tyrannidis*, ait idem continuator annalium Fuldenſium, ſeu potius ex Fuldenſi in Pruniense monaſterium translatus, ibidem obiit, ut narrat Regino teſtis ocularis, & coævus, ut apud Mabillonium videre eſt Annalium ordinis Benedictini lib. 3. 8. anno 885. pag. 250. excæcatur.

JESU CHRISTI ANNUS 886. STEPHANI QUINTI PAPÆ 2. CAROLI CRASSI IMP. 7. LEONIS SAPIENTIS IMP. 1.

1. Hoc Chriſti anno 886. Baſilius Macedo, *Imperii rebus optime diſpoſitis*, inquit Porphyrogeneta in ejus vita, *deſignatoque ſucceſſore, nec non ſingulis conſentanea ratione, ſolertique conſilio conſtitutis, tandem febris ardoribus violentiori æſtu ejus omnem vitalem humorem exhaurientibus, ac conſumentibus, vita exceſſit, cum imperaſſet cum Michaele ejus deceſſore annum unum; alios vero decem, & novem ſolus rerum ſummam præclare adminiſtreſſet, cum civilibus optime conſtitutis, ipſa quoque armata militia præclare effulſiſſet, atque ita imperii fines produxiſſet, injuriamque, ac vim a ſubditis omnibus longe repuliſſet, ut & merito Homericum illud optimi Regis in eum quadret elogium: Utrumque Rex bonus, & fortis bellator*. Die prima Martii naturæ debitum eum ſolviſſe conſtat, ait Pagius, ac ex duratione Imperii Leonis ſapientis ejus filii confirmat, quem etiam ex cervi occurſu, qui ei inter venandum occurrerat obiiſſe Porphyrogeneta addit. Cum etenim cervum prægrandem obvium habuiſſet, is cornibus eum percuſſit, atque ex equo dejecit. *Ex cervi concuſſione, & laceratione morbo correptus Baſilius, Leone relicto Imperatore, & Stephano mortuus eſt*. Baſilii Imp. obitus. *Porphyrog. in Baſilio p. 216. Leo Grammat. p. 474.*

2. Quomodo autem Leonem ſapientem dictum, Baſilii filium, Imperiique ſucceſſorem e carcere eductum, in quo Santabareni inſidiis conjectus fuerat, ut ſupra diximus, in gratiam ſuam, Imperiique ſocietatem Baſilius revocaverit, Porphyrogeneta, & Leo Grammaticus, Curopalates, Leo Baſilii filius e carcere eductus Imperio reſtituitur.

alii,

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 886. aliique hiſtorici his verbis narrant, *Longum jam tempus fluxerat, quo Leo tenebatur in carcere*, ait Porphyrogeneta, etſi Senatus, & urbis Primates pro ejus liberatione apud Baſilium non ſemel intercesſiſſent, at quadam die ad convivium ab eo vocati, Pſittacus qui in convivii aula erat, ſive a quibuſdam edoctus, ſive alio quovis modo repetebat, *heu heu Dominus Leo ſæpe perſtrepebat*, qua cantilena perculſi, qui ad convivium vocati fuerant mæſti, triſteſque aderant, ab Imperatore autem interrogati, cur triſtes adeſſent, ſe pro filio ejus innoxio dolere addiderunt, quorum ſermone tunc Imperator placatus, eos quidem tunc ſedere juſſit, ejuſque gratia ſe deliberaturum promiſit. Nec multo poſt e carcere eductum Leonem filium ſuum, *lugubrique ejuſdem mutato habitu, ac ſuperfluo comæ per triſtitiæ tempus adultæ levato onere, in priſtinum Imperii gradum, honoremque reſtituit &c.*

Baſilii Imp. geſta. *Porphyrog. pag.* 198. 3. Multa quidem in Baſilii Imp. laudem commemorant hiſtorici Græci, præcipue de ejuſdem cura, & liberalitate in reſtaurandis, ædificandis, & locupletandis eccleſiis, nam ut Porphyrogeneta adnotat, inter bellicos etiam tumultus. *Pleraſque ſanctas, & divinas ædes ex ſuperioribus terræmotibus quaſſatas, vel penitus collapſas, vel proxime fatiſcentibus rimis ruinas minitantes, jugi cura, neceſſariorumque larga ſuppeditatione, alias quidem ex ruina erexit, ac cum ſecura, firmaque ſtructura cum eleganti opere refecit &c.* & catalogum ibidem non ſolum ædificiorum recenset, ſed elegantiam etiam eorum, ornamentaque appoſita deſcribit, ut ibidem, vel apud Baronium videre eſt, S. Sophiæ ſcilicet, SS. Apoſtolorum, Sanctæ Mariæ in fonte, Joannis Baptiſtæ, S. Stephani, SS. Philippi, & Lucæ, Mocii martyris, Andreæ Apoſtoli, Annæ, & Demetrii, Romani, Æmiliani, Nazarii, Anaſtaſiæ, Platonis, Heſperii, Zoes, & Acacii martyrum, & Eliæ Prophetæ, aliorumque, quorum ibidem memoria occurrit, eorumque magnificentiam per partes exponit. His Regias ædes ab eodem vel extructas, vel
pag. 204. auctas, & ornatas addit, *Ædium vero decora*, ait, *quæ velut regiarum regias in Regia Baſilius Imperator extruxit, præſtantiorum ſermonum præconio ad ſui laudem indigent, manuque perfectiori, ad eas pro orationis majeſtatis penicillo chartis illiniendo, quæ nemo ſatis imitando aſſequi poſſit &c.*
pag. 210. Quæ ibidem pluribus is auctor perſequitur: quem etiam non

non modico exornat elogio, ex ſollicitudine, quam toto Imperii ſui tempore geſſit, pro Judæorum, & barbararum gentium converſione ad Chriſtianam fidem, ac præcipue Ruſſorum, & Bulgarorum, quorum ſupra mentionem fecimus. Unde inter ſummos chriſtianos Principes, tum ob bellicam virtutem, cum ob pietatem recenſendus eſſet Baſilius, niſi eum aut Photii aſtutia, & Santabareni hypocriſis at veritatis via, & juſtitiæ ſemita aliquando abſtraxiſſet, uti ex ejuſdem geſtis hactenus expoſitis conſtat.

Baſilii ſcripta.

4. Non modicam quoque laudem ex ſcriptis promeruit Baſilius Imp., ac imprimis librum de legibus vulgavit, cujus vix fragmentum in Græcorum Codice ſupereſt, de officio Patriarchæ his verbis conceptum. *Patriarcha eſt imago Chriſti viva, et animata, operibus, et verbis in ſe ipſo veritatem exprimens. Scopus Patriarchæ propoſitus eſt. Primum quidem, ut quos a Deo accepit, in pietate, ac honeſtate vitæ conſervet. Deinde, ut omnes hæreticos pro virili ſua convertat ad rectam veritatis ſententiam, et unitatem Eccleſiæ. Vocantur autem hæretici tam legibus, quam Canonibus, qui Catholicæ Eccleſiæ ſocietate non continentur. Præterea ut infideles quoque claris, et illuſtriſſimis, et admirabilibus factis ſuis ſtupefaciens, imitatores Fidei reddat. Finis Patriarchæ, creditarum ſibi animarum ſalus, et Chriſto quidem vivere, mundo vero crucifixum eſſe. Propria Patriarchæ facultate docendi pollere, atque erga univerſos, tam ſublimes, quam humiles æqualiter abſque animi contradictione ſemet gerere, ac manſuetum eſſe erga omnes ſe convenientes. Etiam in docendo, et redarguendis contumacibus acrem. Pro veritate, æqui, juſtique conſervatione, proque pietate coram Imperatore loqui non erubeſcere. Cum Reſpublica ex partibus, et membris ad ſimilitudinem corporis humani conſtet, ampliſſimæ hujus, maximæque neceſſariæ partes ſunt Imperator, et Patriarcha, ideoque ſubditorum pax, et felicitas tam animi ratione, quam corporis eſt Imperii, atque Pontificatus in omni unanimitate conſenſus*. Hucuſque ibidem.

Baſilii Imp. commonitorium ad Leonem.

5. Extat etiam Baſilii Imp. commonitorium capitibus ſexagintaquinque diſtinctum ad Leonem filium cognomine ſapientem, ſive Philoſophum, quo editum eſt una cum Agapiti Diaconi commonitione ad Imperatorem Juſtinianum Græce, & Latine a Bernardo Damke Hamburgenſi, Baſileæ an-

Jesu Chr. an. 886.

anno 1633.; aureæ quidem ſententiæ ibidem occurrunt, ex quibus unam, aut alteram tantum ſubjicimus, ne omnino lectores fruſtrentur, aut eos copia fatigemus: ſic enim poſt commendatam catholicam fidem tertia ſe habet. *Sanam habe mentem in his, quæ ad recte fidei doctrinam pertinent, & ſummo honore proſequere Matrem tuam Eccleſiam, quæ in Spiritu Sancto te lactavit, & capiti tuo, ad Dei per Chriſtum laudem Imperii coronam mecum impoſuit*, deinde poſt aliqua iterum. *Honora ergo Eccleſiam Dei, ut tu viciſſim ab ea in honore habeare, & ſacerdotes ejus reverere, tamquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum*. Hæc Baſilius ad Leonem filium, qui ea cuſtodire ſatagens, præceteris Sapientis, & Philoſophi nomen adeptus eſt.

Biblioth. Patrum to. 16.

Menologium Baſilii altero Baſilio Porphyrogenetæ inſcribendum.

6. Baſilio quoque Macedoni Menologium inſcripſit Baronius, at ut ibidem adnotat Pagius, Baſilio Porphyrogenetæ, qui ſæculo ſequenti imperavit, inſcribendum eſt, ut ab Allatio adnotatum eſt, cum præſertim ibidem mentio fiat Sanctorum, qui longe poſt Baſilium Macedonem vixerunt. Hunc librum Conſtantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani Ducem allatum, deinde apud Sfondratorum familiam ſervatum Paulus Sanctæ Cæciliæ Cardinalis Sfondratus, Paulo Quinto dono dedit, qui eum in Bibliothecam Vaticanam inferri juſſit anno 1615. Pont. XI., inquit Allatius, ac addit, exemplar illud integrum non eſſe, ſed complecti dumtaxat ejus partem, quæ ſex priores menſes, ſive ab initio Septembris ad finem Februarii complectitur. Partem illam Arcudius latinam fecit, quam Ughellus ſexto Italiæ Sacræ Tomo ſubjecit. Alteram Menologii partem, quam litterati viri deperditam putabant, tandem ex Codicibus monaſterii Cryptæ Ferratæ in agro Romano Henſchenius detexit, ut ipſemet in Prolegomenis ad Vitam Sanctæ Eudociæ Martyris Helpoli in Phœnicia Libani, ad diem primam menſis Martii teſtatur, eademque etſi in nonnullis locis mutila, ac Iconibus carentia, quæ in priori ſemeſtri Conſtantinopolim delato extabant, mutila, inquam, in ultimis anni menſibus, ſed elegantiori latinitate donata, & emendata, præclaris typis Urbinatibus, opera & ſtudio Annibalis Tituli Sancti Clementis Presbyteri Cardinalis Albani, anno 1727. tribus in folio Tomis prodierunt, duo prima volumina Menologium Baſilii Conſtantinopoli delatum Latine, & Græce cum adjunctis San-

Sanctorum Iconibus quæ Martyrum cruciatus exhibent, volumen tertium reliquos ſex menſes complectitur; Cetera, quæ ad Codicis præſtantiam, editioniſque diligentiam pertinent, prolegomena Tomo primo ab editore præfixa docebunt, cui ſi plura lector cupis, de Calendariorum Eccleſiaſticorum origine, & uſu, conſule eruditam diſſertationem Morcelli Calendario Conſtantinopolitano præfixam, & corrolarium in calce Tomi ſecundi inſertum, Romæ hoc anno 1788. in lucem editum.

Leo Baſilio Imp. ſuccedit.

7. Filios tres Baſilius Macedo reliquit Leonem, vulgo ſapientem dictum, & Imperii ſucceſſorem, Alexandrum, & Stephanum: *Stephanus autem*, Leonis Imp. *frater Syncellus erat cum Photio Patriarcha, ab eo educatus, & enutritus*, inquit Leo grammaticus, ſeu ut habet continuator Theophanis, *cum Photio Patriarcha verſabatur, ſub cujus educabatur, ac verſabatur diſciplina*; hic porro Conſtantinopolitanus Patriarcha in locum Photii ordinatus fuit, ut mox dicturi ſumus, nam ut ſupracitati auctores referunt, ſtatim ac Leo paternum Imperium adeptus eſt, *Andream domeſticum ſcholarum*, una cum Joanne Agiopolita, *viro litteris præſtantiſſimo, qui etiam curſor publici Logotheta extitit, mandavit, qui Ambone Eccleſiæ conſcenſo, & cauſis in Photium Patriarcham lectis, throno abdicare coegerunt, & in Armeniacorum monaſterium, Bordi dictum, detruſerunt*. Paulo poſt: *Fratrem etiam Stephanum in Patriarchium induxit* (ſcilicet Imperator), *qui imminentibus Chriſti natalitiis, Patriarcha conſecratur a Theophane primæ poſt Patriarcham Sedis Epiſcopo* (ideſt Protothrono), & a reliquis Præſulibus.

Photius CP. Sede dejicitur, Stephanus ordinatur.

Styliani, & aliorum Epiſc. epiſtola ad Stephanum Papam.

8. Hæc autem Stephani in locum Photii ſubrogatio cum Romani Pontificis conſenſu peracta fuit, cui ordinatio in Diaconum a Photio accepta, ne ad altiorem ordinem aſcenderet, impedimento fuiſſet, cum enim Stephani Papæ litteras ad Baſilium datas, filius ejus, accepiſſet, ut anno proximo diximus, ut id liceret ab Stephano Papa facile obtinuit: *Cum epiſtolæ vim intellexiſſet, & omnia Photii facinora cognoviſſet, quamprimum revocavit omnes ſacerdotes veritatis, qui a Photio anathemate damnato, graves paſſi fuerant perſecutiones, & ejecto tyranno, & invaſore Photio, fratrem ſuum germanum introduxit, advocato etiam Styliano Neocæſareæ Metropolita,* co-

conc. tom. 9. p. 369.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 886. *cognomento Mapa, & aliis ejus in perſecutione commilitonibus, Epiſcopis, Præpoſitis, Presbyteris, Diaconis, & aliis pietatis ſectatoribus, ait illis: Noſtrum ex Deo Imperium, perpenſa veritate, iniquum illum hominem Photium a Sede Patriarchali ejecit, & veſtram perſecutionem ſedavit. Nec ullo pacto cogam quemquam veſtrum, ut inviti cum illo communicetis: quin potius oro pietatem veſtram, ut communicetis cum fratre meo, & fiat unum ovile. Sin autem in conſiliis Romanis, qui Photium damnaverunt, nolueritis fratri meo convenire, quoniam videlicet a Photio Diaconus fuit ordinatus: venite ſcribamus, & mittamus una Romam ad Pontificem, ut diſpenſet abſolutionem anathematis iis, qui a Photio fuerunt ordinati. Scripſit igitur propterea Imperator epiſtolam ad Pontificem, ſimiliter etiam Mapa Metropolita Cæſareæ, & ejus ſocii: epiſtola vero Metropolitæ ita ſe habet. Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo Stephano, Domino, ac Oecumenico Papæ Stylianus Epiſcopus Neocæſariæ Euphrateſiæ Provinciæ Servus Servorum Dei, & qui mecum ſunt Epiſcopi, nec non omnes Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi Sanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & omnes Præpoſiti per Occidentem, & Orientem conſtituti, & Presbyteri monachi quietam vitam agentes &c.* de tentationibus, quibus continuo Eccleſia vexatur in præfatione nonnulla adnotant, poſt reſtitutam Orientalibus Eccleſiis tranquillitatem, damnatamque Iconoclaſtarum hæreſim, tragœdiam ſub Ignatio Patriarcha, ſeu potius contra Ignatium ab Photio excitatam ab initio uſque ad hunc annum exponunt, geſtaque tum Romæ ſub Nicolao Pontifice, ejuſque ſucceſſoribus, cum Conſtantinopoli in Synodis commemorant, tum poſt plurima de Photii geſtis, cum jam Conſtantinopolitano throno inſideret, addunt.

Photii, & Santabareni facinora recenſentur.

9. *Photius vero Sacerdotes Domini, & comminiſtros noſtros magna vi, & multis verberibus, vel invitos ad ſe convulſit. Ego vero, & qui mecum erant Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, & omnes per Occidentem, & Orientem Præpoſiti monachorum, & quietam vitam agentes, infinitus videlicet numerus, divina gratia inconcuſſi permanſimus, quamvis neque antea, neque poſtea Photio communicavimus: qui eum illegitime (ut dictum eſt) Eccleſiam invaſiſſet, dubitationem multis injecit dicentibus, quod hunc, Photium videlicet, non recipimus, niſi illum confirmaverit Romæ Apoſtolica Sedes: quod*

Digitized by Google

quod cum ille didiciſſet, ſimpliciores ita decepit, Paulum enim, & Eugenium Epiſcopos a Joanne Papa ad Ignatium Patriarcham miſſos, ut cum illo de rebus Bulgarorum provinciæ agerent. Qui cum inveniſſent quod B. Ignatius jam demortuus erat, Photius illos muneribus corruptos decepit, & Imperatorum minis coegit, ut dicerent coram omni Clero, & Epiſcopis, & reliquo populo, quod contra Ignatium a Joanne Papa eſſent miſſi, ut illum anathemate damnarent, & Photium Patriarcham promulgarent. Quapropter plerique comminiſtrorum noſtrorum ſunt decepti. Ille vero etiam veſtram Apoſtolicam Sedem fraudibus eludere volens, litteras compoſuit nomine Ignatii Patriarchæ, & comminiſtrorum ejus, quibus orabat Beatitudinem Apoſtolicæ Sedis, ut Photium reciperet, & has litteras ad nos miſerunt. Quapropter Petrus Presbyter a vobis in urbem regiam cum veniſſet, cum Paulo, & Eugenio, Photium ab Apoſtolica Sede receptum promulgarunt; his multa de Photii, & Santabareni cujusdam malefici geſtis addit, cujus opera, non ſolum CP. Sedem, poſt Ignatii obitum Photius recuperavit; ſed etiam *adverſus piiſſimum Imperatorem noſtrum Leonem, qui nunc rerum potitur, malum conſilium iniit, & ejus patrem Baſilium adverſus eum irritant, affirmantes Leonem inſidiari, & adverſari paternæ voluntati. Cum vero inſanabili morbo laboraret Baſilius, & jam morti propinquus eſſet, putaverunt, quod illo volente, & filio jam procul abſente, facile ipſi Imperium obtinerent, ut per ſe, vel per alium quem vellent, illud adminiſtrarent. Sed Dei providentia non permiſit eorum iniquitatem impleri. Licet enim Leo filius a patre Baſilio inter privatos homines haberetur, quinimo carcere detineretur cuſtoditus, poſt patris obitum ad Imperiale ſolium evectus eſt. Qui Photium quamprimum ejecit, tamquam multarum iniquitatum auctorem. Nos vero qui illi non obediebamus, & præterea multa mala paſſi ſumus, illis miſeriis idem Leo Imperator liberavit*. Tandem Stephanum Pontificem rogant, ut iis, qui vel ab Photio ordinati fuerant, vel cum eo communicaverant, diſpenſationem largiretur, ut aut in ſuſcepto ordine, aut ſuis Sedibus perſeverarent, quod alias, id exigente Eccleſiarum utilitate, & pace factitatum fuiſſe, multis exemplis confirmant, ex Epheſina præſertim, & ſeptima Synodo, in quibus qui ab Dioſcoro ordinati fuerant, &

H 2 hæ-

Jesu Chr. an. 886.

hæreſim abjuraverant, recepti fuerant, ut ibidem videre eſt. Epiſcoporum litteris ſuas Leo Imp. addiderat, at illæ deperditæ ſunt.

Stephani Papæ epiſt. ad Epiſcopos Orientales. *pag.* 374.

10. Extant tamen Stephani Papæ litteræ ad eos datæ, quibus ſe eorum, & Imperatoris litteras accepiſſe teſtatur, quæ cum de Photii cauſa inter ſe non convenirent, ſe judicium differre ait, uſquedum miſſa legatione, totam cauſam de Photii depoſitione perſpectam habuerit, deinde variis tentationibus Eccleſiam obnoxiam eſſe adnotans, hæc de Photii cauſa ſubdit. *Sed de Photio quidem ita vos ſcripſiſtis*, Photium, ſcilicet, depoſuiſſe, ac ab Eccleſia ejeciſſe, *illas vero Imperatoris litteras, cum legiſſemus eaſdem a veſtris procul abeſſe comperimus. Ita enim ſe babebant, quod Photius quietam vitam elegit. Quapropter in dubitatione verſamur. Multum enim intereſt, abrenuntiaſſe, & expulſum eſſe. Nos igitur abſque diligenti inquiſitione qualecumque judicium proferre non poſſumus. Quapropter nunc ſententiam prorogavimus. Et opus eſt, utriuſque partis religioſiſſimos Epiſcopos mitti, ut perpenſa omni dubitatione, & veritate utrimque manifeſtata, dicere poſſimus, quod Deus voluerit. Romana enim Eccleſia inſtar ſpeculi, & exemplaris reliquis Eccleſiis conſtituitur. Et quodcumque definierit, in ſempiternum manet incorruptum, & hac de cauſa ſententias magna cum inquiſitione ferre decet.* Hactenus ad Epiſcopos Stephanus Papa, cum magna cautela agens, uſque dum de geſtis certior fieret, ne præpoſterum ferret judicium, Stephani tamen Leonis Imper. fratris in locum Photii ſubrogati ordinationem confirmaſse, etſi is ab Photio Diaconus, vel Subdiaconus ordinatus fuiſset, inde manifeſto patet, quod cum eo abſque ulla difficultate communicaverit.

Photii obitus, & ſcripta.

11. Ejectus autem hoc anno e CP. ſede Photius, uſque ad annum 891. vitam in monaſterio relegatus retinuit, a novem Romanis Pontificibus excommunicatus, Leone ſcilicet quarto, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano tertio, Stephano, & Formoſo anno 891. quo ordinatus fuit. Unde auctor breviarii geſtorum ſynodi CPolitanæ octavæ, *Photius quadraginta quinque annis ad hodiernum uſque diem, Papa nempe Leone, uſque ad Formoſum excommunicatus fuit*. Unde uſque ad Formoſi Pontificatum, & ad annum 891. eumdem ſupervixiſſe conjicit Pagius.

Pagi not. 5.

Labb. to. 8. *pag.* 1422.

Digitized by Google

gius. Is porro etſi diriſſimi ſchiſmatis auctor fuerit, inter eruditos tamen hujus ſeculi viros primum fere locum obtinuit, nam bibliothecam compoſuit, qua libros a ſe lectos recenſuit, eoque pacto multorum fragmenta, & excerpta, quæ alioquin periiſſent, ad poſteros tranſmiſit. Edidit etiam *Nomocanonem* Titulis XIV. comprehensum, quod Canones Apoſtolorum, Conciliorumque veterum, cum legibus Imperatorum Romanorum collatos, & in unum digeſtos volumen complectitur. Plures de variis argumentis ſcripſit Epiſtolas, a Richardo Montacutio Epiſcopo Norvicenſi e ſecta Proteſtantium publicatas, inter quas eminet ea, quam ad Michaelem Bulgarorum Regem *de Officio Principis* ſcripſit. De aliis ejus operibus legendi Oudinus in Supplem. Script. Eccleſiaſt. & Natalis Alexander ſeculo nono, & decimo parte 2. Caveus, Cellerius, aliique de ſcriptoribus eccleſiaſticis agentes. JESU CHR. AN. 886.

12. Hoc eodem anno, Pontificatus ſui primo Stephanus Papa Sanctorum martyrum Diodori, Mariani, aliorumque ex cœmeterio viæ Salariæ corpora ſolemniter in urbem tranſtulit. Hi porro ſub Stephano primo martyrium paſſi, ſub Stephano quinto in urbem delati ſunt. *Sub die 16. Kal. Febr.*, *anno Incarnat. D. N. Jeſu Chriſti* 886., *Pontificatus vero ſui*, ideſt Stephani quinti, *anno primo. Imperii autem Caroli excellentiſſimi Auguſti anno quinto, indictione quarta*, ait auctor, qui eorumdem translationem deſcripſit, ac miracula tunc edita narravit, ut apud Surium, vel Baronium, qui præcipua hujuſce translationis capita annalibus inſeruit, & ſane quammaximam curam Stephanum Papam in extruendis, reparandis, exornandiſque urbis eccleſiis geſſiſſe pluribus narrat Anaſtaſii continuator Gulielmus Rom. Eccleſiæ bibliothecarius, qui cum multa referat de ejuſdem, tum in urbe, cum extra urbem in eam rem geſtis, tandem hæc ſubdit. *Alias ſanctorum reliquias, per diverſos Cardinales titulos, alias etiam circumquaque per diverſa largitus eſt monaſteria, ubi plurimis coruſcant miraculis; maximam vero partem digna honorificentia collocavit apud eccleſiam, quæ ad Apoſtolos dicitur. Hanc ſenio conſumptam, & ruinæ proximam, idem ſanctiſſimus Papa a fundamentis renovavit, & plurimis donariis compſit, & ornamentis &c.* Hæc, & alia ibidem, quæ exſcribere longum eſſet.

Stephanus Papa reliquias martyrum in urbem transfert.

Juri 17. Januarii Bar. hoc anno.

13. Gra-

Jesu Chr. An. 886. Nortmanni Pariſios obſident.

13. Graves hactenus a Nortomannis in Galliarum provinciis clades illatas fuiſſe non ſemel adnotavimus, at nuſpiam fere graviores Francorum Regnum ſuſtinuit, quam hoc, & ſequenti anno. Regni enim Metropolim, & Pariſiorum urbem obſtinata obſidione iidem cinxerunt, quo tempore circumquaque vagantes, ſacra & prophana loca cum habitatoribus deſtruxerunt, & conculcarunt. Luctuoſam hiſtoriam, duobus libris metricis proſequutus eſt Abbo Levita, & monachus cœnobii ſuburbani S. Germani teſtis oculatus, quos libros Gerardus a Boſcho in compendium redegit: ut paucis rem complectamur; *Hoc anno menſe Februario*, ait continuator Lambecianus annalium Fuldenſium, *Exercitus Orientalium Francorum miſſus eſt contra Nortmannos in Galliam juxta Pariſios conſiſtentes, qui in itinere propter imbrium inundationem, & frigus imminens non modicum equorum ſuorum perpeſſi ſunt damnum. Cum autem illuc perveniſſent, Nortmanni rerum omnium abundantiam in munitionibus ſuis habentes, manum cum eis conſerere non voluerunt, nec auſi ſunt. Igitur diebus quadrageſimæ & uſque ad tempus Rogationis inani labore conſumptis, excepto quod Heimrich* (Præfectus exercitus Imperatoris) *quoſdam extra munitionem inveniens occidit, equis, & bobus plurimis inde ſublatis, redierunt in ſua. Interea Hugo & Gozilin Abbates, & Duces præcipui Galliæ regionis, in quibus omnis ſpes Gallorum contra Nortmannos poſita erat, defuncti ſunt. Unde Nortmanni audaciores effecti, & de ſua munitione egreſſi, omnique regione potiti, venationes & varios ludos nullo prohibente exercebant.* Paucis deinde interpoſitis addit: *Menſe Julio Imperator cum ſuis colloquium habuit in urbe Metenſi, & inde contra Nortmannos profectus eſt. Ubi dum aliquanto tempore moraretur, Heimrich Comes a ſuis deſertus, & ab hoſtibus circumdatus occiditur. Interea Sigifrid cum magna multitudine Nortmannorum ceteris, qui ibi reſidebant, auxilium laturus venit, ac Chriſtianis magnum intulit motum. Unde Imperator perterritus, quibuſdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibuſdam plurimam promiſit pecuniam, ſi a Regno ejus, ſtatuto inter eos tempore diſcederent. Ipſe vero inde concito gradu in Alſatiam ſe recepit, ibique per plures dies jacuit ægrotus.* Hæc ibidem de geſtis in obſidione Pariſiaca hoc, & ſequenti anno. Pariſiis Epiſcopus tunc erat Gotzolinus,

linus, quem perperam Abbatem dicit ſupracitatus auctor, eaque durante obſidione mortuo, Anſchericum ſucceſſorem habuit. In urbis defenſione cum Gotzolino Episc. Odo Pariſiorum Comes erat, cui Rotbertus frater auxilio aderat, quælibet potius pati animo parati, quam urbem hoſtibus tradere. In tanta autem rerum perturbatione, hoſtiumque undique inſtantium anguſtia, una civibus in Deo, Beataque Virgine, & S. Germano urbis protectore ſpes erat, cujus corpus intra urbem ad eccleſiam S. Germani veteris translatum fuerat. Hinc verſibus ſuis Abbo abbas. JESU CHR. AN. 886.

Tunc trepidant cives, cunctique vocant celebrandum
Germanum; Miſerere tuis Germane miſellis,
Concurrunt matres pariter, juveneſque, puellæ
Ad ſancti tumulum ſuffragia poſcere grata &c.

Et ſane Germano protectori eorum urbis liberationem acceptam Pariſienſes retulerunt, quo etiam tempore aliæ pluribus Galliarum civitates, oppida, & monaſteria everſa, & deſtructa ſunt.

14. Senonum autem urbs, vix precibus Episcopi, ab devaſtatione pretio redempta eſt. *Nortmanni*, ait auctor chronici, qui Nortmannorum res geſtas deſcripſit, *qui per Sequanam aſcenderant a Pariſiis, cum omni exercitu, ſupellectili, & navibus, Tonam fluvium ingreſſi Senonas civitatem obſederunt, ſed Everardus Archiepiſcopus ipſius civitatis, ſtatim cum eis de ereptione ipſius civitatis agere cœpit*, & obtinuit quod voluit anno 886. Pariſienſis obſidionis meminit Fulco Remenſis in Epiſtola ad Carolum Craſſum Imp. ab eoque auxilium petiit, quod etſi promiſiſſet, ac ex Italia in Gallias tranſiiſſet, Pariſium uſque tranſgreſſus nil tamen ſuo nomine, vel dignitate dignum egit. *Nam Imperator, hoſtium multitudine, & feritate perterritus, quibuſdam per Burgundiam vagandi licentiam dedit, quibuſdam plurimam promiſit pecuniam, ſi a Regno ejus ſtatuto tempore diſcederent.* Unde audaciores facti, hinc inde, hoc & ſequentibus annis vaſtitatem attulerunt.

Senonum urbs pretio a Nortmannorum vaſtatione liberatur.

Probroſam, & inutilem cum Nortmannis pacem Carolus ſubscribit.

15. Eamdem fere cum Galliis ſortem hoc tempore ſuſtinebant Campaniæ, vicinorumque locorum incolæ, continuis inter ſe diſſidiis agitati, ac Saracenorum, Græcorum, ac

Apulia, Calabria, & Campania

Jesu Chr. an. 888.

armorum ſtrepitu vexatæ.

Enchembert. hiſt. cap.58.

Murat. hoc anno.

ac Francorum armis vexati, de quibus plura referunt auctores latini, & Græci, ex his Encherbertus hujus temporis ſcriptor adnotat, quod Guido Spoletorum Dux cum Stephano Rom. Pontifice reconciliatus, Saracenos ad Garilianum poſitos aggreſſus, cum maxima eorum ſtrage inde ejecit. Capuam poſtea progreſſus honorifice exceptus, Neapolitanos ad eum inde exturbandum ab Athanaſio miſſos repulit. Ajonem vero Beneventanum Ducem, qui anno proximo Radelchio patri ſucceſſerat, ad ſe venientem, dolo captivuum fecit, ac inde Sipontum progreſſus, Ajonem dimmittere, Sipontinorum tumultu coactus fuit, quare Ajo Beneventum recepit, ut in hiſtoria Principum Longobardorum narrat auctor apud Peregrinum, & a Muratorio editus, eademque fere auctor chronici Salernitani. Quo etiam tempore, ut iidem ſcriptores tradunt, & ex Lupo Protoſpata in chronico, narrat hoc anno Pagius, cum Barium Ajo Beneventanus Dux occupaſſet, atque ibidem a Conſtantino patricio, Tropeſito, ſeu Dapifero obſeſſus, atque auxilium fruſtra tum a Gallis, cum ab Saracenis expectaſſet, tandem *Legatos ſuos ad Conſtantinum patricium deſtinavit, qui reſidebat ſuper dictam urbem, & fœdus fecit cum ipſo ſtatuens pacem, & neceſſitate coactus urbem remiſit, & ad propria remeavit*. Infelici tamen exitu Græcos pugnaſſe paucis his verbis narrat Leo grammaticus. *Ceterum Longobardiæ Dux Ajon Regis Franciæ gener*, idem ac Ajo Beneventi Dux, *rebellionem in Imperatorem mota, regionem omnem ſuo ſubjecit Imperio. Eo cognito Imperator Leo Conſtantinum menſæ ſuæ præfectum, una cum occidentalibus cunctis legionibus ad debellandum Ajonem miſit, & inito congreſſu victi ſunt, qui cum Conſtantino erant. Ipſoque vix ſuperſtite ceteri perierunt &c.* Hæc ibi, eademque Porphyrogenetæ continuator, ut alter alterum exſcripſiſſe pateat, hinc patet æque ac Gallias, Italiam fere totam bellorum tumultibus hoc tempore, & factionibus exarſiſſe, quæ etiam temporis tractu excrevere, ut ex dicendis infra conſtabit.

Rer. Ital. tom. 2. part. 1. pag. 251. tom. 2. part. 2. pag. 273.

pag. 486.

pag. 220.

JESU

JESU CHRISTI an. 887. Stephani 5. Papæ an. 3. Caroli Craſſi Imp. an. 8. Leonis Sapientis Imp. 2.

Carolus Craſſus Luvardum Vercell. Epiſc. & Riccardam uxorem abjicit.

1. Cum nihil Imperatoria majeſtate dignum hactenus egiſſet Carolus Craſſus Imp. ac mente, & corpore imbecillior in dies evaderet, Magnatum auctoritate Imperio dejectus, privatam vitam ducere coactus eſt, *et ad extremum conceſſis terris, & regionibus, qui ultra Sequanam erant, Nortmannis ad deprædandum, eo quod incolæ illarum ſibi obtemperare nollent, receſſit, & recto itinere in Alemanniam perrexit*, ubi cum hoc anno eſſet, Luvardum Vercellenſem Epiſcopum, Imperiique cancellarium, ac hactenus Imperii arbitrum, Magnatibus tamen Regni ut plurimum inviſum, cujus domum anno proximo Berengarius Forojulii Dux diripuerat, *& magnis muneribus contumeliam, quam in Ludvvarium priori anno commiſerat*, hoc anno, *componendo abſolvit*, ſeu veniam ab Carolo Imp. obtinuit, ait continuator Annalium Fuldenſium a Freherio editus, hunc itaque a Berengario Duce cum Regni primoribus ſociato, ut veroſimile eſt, graviorum criminum accuſatum, hæreſis ſcilicet, & adulterinæ conſuetudinis cum Riccarda Imperatrice, ut eorumdem Annalium continuator alter Lambecianus dictus narrat, a ſuo latere cum dedecore Carolus Imp. dimiſit, ac uxorem adulterii ſuſpectam ejecit, quæ quidem in monaſterium a ſe ædificatum in Alſatia tranſiit, cum innocentiam ſuam, quin & Virginem ſe perſeveraſſe teſtata fuiſſet, ad igniti ferri, vel duelli probationem ſe promptam exibuiſſet.

Carolus Imp. Imperio dejicitur.

2. Carolus interea *Menſe Novem., circa tranſitum S. Martini*. ait Annaliſta Metenſis, *Triburicas venit, ibique conventum generalem convocat. Cernentes vero Optimates Regni, non modo vires corporis, verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnulphum filium Carolomanni ultro in regnum attrahunt. Et ſubito facta conſpiratione ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim tranſeunt, ita ut in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus tantum, & potus ex Liutberti Epiſcopi* (ſcilicet Moguntinenſis) *ſumptibus adminiſtrabatur*. Mittit ergo ad Arnulphum, *& tantum alimentorum copiam*

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 887. *ad ſubſidium vitæ præſentis ſupplex expoſcit*. Conceſſit Arnulphus Rex *nonnullos fiſcos in Alemannia, unde ei alimenta præberentur*, ait Annaliſta Metenſis, & ex eo Regino in chronico, non diu tamen inglorius vixit Carolus, nam Januario proximo vivere deſiit. Arnulphus autem in ejus locum Imperator dictus, Carlomanni filius nothus erat, Italiæ, & Germaniæ Rex antea vocatus.

Boſonis Burgundiæ Regis obitus.

3. Hoc quoque anno Boſo comes primum, deinde Burgundiæ Rex, ut ſupra diximus, vivere deſiit. Cui *parvulus erat filius*, ait continuator Freherianus Annalium Fuldenſium, *de filia Ludovici Italici Regis*, ſeu Ermengarda, *quem Imperator Carolus, ad Rhenum villa Chrichaim veniens obviam honorifice ſuſcepit ad hominem, ſibique adoptivum filium eum injunxit*. Hic porro anno tantum 890. Burgundiæ Rex inauguratus fuit, temporis etiam tractu Imperium obtinuit eodem die, quo pater ejus Boſo obiit, tertio ſcilicet idus Januarii, in veteri neucrologio Viennenſi, ubi ſepultus fuit, cujus epitaphium legitur in Baſilica S. Mauricii Viennenſi.

Synodus Moguntina. *Bar. 887. 3. Mabill. lib. 39. tom. 3. pag. 260. Labb. tom. 9. pag. 396.*

4. Ante Caroli abdicationem, ideſt Kal. Aprilis, habitum eſt coloniæ concilium Epiſcoporum ſex, ait poſt Baronium Mabillonius, eique præfuerunt Liubertus Moguntinus, & Vilibertus Colonienſis, in quo maxime contra pervaſores rerum Eccleſiaſticarum, agente imprimis Francone Tungrenſi Epiſcopo, & contra violatores ſanctimonialium actum eſt, cui etiam concilio monaſteriorum plures Abbates adfuerunt, ut idem adnotat auctor, ac acta, quæ ſuperſunt, probant.

Concilium Cabillonenſe. *Labb. p. 399.*

5. Eodemque Carolo Imp. ſuperſtite, & imperante alterum Cabillone concilium celebratum eſt, in eccleſia S. Marcelli in ſuburbio Cabillonenſi, 15. Kal. Junii, anni proximi 886. cui Epiſcopi octo adfuerunt cum Chorepiſcopo Lugdunenſi, quorum primus, & ſynodi Præſes *Aurelianus* Lugdunenſis Archiepiſcopus, ac de vindicandis eccleſiæ rebus actum eſt, raptoreſque graviſſima pœna, ſeu perpetuo anathemate, donec reſipiſcerent, cum Juda traditore, cum Dathan, & Abiron plectuntur, ac donationes rerum, quas monaſterium Sancti Stephani in territorio Divionenſi, & Oſcarenſi poſſidebat, confirmantur, ſimileque anathema contra violatores decreti pronunciarunt, ut ibidem videre eſt.

6. Non

6. Non unam, ſed plures ſynodos Landaviæ hoc tempore celebratas exhibent conciliorum editores, quarum certa epocha haberi non poteſt, ob barbariem nominum Regulorum, & Epiſcoporum, quorum tempore celebratæ ſunt, Eas tamen circa hæc tempora habitas fuiſſe probat Vilkins, quarum prima de pœnitentia impoſita cuidam Regi nomine Theudur agitur, Regio nomine Dinaſtas, & Satrapas donatos ibidem fuiſſe adnotat is auctor. Cum itaque Theudur fidem datam ſuper Altare S. Dubricii, ſacris evangelii voluminibus, & reliquiis præſentibus Elgiſtio filio Dinaſtæ, violaſſet, & hinc diro anathemate nudatis altaribus, Cruceque depoſita, ut tunc in more erat, percuſſus fuit ab Epiſcopo Gurvanno, quare Theudur perjurus, & homicida paulopoſt compunctus veniam, & pœnitentiam petiit, quem Epiſcopus admiſit. *Et ne terra ſua diſpoliata fieret, carens Principe, conſilio fratrum totius parochiæ, illum fecit remanere in Regno, emendaturum in omnibus ſuum ſcelus eleemoſina, oratione, & jejunio*, quibus ſane Theudur copioſiſſime ſatisfecit, eccleſiam S. Dubricii terris, & poſſeſſionibus augens, ut ibidem narratur: Sequens Landavenſis ſynodus a Berthguino celebrata Clotum Regem, eadem ex cauſa ob perjurium ſcilicet, & homicidium, excommunicavit, qui cum aliquandiu contumax fuiſſet, tandem & ipſe ad pœnitentiæ remedium confugit. Eadem fere cauſa pertractata eſt in altera Landavenſi ſynodo ſub Cerenhiro Epiſcopo, nam ibidem Hovel Rex Gleviſſie propter homicidium, & perjurium excommunicatus fuit, ut pluribus ibidem narratur, Berthguinus etiam Epiſcopus Landavenſis Gurcan quemdam ob inceſtum cum noverca perpetratum ſynodali ſententia excommunicavit, & in altera ſynodo ab Guilfrido Epiſcopo congregata Leumarchus quidam ob rapinam eccleſiaſticarum rerum excommunicatus eſt, de quibus plura ibidem.

Jesu Chr. an. 887.
De ſynodis Landaviæ celebratis.
Labb. tom. 9. pag. 390. Vilkins concil. Britan. tom. 1. pag. 196.

JESU CHRISTI an. 888. Stephani quinti Papæ 4. Leonis Sapientis Imp. an. 3.

1. Ab Imperio dejectus Carolus Craſſus, atque Arnulpho in ejus locum ſuffecto, morbo, & mœrore affectus pridie Idus Januarii, vel ipſis idibus vivere deſiit, qui

Caroli Craſſi Imp. obitus.

JESU CHR. AN. 888. unus poſt Carolum M. & Ludovicum pium, tria Regna, Galliæ ſcilicet, Germaniæ, & Italiæ obtinuerat, cujus Imperium maximo Reipublicæ damno in partes diviſum fuit poſt ejus mortem, ait Annaliſta Metenſis. *Regna, quæ ejus ditioni paruerant, veluti legitimo deſtituta hærede, in partes a ſua compage reſolvuntur, & jam non naturalem Dominum præſtolantur, ſed unumquemque de ſuis viſceribus Regem ſibi creari diſponit*, & quod deterius fuit, in duas factiones Italicum Regnum ſciſſum eſt, unde ingentes inde clades ſecutæ ſunt. Nam ut narrat idem Annaliſta. *Quædam pars Italici populi Berengarium filium Everardi, qui Ducatum Forojulianum tenebat, Regem ſibi ſubſtituunt, quidam Vidonem filium Lamberti æque regia dignitate ſublimandum decernunt, ex qua diſſenſionum controverſia, tanta ſtrages ex utraque parte poſtmodum facta eſt, ut juxta Dominicam vocem Regnum in ſe ipſo diviſum deſolationis miſeriam pene incurrerit, ad extremum Vido victor exiſtens Berengarium regno expulit*. Interea hoc anno cum ſemel, aut bis varia fortuna manus inter ſe conſeruiſſent Guido, & Berengarius, tanta lis componi non potuit. Berengarius autem Ticini regiam coronam accepit, uti pluribus narrat hoc anno Muratorius Italiæ hiſtoriam proſequens.

Imperium, & Italia in partes diviſa.

Odo Rex Franciæ renunciatur.

2. *Interea Galliarum populi in unum congregati*, ait idem Annaliſta, *cum conſenſu Arnulphi*, Germaniæ Regis, *Odonem Ducem filium Roberti virum ſtrenuum, cui præ ceteris formæ pulchritudo, & proſperitas corporis, & virium, ſapientiæque magnitudo inerat, Regem ſuper ſe pari conſilio, & voluntate creant, qui rempublicam viriliter rexit, & contra aſſiduas deprædationes Nortmannorum indefenſus propugnator extitit &c.* Hunc quidem nonnulli tutorem magis Caroli impuberis filii Ludovici Balbi olim Galliarum Regis dixerunt, qui poſtea anno 893. Galliarum Regnum obtinuit. At revera eum Regem electum fuiſſe, & a Valtherio Senonenſi Archiepiſcopo inunctum veroſimilius eſt. Sic itaque Italia, & Gallia hoc tempore diviſa, innumeras calamitates pati cogebatur, & quod deterius videri potuit, ait Baronius, & plane monſtruoſum, illud fuit, quod tam Epiſcopi, quam Abbates armati ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos, & cæderentur ab ipſis: execrandum plane iſtiuſmodi facinus diu inolevit in Galliis, cujus meri-

merito accidiſſe putamus, ut externis, atque civilibus bellis cædem provinciæ affligerentur, ſed eo deterius, quod iidem etiam ab ejus temporis ſcriptoribus laudati reperiuntur utpote viri bellatores, qui e contra, ut ſacrorum Canonum violatores, & muneris paſtoralis, & nominis deſertores deteſtandi fuiſſent.

Jesu Chr. an. 888.

3. Cumque Germaniæ, & Galliæ Regnum inter ſe Arnulphus, & Odo diviſiſſent, *Rodulphus Chonradi filius ſuperiorem Burgundiam apud ſe ſtatuit regaliter retinere*, ut tradit continuator Annal. Fuldenſium, ſeu ut loquitur Annaliſta Metenſis, *Provinciam inter Surum, & Alpes Penninas occupat, Regemque ſe appellari juſſit*. Conradus pater ejus præfuerat Burgundiæ Transjuranæ, ſed Rodulphus ſua ſorte minime contentus, regionem Transjurenſem ad regni dignitatem evexit, Sequanis, ideſt Lotharingis in ſuam fidem pellectis. *Burgundia Transjurana* à Rheno incipiebat, & uſque ad Iſaræ fluvii originem extendebatur, ac continebat Helveticos, Griſones, Valeſios, Sedunenſes, partem Allobrogum, Genevam, Caballiacum agrum, ut hodie appellant, & oppidum Agaunenſe, ſed initio Regnum illud minus amplum fuit. Tirannos quidem hinc inde exurgentes armis comprimere tentavit Arnulphus Germaniæ Rex, nil tamen laude dignum egit, quin Rodulphum, alioſque fidem ſibi, obedientiamque promittentes in ſuam gratiam recepit, cum interea Nortmanni ea occaſione utentes, quod inter ſe Galli diffiderent, innumeras quoque clades, direptioneſque peragerent, ut ad hunc annum pluribus narrat Annaliſta Metenſis.

Rodulphus in Burgundia regnat.

4. Ut tot malis, quibus Gallia Belgica affligebatur, remedium aliquod afferrent Epiſcopi, concilium Metis indixerunt Kal. Maji celebrandum. Convenere patres in ſuburbio ejus civitatis, & quidem in eccleſia ſancti Arnulphi, Ratbodus ſcilicet Trevirenſis, Rotbertus Metenſis, Dado Virdunenſis, & Arnoldus Tullenſium præſules, atque Stephanus venerabilis abbas, forte ſancti Michaelis ad Moſam, & multi ſacerdotes cum Comitibus, & nobilibus viris. Primo canone patribus viſum eſt, pacem a paganis & contumacibus Chriſtianis emendatione morum quærendam, & implorandam eſſe, ſeptimo, ut nemo ederet, aut biberet cum Judæis, qui eo tempore Metis frequentes erant, in quos Huntbertus Metenſis eccleſiæ primicerius libellum

Metense concilium. *Labb. tom. 9. pag. 412.*

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 888. lum proclamationis obtulit. Canone octavo vetitum eſt, ne in locis non conſecratis, ideſt in ſolariis, ſive in cubiculis, propter infirmos, ſacrificium a presbyteris celebraretur. Nono actum de duabus ſanctimonialibus monaſterii Sancti Petri ejuſdem urbis, quæ *propter ſuum facinus* de monaſterio (juxta ſancti Benedicti regulam in contumaces ſtatutam) ejectæ fuerant. Sed juxta canones ſancta conſtituit Synodus, ut velamina illis redderentur, & intra monaſterium *in ergaſtulo poſitæ, brevi pane, & parca aqua, cum abundantia divini verbi uſque ad ſatisfactionem fruerentur*. Canone tertiodecimo, & ultimo indictæ ſunt præces pro Arnulpho rege, cum triduano jejunio, & litaniis ad impetrandam a Deo converſionem morum, & pacem.

Concilium Moguntinum. *Labb. pag.* 402.

5. Eodem excitati ſpiritu, iiſdemque calamitatibus oppreſſi Germaniæ Epiſcopi Moguntiæ concilium celebrarunt, Luitpertus ſcilicet Archiepiſcopus Mogontinus cum Metropolitis Colonienſi, & Trevirenſi, ac ſuis ſuffraganeis, & Abbatibus plurimis *anno ſcilicet Incarnationis Domini Jeſu Chriſti octingenteſimo octogeſimo octavo, anno etiam primo regni domini Arnulſi glorioſiſſimi Regis*, uti in præfatione, initio Synodi legitur. Quibus verbis intelligimus, Arnulphum hoc tempore vocatum non fuiſſe Imperatorem, ſed Regem tantum, nempe Germaniæ. Viginti ſex Canones in ea Synodo conditi ſunt quorum primo dicitur: *Concedimus, ut ſicuti (quod noſtris exigentibus culpis perplurimum a Normannis eſt factum, ſeu alio qualicumque modo) Eccleſiæ fuerint incenſæ, in capellis Miſſas interim liceat celebrare, donec ipſæ eccleſiæ reſtaurari queant*, ac lugubri ſtylo illatas hactenus a Nortmannis, aliiſque barbaris clades proſequuntur. Inter cetera: *Videte, & conſiderate quam præclara, & nobilia ſervorum Dei monaſteria ædificia deſtructa, & incenſa ſint, & conculcata, ornamenta Eccleſiarum Dei valde pretioſa, & mirifica direpta, & igne exuſta. Epiſcopi, & ſacerdotes, & cæteri ordinis Eccleſiæ viri gladio truncati, & diverſis pœnarum generibus morti addicti. Omnis ætas utriuſque ſexus gladio & igne diverſo mortium genere conſumpti. Quid ergo amplius his dici poſſet? omnia deſiderabilia, & pretioſa nobis ablata ſunt, veluti olim ſub comminatione & everſione Judaici templi illis dictum eſt: Ecce ego tollam a vobis deſiderabilia oculorum veſtrorum ſuper quo pavet anima*

Eccleſiarum Germaniæ infelix ſtatus.

veſtra

veſtra &c. His tamen atrociora adhuc ſe a Chriſtianis pati teſtantur. *Ecce enim a latere turba raptorum, & ſchiſmaticorum ſaevit, qui pauperes, & humiles Chriſti opprimunt, & interimunt, neque Dei reſpectum habentes, neque ullam hominis perſonam verentes &c.* Quibus, ut aliqualem, ſi fieri poſſet, medelam afferrent, vigintiſex canones in ea ſynodo ediderunt, quorum tribus primis, Regem ipſum Arnulphum de Regum officiis admonent, ceteri de coercendis debita pœna criminibus tum cleri, quam nobilium, vel plebis utriuſque ſexus agunt, vel de eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, quantum temporum acerbitas pati poterat, ut ibidem videre eſt. Jasu Chr. an. 888.

6. Hoc etiam anno Alfredus Rex Angliæ Athelinum Vintonienſem Epiſcopum Romam miſit, qui illuc eleemoſinas ferret, nec multo poſt collectam in clero, & populo fecit, ut alias tum Romam, cum Hieroſolymas eleemoſinas mitteret, ac partem non modicam ex ſuo theſauro idem Rex piis continuo operibus intentus adjecit, de quibus, aliiſque egregiis Alfredi geſtis plura refert Matthæus Veſtmonſtarienſis. Legatio Alfredi Regis Angliæ Romam cum eleemoſinis.

7. Anno 886. mortuo Mahumete Saracenorum in Hiſpania Amira, ſeu Rege, Almundir ſucceſſerat, qni biennio poſt, ſeu anno 888. *cum regnaſſet fere duobus annis*, ait Rodericus in hiſtoria Arabum cap. 18. vivere deſiit, ſucceſſoremque habuit Abdalam fratrem, ut ex Almacino, aliiſque Arabicæ hiſtoriæ ſcriptoribus conſtat, de quibus plura non ſubdimus. Mahomet, & Almundiri Saracenorum in Hiſpania Regum obitus.

8. Cum interea de Italiæ Regno Berengarius Forojulienſis Dux cum Guidone Spoletinorum duce contenderet, ac Guido ſua ſpe fruſtratus ex Gallia in Italiam rediiſſet: *Juxta civitatem Breſcianam cum Berengario & ipſo Duce conflictus, in quo nimirum conflictu utriuſque partis acies crudeliter cæſa eſt, ſpolia autem cæſorum a Berengario collecta ſunt, pacti ſunt tantum ad invicem uſque in Epiphania, quæ celebratur octavo idus Januarii. Quum autem uterque ſe junxerint ad pactum, vel ad bellandum, quod deinceps egerunt, præſenti opuſculo inſeram*, ait Enchembertus, quæ etſi cetera ſe additurum promiſerit, hoc tamen loco hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit. At ex his patet Guidonem inter, & Berengarium primo acriter hoc anno pugnatum fuiſſe, aliquales dein- Berengarius & Guido de Regno Italiæ certant.

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 889. deinde inducias inter eos initas fuiſſe uſque ad Epiphaniam anni ſequentis, iiſque tranſactis, iterum ad arma tranſiiſſe, cumque Guido ſuperiores poſthac partes tuliſſet, Berengarium tandem Italia expulit, de quibus plura ex Luitprando, vel auctore panegyrici in Berengarii laudem recitati refert Muratorius.

JESU CHRISTI annus 889. Stephani V. Papæ an. 5. Leonis Sapientis Imp. 4.

Epiſt. Styliani, & aliorum ad Stephanum Papam.

1. Litteris a Stephano Papa de Photii depoſitione anno 886. ad Orientales ſcriptis, hoc anno Stylianus, aliique Orientales reſponſum dederunt, atque de Photii depoſitione certiorem reddiderunt, ac, ut iis qui Photio ordinati fuerant, ut in ſuis ſedibus perſeverarent, diſpenſationem tribueret, ſuo, & Imperatoris nomine enixe rogabant, earumdem autem hæc erat inſcriptio. *Sanctiſſimo & Beatiſſimo Stephano Oecumenico Papæ Stylianus Epiſcopus Neocæſariæ, & qui mecum ſunt Epiſcopi, Euſebius Epiſcopus Nazianzi, Joannes Epiſcopus Comanorum, Joannes Epiſcopus Leontepoleos, & reliqui Epiſcopi, qui epiſtolæ ſubſcripſerunt. Divinas, & ſacras litteras ſancti & excellentiſſimi Pontificatus tui noſtra humilitas cum accepiſſet, magno affecta eſt gaudio &c.* Et poſt proemium epiſtolæ, in quo habetur encomium Apoſtolicæ Sedis, hæc quæ ſequuntur addiderunt. *Divini tui Pontificatus venerabiles litteræ aſſerebant, quod in litteris ſereniſſimorum Imperatorum noſtrorum, & noſtræ humilitatis magnum eſt diſcrimen, cujus diſcriminis hæc cauſa eſt, quod ii, qui Photium abrenuntiaſſe ſcripſerunt, iidem ipſi illum receperunt in ſacerdotem. Nos vero, qui ne veſtigium quidem ſacerdotii illum habere affirmamus juxta legitimam, & canonicam ſententiam æternorum, & beatorum Pontificum Nicolai, & Hadriani, ſicut etiam ſancta, & generalis Synodus Conſtantinopoli congregata Legatis Apoſtolicæ Sedis, & trium ſedium Orientalium promulgavit, quomodo potuimus ſcribere, illum renuntiaſſe, qui ita fuerit condemnatus? Mirati vero ſumus quomodo eum, quem amotum a firma petra Chriſto ipſo epiſtolæ proemio, eumdem in illius fine, ut legitimum pontificem judicari debere ſcripſeris. Quomodo enim, qui jam reprobatus eſt, iterum judicabitur? Hoc enim pacto prædeceſ-*

ſorum

ſorum ſanctorum virorum decreta de ipſo lata irritantur. Nihilominus quanto magis damnationem majorem illi irrogabit, cujus, ut alia omittamus, ubi nam pones ea quæ adverſus inculpabilem revera Nicolaum & adverſus ſanctiſſimum Papam Martinum finxit, & commentus eſt? quæ omnia te non ignorare, certo ſcimus; quemadmodum litteræ tuæ ad Imperatorem noſtrum ſatis declarant &c. Ac ſe has alteras litteras ad eum ſcripſiſſe addunt deprecantes, ut a Photio ordinati in ſuis gradibus perſeverarent, quod alias factum fuiſſe adnotant, ut ibidem videre eſt, huic autem epiſtolæ Formoſus Stephani ſucceſſor reſpondit, cum in urbem delata tunc fuerit anno ſequenti, cum jam obiiſſet Stephanus.

Papienſis ſynodus pro electione Guidonis in Regem Italiæ.

2. Cum autem de Italiæ Regno inter ſe Berengarius Forojulienſis dux, & Guido Spoletinorum certarent, & Guido Italiæ partem maximam obtineret, Italiæ Epiſcopi, qui Guidoni Regno ſuberant, ſynodum Ticini celebrarunt, qua pactis præmiſſis, & conditionibus firmatis, in Italiæ Regem eumdem elegerunt, ſeu potius confirmarunt. Ticinenſem hanc ſynodum, tamquam illuſtre antiquitatis monumentum, ex archivio Bobienſis monaſterii in lucem editum, præfatione, & notis illuſtrarunt eruditi ſcriptorum Italiæ editores, hoc unum dolentes, quod ſine chronologicis notis conſcriptum eſſet, quas fortaſſe ut inutiles exſcriptor prætermiſit. At eam ad hunc annum referendam eſſe inde conjicitur, quod hoc anno Guido Berengarium tota pene Italia fugavit, ejuſdemque partem maximam, & præcipue Longobardiam obtinuit, anno proximo 890. ſequenti deinde anno 891. Imperator a Formoſo Papa coronari meruit, unde Ticinenſem ſynodum ab hoc anno vix removendam eſſe conſtat.

Murat. rerum Ital. t. 2. part. 1. pag. 416. ſeq.

Pacta cum Guidone inita, ejuſque electio.

3. Cum itaque ibidem Epiſcopi congregati eſſent, Guidone præſente, hæc Epiſcopi præfati ſunt. *Poſt bella horribilia, cladeſque nefandiſſimas, quæ meritis facinorum noſtrorum acciderunt huic provinciæ diſponente jura regni hujus cum tranquillitate ſopitis, hoſtibus ſuis, inſigni rege, & ſeniore noſtro Vidone in aula Ticinenſi, nos humiles Epiſcopi ex diverſis partibus Papiæ convenientes pro Eccleſiarum noſtrarum ereptione, & pro chriſtianitatis ſalvatione, quæ pene jam ad interitum deſolationis inclinata erat, annuente nobis eodem Principe, in uno congregati ſumus collegio, ea*

Jesu Chr. an. 889.

videlicet ratione, ut his per quos homicidia, ſacrilegia, rapinæ, & cetera facinora perpetrata erant dignam pœnitentiam ad capiendam ſalutem, ſubtractis eis a malecepto negotio per veram confeſſionem Deo adjuvante imponeremus, ac ne ulterius tantum nefas excreſcere, aut vires ſumere valeret paſtorali proviſione, & auxilio regio compeſcendum decrevimus. Præfationem excipiunt pacta, & conditiones cum Rege initæ, quarum prima erat, ut Romana eccleſia, *in ſtatu, & honore ſuo eum omnibus privilegiis, & auctoritatibus, ſicut ab antiquis, & modernis Imperatoribus, atque Regibus ſublimata eſt, ita habeatur, teneatur, & perenniter euſtodiatur illæſa &c., ut ipſe Summus Pontifex a cunctis Principibus, & Chriſtiani nominis cultoribus, digno ſemper veneretur honore, debitaque præcellat reverentia*, capite 3. 4. 5. & 6. ut Epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum rectoribus, ſua jura & privilegia, & immunitates integræ ſervarentur decernunt, *ſecundum antiquam conſuetudinem retinerent*, 7. 8. 9., & 10. capitibus, laicis prohibetur ne vexationes exercerent, ac tandem de Guidonis electione, ſeu confirmatione in Regem Italiæ hæc addunt: *Præterea quia glorioſus Rex Vido dignatus eſt nobis promittere conſervaturum ſe præcepta capitula neceſſitate non minima confecta, & quæ in eis continentur curam habens, Deo inſpirante, ſuæ, noſtræque ſalutis, ſicut apertis indiciis jam demonſtrat. Ideo nobis omnibus complacuit eligere illum in regem & ſeniorem, atque defenſorem, quatenus amodo, & deinceps illo nos ſecundum regale miniſterium gubernante, ſinguli noſtrum in ſuo ordine obedientes, & adjutores pro poſſe exiſtamus illi ad ſuam regnique ſui ſalvationem*, ac quot, quantaſque clades, calamitateſque hactenus ſuſtinuerint, dum plures de Italico Regno contenderent, exponunt deinde. *Sed quia illi, ſuperveniente perſpicuo principe Vidone, his jam fuga lapſi, ut fumus evanuerunt, noſque in ambiguo reliquerunt tamquam oves, non habentes paſtorem, neceſſarium duximus ad mutuum colloquium Papiæ in aula regia convenire, ibique de communi ſalute, & ſtatu hujus regni ſollicite pertractantes. Decrevimus uno animo, eademque ſententia præfatum magnanimum principem Vidonem, ad protegendum, & regaliter gubernandum, nos in regem & ſeniorem nobis eligere, & in regni faſtigium, Deo miſerante, præfigere, pro eo quod idem magni-*

Quid promiſerit Guido Rex Italiæ.

magnificus Rex, divino ut credimus, protectus auxilio, de hoſtibus potenter triumphavit, & hoc non ſuæ virtutis, ſed totum divinæ miſerationis providentiæ adtribuit. Inſuper etiam Sanctam Romanam Eccleſiam ex corde ſe diligere, & exaltare, & eccleſiaſtica jura in omnibus obſervare, & leges proprias ſingulis quibuſque ſub ſua ditione poſitis concedere, & rapinas de ſuo regno penitus extirpare, & pacem reformare, & cuſtodire ſe velle, Deo teſte, profeſſus eſt. Pro his ergo, & aliis multis ejus bonæ voluntatis indiciis, ipſum ut prælibavimus ad regni hujus gubernacula aſcivimus, eique toto mentis niſu adheſimus, ſeniorem piiſſimum, & regem excellentiſſimum pari conſenſu ex hinc, & imposterum decernentes. Hactenus ſynodi Ticinenſis geſta de Guidonis Regis electione, atque his additum eſt ejuſdem Guidonis privilegium pro monaſterio Sanctæ Mariæ Theodotæ Ticinenſis anno 892. datum, cum jam Imperialem coronam Romæ ab Formoſo Papa accepiſſet, cujus hæc eſt ſubſcriptio. *Data quinto Kal. Auguſti anno Incarnat. Domini 892. regnante Domino Vidone in Italia anno Regni ejus IV. Imperii I. indict. VIII.*, actum Papiæ, in Dei nomine, cui Guido ipſe ſubſcriptus legitur, deinde Helboneus Imperii Archicancellarius.

Germundus Danorum in Anglia Rex moritur.

4. Germundus Danus, Athelſtanus in baptiſmate dictus, cum annos duodecim Orientalium Anglorum provinciam tyrannice magis, quam Imperio adminiſtraſſet, hoc anno mortuus eſt, ut Ethelverdus Hovedenus, aliique tradunt, ac Ericum quemdam natione Danum ſucceſſorem habuit, ideoque ſub duobus illis Principibus afflicta fuit provincia, donec Alfridi Regis e filio nepos, Atheſtanus dictus Danos repreſſit, imperioque exuit, ut narrat Maleſburienſis lib. 2. de Regibus cap. 8.

JESU CHRISTI an. 890. Stephani V. Papæ an. 6 Leonis Sapientis Imp. an. 5.

Concilium Valentinum Ludovicum Regem eligit, & ungit.

1. Poſt obitum Boſonis Burgundiæ Regis, nullus ibidem Rex conſtitutus fuerat, cum filius ejus Ludovicus ex Ermengarda ſuſceptus parvulus adhuc, & imperio impar eſſet, ut ſupra adnotavimus. At hoc anno Epiſcoporum, & Procerum opera, & conſenſu, poſtquam Bernoinus Viennenſis Archiepiſcopus de Regni neceſſitatibus Stephanum

Jesu Chr. an. 890. *Labb. to. 9. pag. 423.*

Pontificem conſuluiſſet, eumdem Ludovicum Regem ſibi, in ſynodo Valentiæ congregata elegerunt, & unxerunt, de quibus hæc ſynodi acta. Anno Incarnationis Dominicæ 890. indict. octava religioſus, atque ſatis venerabilis Bernoinus, ſacræ ſedis Viennenſis Archiepiſcopus, pro quibuſdam eccleſiæ ſuæ, ſive generalibus totius regni neceſſitatibus, ſedem adiens apoſtolicam, conſultu ipſius domni apoſtolici, cui cura & ſollicitudo inſtat omnium eccleſiarum, digno quoque ſuo relatu de perturbatione hujus regni retulit, quomodo poſt glorioſiſſimi Caroli imperatoris obitum, aliquamdiu ſine rege, & principe exiſtens, valde undique affligeretur, non modo a propriis incolis, quos nulla dominationis virga coercebat, ſed etiam a Paganis: quoniam ex una parte Nortmanni cuncta penitus devaſtantes inſiſtebant, ex alia vero Saraceni provinciam depopulantes terram in ſolitudinem redigebant. His & aliis hujuſmodi cauſis ab eo auditis, reverendus Dominus Stephanus Apoſtolicus, ad lacrymas uſque compunctus, tam verbis, quam ſcriptis generaliter ad omnes Galliarum Ciſalpinarum tam Archiepiſcopos, quam, & reliquos venerabiles Antiſtites directis, ſuo ſanctiſſimo commonuit hortatu, ut unanimes, atque concordes omnes in Ludovico nepote quondam Ludovici glorioſiſſimi Imperatoris conſentientes, hunc ſuper populum Dei Regem conſtituerent. Quare Valentiæ in unum congregati Aurelianus Lugdunenſis, Roſtagnus Arelatenſis, Arnaldus Ebrodunenſis, & Bernoinus Viennenſis Archiepiſcopi, atque ex Bernoini relatione de Stephani Papæ voluntate certiores facti, eumdem Ludovicum in Regem unxerunt. Cui, ut addunt, *Carolus Imp. jam regiam conceſſerat dignitatem, & Arnulphus qui ſucceſſor ejus extitit per ſuum ſceptrum, perque ſuos ſagaciſſimos legatos Reoculphum videlicet Epiſcopum, & Berthaldum Comitem fautor Regni, auctorque in omnibus eſſe comprobatur*. Sicque Caroli Craſſi Imperium inter Arnulphum Germaniæ Regem, Odonem Galliarum, Ludovicum Burgundiæ, Vidonem Italiæ diviſum, ac diſtractum, Nortmannorum, ac Saracenorum frequentioribus irruptionibus expoſitum fuit.

Stephanus Papa Epiſcopos hortatur, ut Ludovicum Regem dicerent.

Lutetia tertio a Nortmannis obſeſſa.

2. Et ſane hoc etiam anno, ut narrat Annaliſta Metenſis, Pariſiorum urbem tertio Nortmanni obſederunt, quam tamen cives vigilius, & aſſiduis bellorum conflictibus for-

fortiter tutati ſunt. Hinc deſperatis rebus inde abeuntes Nortmanni, *Quoddam caſtellum in Conſtantienſi territorio, quod ad ſanctum Loth dicebatur, obſident*, quod cum iis oppidani, aquæ penuria laborantes ceſſiſſent, cum hac conditione, ut ſalvi abire poſſent. *Illis a munitione progreſſis, gens perfida fidem, & promiſſa data profanat, omneſque abſque reſpectu jugulat. Inter quos Epiſcopum Conſtantienſis eccleſiæ interimunt*, ait idem Annaliſta, qui de rebus in Germania peractis ſubdit: *Arnulphus*, Rex Germaniæ, *conceſſit Sventibold Marabenſium Sclavorum Regi ducatum Rehemenſium, qui hactenus Principem ſuæ cognationis, ac gentis ſuper ſe habuerunt, Francorumque Regibus fidelitatem promiſſam inviolato fœdere conſecraverant &c.* paulo poſt. *Sventibold ex adjectione alterius Regni vires non parvas ſibi acceſſiſſe ſentiens, faſtus ſuperbia inflatus, contra Arnulfum rebellavit. Quod cum cognoviſſet Arnulfus, cum exercitu regnum Marabenſium ingreſſus cuncta, quæ extra urbes reperit, ſolo tenus demolitus eſt. Ad ultimum, cum & cæteræ fructiferæ arbores radicitus exciderentur, Sventibold pacem propoſuit, et dato filio obſide hanc ſero promeruit*. Quæ ſane nonniſi ſequentibus annis contigerunt, uno tamen loco ab Annaliſta Metenſi recitata ſunt.

Nortmanni oppidum deſtruunt, Epiſcopum occidunt.

Sventibaldus Moraviæ Rex, & Dux Bohemiæ.

3. Florebat hoc tempore Sanctus Berno, qui poſtea Cluniacenſem fundavit Congregationem in Regno Burgundiæ Transjuranæ, præeratque Cœnobio Gignienſi a ſe in territorio Lugdunenſi condito, cui cum Rodulphus Rex aliqua bona dediſſet, eaque a quibuſdam Præpotentibus fuiſſent invaſa, cauſam detulit ad Ermengardem Reginam, Boſonis relictam, & Ludovici matrem, quæ in ſolemni placito Varennæ habito ſententiam dixit in gratiam Bernonis, ſeu Cœnobii Gigniacenſis. Decretum tunc emiſſum recitat Mabillonius Sæc. V. Benedict. pag. 71. extatque apud Labbeum tom. 9. conciliorum pag. 423.

Berno Gigniacenſis Abbas.

4. Interea cum adhuc civili bello tota arderet Italia, dum inter ſe de ejus Regno Berengarius, & Vido certarent, eodemque tempore Saraceni Neapolitanis, Beneventanis, Capuanis infeſti eſſent, iique etiam inter ſe diſſiderent, mutuiſque cladibus tererentur, Arnulphum Germaniæ Regem Stephanus Papa rogavit, ut afflictis Italiæ rebus auxilium ferret. *Arnolphus habito in Pannonia de diverſis col-*

Stephanus Papa ab Rege Arnulpho auxilium poſtulat.

lo-

Jesu Chr. an. 891.

loquio . . . ex verbis Apoſtolici obnixe rogatur, ut Romam veniens, Italiamque ſub ditione ſua retinens, a tantis eam eruat tyrannis, quod ille aliis præpeditus ad præſens facere diſtulit, ait Hermannus Contractus, eademque habet continuator annalium Fuldenſium a Frehero editus. At a Formoſo Stephani ſucceſſore ad Italiæ poſſeſſionem Arnulphum invitatum fuiſſe narrat.

Athenulphus Capuæ princeps Beneventum occupat. *Murat. to. 2. rer. Ital. pag. 253.*

5. Hujus autem Pontificis tempore, Stephani ſcilicet V. accidit, ut Athenulphus Capuæ Princeps Beneventanum invaderet, ut narrat auctor hiſtoriæ Principum Longobardorum, quam urbem ut facilius obtineret, aut ſecurius retineret. *Miſſis Romam legatis Majone venerabili Abbate, & Dauferio Diacono, ut ſubderetur Stephano pio Papæ, eſſetque illi proprius famulus, & promiſit quoque ei reddere Cajetanos, quos pridem callide cœperat*, quique Romanæ eccleſiæ, Romaniſque Pontificibus ſubditi erant, *adjuvaretque eum contra Saracenos Gariliano reſidentes, quæ poſtea cuncta oblitus, ex his quæ promiſerat nihil omnino adimplevit*. Atque ex his patet, hac ætate Beneventanum Ducatum ſub Romanæ eccleſiæ poteſtate fuiſſe, eaque de cauſa Athenulphus homagium Stephano Papæ exhibuit, ſeu, ut ait auctor, proprium famulum ſe fore promiſit.

Athenulphus pro Benevent. Ducato homagium Stephano Papæ exhibet.

JESU CHRISTI an. 891. Formosi Papæ I. Vidonis Imp. I. Leonis Sapientis I.

Stephani quinti Papæ obitus, & epitaphium.

1. Cum annos ſex, dies aliquot Romanam eccleſiam ſanctiſſime adminiſtraſſet Stephanus Papa quintus, hoc anno vivere deſiit, ac Formoſum ſucceſſorem habuit; in baſilica autem Vaticana ſepultus fuit Stephanus cum hac inſcriptione a Manlio inter vetera ejuſdem baſilicæ monumenta relata, ubi inter cetera hæc leguntur.

Hic tumulus quinti ſacratos continet artus,
Præſulis eximii Pontificis Stephani:
Bis ternis annis populum qui rexit, & urbem,
Et geſſit Domino, qui fuerant placita &c.

Formoſus Papa eligitur.

2. Qua die Stephanus obierit, vel qua Formoſus fuerit ordinatus in obſcuro eſt: tumultuariam tamen Formoſi ele-

electionem, & ordinationem fuiſſe, cui totis viribus Sergius Romanæ eccleſiæ Diaconus, Pontificatum & ipſe ambiens, adverſatus eſt, his verbis Luitprandus narrat, ſimulatum cauſas Romanos inter, & Formoſum Papam exponens. *Cauſa ſimultatis inter Formoſum Papam, et Romanos hæc fuit, Formoſi præceſſore defuncto, Sergius quidam Rom. eccleſiæ Diaconus erat, quem Romanorum pars quædam Papam ſibi elegerat. Quædam vero pars non infima nominatum Formoſum Portuenſis civitatis Epiſcopum pro vera religione, divinarumque ſcripturarum, et doctrinarum ſcientia Papam ſibi fieri anhelabat. Nam dum in eo eſſet, ut Sergius Apoſtolorum Vicarius ordinari debuiſſet, ea quæ Formoſi partibus favebat pars cum non mediocri tumultu, et injuria Sergium ab altari expulit, et Formoſum Papam conſtituit. Deſcenditque Sergius in Tuſchiam, quatenus Adalberti potentiſſimi Marchionis auxilio juvaretur, quod et factum eſt. Nam Formoſo defuncto, atque Arnulpho in propria reverſo, is qui poſt mortem Formoſi Papa conſtitutus eſt, expellitur, Sergiuſque Papa per Adalbertum conſtituitur etc.* Atque his nefaria Sergii adverſus Formoſi Papæ memoriam geſta addit, quæ infra in Stephano ſexto narraturi ſumus, hoc unum cum Pagio, & Muratorio adnotantes, memoriæ, aut ignorantiæ lapſu, ea quæ Stephanus ſextus Papa adverſus Formoſi memoriam egerat, perperam Sergio Luitprandum adſcripſiſſe, utpote quem cum Formoſo de Pontificatu quoque adipiſcendo contendiſſe putavit, at eum cum Joanne nono in Romana Sede obtinenda concurriſſe ſcimus. An etiam cum Formoſo contenderit, incertum eſt, nec tanta Luitprandi auctoritas eſt, ut in his eidem habenda ſit fides, ait Muratorius hoc anno.

Jesu Chr. an. 891. *Luitpr. hiſt. lib. 1. cap. 8. apud Murat. rer. Ital. t. 2. part. 1.*

Formoſi Papæ fama vindicatur.

3. Formoſum vero Romanæ Sedis obtinendæ nequaquam indignum fuiſſe multa ſuadent, quem Anaſtaſius bibliothecarius in Nicolao primo magnæ ſanctitatis Epiſcopum dixit, de quo etiam egregium extat elogium in litteris Hincmari Remenſis apud Flodoardum, nam cum eo amicitia conjungi cupiens Hincmarus, litteras ad eum ea de cauſa dedit, quarum ſummam his verbis recitat Flodoardus. *Formoſo ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo ſuffraganeo ſcilicet ſcripſit, collaudans ejus, quam audierat, ſanctitatis et ſcientiæ famam, quærenſque ejus habere familiaritatem. Et ut ipſe pro ſe dignaretur orare, vicem rependere ſpondens, et*

quæ

JESU CHR. AN. 891. *quædam ei munera mittens, ut ſui memoriam in orationibus habeat. Item poſtquam litteras ſuas idem Formoſus ei miſerat, in quibus de charitate erga eum ſignificaverat, intimat, quia magnam in ipſo haberet fiduciam.* Hactenus Frodoardus de Formoſo ex Hincmari Remenſis Archiepiſcopi litteris, quibus, quantæ exiſtimationis ubique terrarum longe lateque eſſet, facile innoteſcit; ut non adeo mirum ſit, ſi bono totius Eccleſiæ Catholicæ ex Epiſcopatu Portuenſi translatus fuerit ad moderandas habenas totius Catholici orbis, hoc potiſſimum tempore, quo ipſa Romana Eccleſia adeo afflictabatur peſſimorum tyrannorum infeſtatione.

Flodoard. lib. 3. c. 20.

Quæ in Formoſum Papam objicerentur.

4. Nonnulla tamen Formoſo Papæ objiciebantur, quæ ejuſdem famæ aliqualem notam non ſine cauſa inſerere poterant. Nam is cum Portuenſis Epiſcopus eſſet, a Joanne Papa octavo in ordinem redactus fuerat, interpoſito juramento, quod laica tantum communione imposterum contentus eſſet; exauctorationis autem cauſæ tres afferebantur. Prima quod a Nicolao primo in Bulgariam miſſus Bulgarorum Regem ſacramento obſtrinxiſſet, ne alium Epiſcopum ipſo ſuperſtite, a Sede Apoſtolica ſuſciperet. Deinde quod contra præſcripta Canonum per ambitum ab Eccleſia Portuenſi ad Romanam proſilire conatus eſſet. Poſtremo, quod, inconſulto Pontifice, propriam deſeruiſſet Eccleſiam, & relicta Urbe, contra Reipublicæ, & Imperii ſalutem cum ſuis fautoribus conſpiraſſe crederetur. At cum vel crimina impacta diluiſſet, vel pœnitentia retractaſſet, a Marino Pontifice ſuæ dignitati reſtitutus, ab juramento præſtito abſolutus fuerat, unde ut ad Apoſtolicam Sedem eveheretur, diluta, vel expiata crimina obſtare eidem ultra non poterant. Nec ejuſdem ex Portuenſi Sede translatio in Romanam tanti erat, ut Romanus Pontifex fieri non poſſet; nam etſi inter Occidentales, infrequens id hactenus eſſet, nonnulla tamen translationis Epiſcoporum ex una in alteram Sedem exempla non ſemel hiſtoriam excurrenti occurrunt, certe Synodus Toletana 16. anni 693. Sisberto Toletano ob rebellionem ſua Sede dejecto, Felicem ex Hiſpalenſi Sede in Toletanam tranſtulit, deinde Fauſtinum ex Bracarenſi in Hiſpalenſem, ac tandem addunt *Felicem Portugalenſis eccleſiæ Antiſtitem in præfata Bracarenſi Sede ſimiliter Pontifices ſubrogamus*, ſicque uno ictu tres Epiſcopos de propria Sede ad alteram ſynodus tranſtulit.

5. Alia

Digitized by Google

5. Alia translationis Epiſcoporum exempla ſæculo ſequenti Gallicana etiam Eccleſia exhibebit; apud Orientales vero frequentiora adhuc eadem fuiſse ſcimus: unde Stephanus quintus ad Baſilium ſcribens, qui Marinum prædeceſſorem ſuum, tamquam canonum violatorem incuſaverat, eo quod ante adeptum Pontificatum alteram tenuerat Sedem, Stephanus quidem Papa, falſum id fuiſſe adnotat, deinde addit, etſi verum id fuiſſet, præjudicium nihilominus ei nequaquam attuliſſet: *Quicumque dicunt*, ait, *Marinum fuiſſe antea Epiſcopum, ac proinde non potuiſſe ad aliam Sedem transferri, oſtendant illi id aperte*, deinde etſi verum id fuiſſet, *multitudo tamen Sanctorum Patrum, & illorum auctoritas, & judicium potuit illum conſtituere in primo gradu*, ut Romanus Pontifex fieret, quod exemplis pluribus confirmat, primo B. Petri, qui Antiochiæ primum cathedram tenuit, antequam Romanam erigeret, aliorum deinde Epiſcoporum translationes commemorat, Nazianzeni ſcilicet, Meletii, Doſithei, aliorumque, qui *diverſis in locis translati ſunt e ſuis tribus ad alienas*, ac Romana Sede per omnia dignum fuiſse Formoſum, his etiam verbis probat Auxilius in ejuſdem apologia. *Is eſt profecto ille, qui in omni vita ſua tantæ gravitatis fama extitit, ut vinum non biberet, carnis guſtum neſciret, fœmineæ copulæ expers octogenarius virgineum ſuum corpus hominem exuens, terræ commendaret. Iſte etiam gentes Bulgarorum prædicatione confirmans, ut verus Apoſtolicus ad fidem adduxit, & cum tanta probitate præditus toto mundo, ut alter Lucifer illuxiſſet, vim paſſus in ſepulchro buſta diruta, oſſa fracta &c.*, cum ſcilicet adverſariorum ſuorum furore, e ſepulchro etiam erutus, in flumen præcipitatus eſt, ut ſuo loco dicturi ſumus.

[Margin: JESU CHR. AN. 891. Epiſcoporum translationes non omnes reprobandæ.]

[Margin: *Formoſi elogium Labb. concil. to. 17. Mabill. Anaſtaſii tom. 4. pag. 619.*]

6. Pontificatum interea adeptus Formoſus, litteras ab Styliano, aliiſque Orientalibus Epiſcopis ad Stephanum Papam directas accepit, quibus rogabatur, ut Stephanum CP. Epiſcopum, alioſque a Photio ordinatos in ſuam communionem reciperet, ut anno 889. diximus, Pontifex itaque, ut in re graviſſima cautiſſime ageret cum litteris ſuis legatos in Orientem miſit, Landulphum Capuanum, & Romanum Epiſcopos, qui re communicata, cum Theophylacto Ancyræ Metropolitano, & Petro, cuncta diſponerent; *Litteras Sanctitatis tuæ ad Apoſtolicam Sedem miſſas &c. accepimus*, ait

[Margin: Formoſi Papæ epiſt. ad Stylianum aliosque Orientales Epiſcopos.]

[Margin: *conc. to. 9. pag. 428.*]

Jesu Chr. an. 891.

ait Pontifex, deinde poſt præfationem, quæ nunc deſideratur: *Petis, inquam, miſericordiam, & non ſcribis, quomodo ſit exhibenda, neque cui, ſeculari videlicet, vel Sacerdoti &c.*, deinde poſt aliqua de illicita Photii ordinatione ait: *Quapropter miſimus e latere noſtro religioſiſſimos Epiſcopos Landenulphum Capuanum, & Romanum, quibuſcum ſanctitatem etiam tuam hortamur convenire, necnon Theophylactum Metropolitanum Ancyræ, & Petrum fidelem noſtrum, ut ita ante omnia in Photium prævaricatorem, & legum everſorem ſententia a prædeceſſoribus Oecumenicis Pontificibus ante omnia ſynodice prolata, necnon a noſtra humilitate confirmata, perpetuo tempore immutabilis permaneat. Cum iis vero, qui a Photio fuerunt ordinati, miſericorditer nos gerentes, decernimus, ut oblatis libellis ſe deliquiſſe fateantur, & pœnitentia veniam deprecentur, pollicentes ſe nunquam tale quid commiſſuros. Deinde his peractis, quæ ſequuntur omnia, quæ noſtris litteris mandata conſpiciuntur, una cum prædictis viris Sanctitas Tua peragat, nec aliquid addendo, nec diminuendo, aut commutando. Iſta enim, & a nobis, & a reverentia tua in communionem fidelium receptis, ut laicis, ſcandalum delebitur. His vero peractis, ſi quis ipſorum communicare renuerit; noverit ſeipſum a communione noſtra alienum fore. In Domino valete.* Hæc Formoſus ſapienter admodum ad ſananda Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vulnera, quæ jamdiu propter Photii ordinationem in ſchiſmate, & perturbatione erat, unde ſchiſmate ſublato, cum Romana Eccleſia iterum ſociata eſt.

Vido Imperator a Stephano quinto coronatur.

Murat. Annal. Antiq. Ital. diſſer. 3. & 30.
Pagi hoc an.
Murat. rer. Ital. ſcript. to. 2. pag. 2.

7. Vidonis Imperatoris coronationem ad annum ſequentem a Formoſo Papa factum diſtulerat Baronius, quam hoc labente anno ab Stephano, dum viveret, peractam fuiſse Muratorius, & Pagius probant, ac ex Vidonis diplomatibus confirmant. Paucis contenti, cum Sigonio Kal. Martii hujus anni 891. Vidonem ab Stephano Papa coronatum fuiſſe dicimus, quod etiam confirmat auctor chronici Caſaurenſis monaſterii, ideſt Joannes Berardus, ejuſdem monaſterii alumnus, ſæculi duodecimi ſcriptor. *Vido Imperator Carolo jam defuncto in Italicum Imperium auguſtaliter ſucceſſit anno ab Incarnatione Domini* 891., & paulo poſt. *Sequenti poſt hæc anno Lambertus in Imperium coronatus, ſicut Vido Auguſtus pater ejus imperat; Temporibus iſtis ſupradictorum Auguſtorum Guidonis, atque Lamberti, jam annis expletis, tertius*

Lu-

ed by Google

Ludovicus Regni, & Imperii coronam accepit nonagenteſimo Domini anno currente &c., hoc itaque anno Vido Imperator dictus fuit, ſequenti vero 892. Lambertus Vidonis filius Imperio ſociatus fuit, ac tandem ſexto Imperii ſui anno 897. vivere deſiit, locumque dedit Ludovico Imperatori, ut Auguſtus crearetur, de quibus ſequentibus annis, diem vero, & annum aſſumpti Imperii ab Vidone, & Lamberto, ex eorum diplomatibus indicat Manſius in notis ibidem poſitis. JESU CHR. AN. 891.

8. *His temporibus*, ait Leo Oſtienſis in chronico, *Simbaticius Patricius, Conſtantinopoli profectus obſedit Beneventum, menſes ferme tres, coepitque illam* 14.*Kal. Novemb. anno Domini* 891. *expletis a Lottone Primo Beneventi Duce annis* 330. *quo toto tempore Longobardorum Duces, ac Principes eamdem urbem tenuerunt &c. Poſt Symbaticium Benevento præfuit Georgius Patricius, qui cum præfuiſſet in ea tribus annis, & menſibus novem, adveniens Guido Dux, & Marchio, pulſis inde Græcis, duos ferme ibi annos reſedit &c.* Hæc de varia Beneventanorum fortuna, cum enim Ajo fortiſſimus Beneventi Dux vivere deſiiſſet, ac Urſum filium ſeptennem, vel decennem reliquiſſet, Græci oblata occaſione utentes, irruptione ibidem facta, partim vi, partim promiſſionibus, & blanditiis Beneventum recuperarunt, ut narrat auctor chronici Salernitani apud Muratorium ſcript. rer. Ital. tom. 2. part. 1. pag. 279. his verbis. *Urſus filius prædicti Ajonis puer decennis ſedit annum unum, cujus tempore Symbaticius Straticos, cum valida manu Græcorum venit Beneventum, tertio idus Julii, obſeditque eam uſque* 15. *Kalend. Novembr., quo benigne paciſcens, in eam ipſe ingreſſus eodem die, completis* 330. *annis, & aliquot menſibus a Lotto primo Duce Beneventi &c.* Græci Beneventum occupant.

9. De Chriſtianorum autem præliis cum Nortmannis in Germania hoc anno geſtis, hæc narrat Annaliſta Metenſis. *Nortmanni duobus continuis præliis in Brittannia graviter attriti, in Regnum Lotharii* (ita Lotharingia vocabatur) *Claſſem transferunt, & caſtris metatis prædas exercent, contra quos Arnulphus Rex* (nempe Germaniæ) *exercitum dirigit, jubetque ſuper Moſam tentoria figere, tranſitumque fluminis hoſtibus probibere. Sed antequam exercitus in unum colligeretur, ad condictum locum juxta Trajectenſem Nortmanni ſuperiora tenentes, circa Leodium Moſam tranſierunt,* Chriſtianorum prælia cum Nortmannis.

 ac

Jesu Chr. an. 892.

Bar. an. 881. 882.

ac addit ſexto Kalend. Julii Nortmannos cum chriſtianis pugnam iniiſſe, qua chriſtianorum multitudo cum Sunzone Mugontino Epiſcopo cœſa eſt, quem Sigebertus ideo martyrem dixit, pro uſitata ejuſdem ſæculi loquendi formula, ſeu temporum barbarie, qua Epiſcopi armorum ſtrepitu ſæpe implicabantur, Apoſtolici præcepti immemores, dum eorum arma non carnalia, ſed ſpiritualia eſse admonet; quod plane monſtruoſum, ac execrandum facinus fuiſſe, paulo ante adnotavit Baronius, eademque de chriſtianorum clade in prima congreſſione, deque illuſtri Nortmannorum victoria ab Chriſtianis in ſecundo prælio habita narrat Regino in chronico, addens: *Hoc anno defuncto in prælio Sunzone Archiepiſcopo Mugontino, in locum ejus ſubrogatur Atto abbas Augienſis monaſterii, totius Germaniæ bono, utpote qui ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam plurimum laboravit &c.*

Sunzonis Mugontini Epiſc. obitus, cui Atto ſuccedit.

JESU CHRISTI an. 892. Formosi Papæ an. 2.
Vidonis Imp. an. 2. Leonis Sapientis Imp. an. 7.

Lambertus Imperio ſociatur.

1. Vidonem Italiæ Regem, anno proximo Imperatorem a Formoſo Pontifice coronatum fuiſſe cum Muratorio, & Pagio diximus, hoc autem anno Lambertus ejuſdem filius adhuc impuber, ab patre Imperio ſociatus, & ab eodem Pontifice, ut veroſimile eſt, coronatus fuit, nam ut narrat auctor chronici Caſaurenſis, anno 891. Vido Imperator dictus fuerat, *Sequenti Lambertus in Imperium coronatus*, ait idem auctor, ac ſupracitati auctores Muratorius, Pagius, & Manſius probant ex utriuſque ſcilicet Imperatoris diplomatibus, & privilegiis. Imberbem tamen, & impuberem tunc fuiſſe Lambertus indicat poeta, auctor panegyrici in laudem Berengarii de eo canens:

Murat. rer. Ital. tom. 2. par. 2.

O Juvenale decus, ſi non mens læva fuiſset.

Luitprandus vero lib. 2. cap. 10. Vidonis patris morte narrata, de Lamberto ejus filio addit. *Vidonis Regis defuncti filium nomine Lambertum, elegantem juvenem, adhuc ephebum, minuſque bellicoſum Regem conſtituunt &c.*, qua mente Formoſus Papa Imperii dignitatem Vidoni, filioque ejus Lam-

Lamberto contulerit, ſponte, an vi coactus non conſtat, cum de eo ſcribat auctor Annalium Fuldenſium a Frehero editus, quod Arnulphum Germaniæ Regem interpellaverit, ut Romam veniens, *Domum S. Petri viſitaret, & Italicum Regnum a malis chriſtianis, & imminentibus paganis ereptum ad ſuum opus reſtringendo dignaretur tenere &c.* at hæc, ut ſupra diximus, Stephano Papæ tribuit Hermannus Contractus; Formoſo tamen magis convenire adnotat Muratorius.

Regino Abbas monaſterii Prunienſis, ejus ſcripta.

2. Inter hæc Nortmanni poſt Galliarum excurſiones, tranſmiſſa Moſa, in Germaniam profecti, Prunienſe monaſterium, monachis, qui in eo remanſerant, occiſis, vel in captivitatem ductis, diripuerunt, cum inde Farabertus Abbas barbarorum adventum præveniens, cum monachis aliquot aufugiſſet, ac præfecturæ renunciaſſet, in cujus locum, recedentibus barbaris, Regino ejuſdem monaſterii monachus Abbas electus eſt, vir ſane pius, & eximiæ eruditionis, ut ejus libri duo de Eccleſiaſticis diſciplinis probant, quos juſſu Ratbodi Trevirenſis Epiſcopi ex Pontificum decretis, conciliorumque canonibus collegit; in hiſtoria etiam verſatus erat, nam chronicon a Chriſto nato usque ad annum 907. libris duobus edidit, quibus res Francorum præcipue, & Theutonicorum complexus eſt, eoſque Adalberoni Ratbodi ſucceſſori in Trevirenſi ſede dicavit; monaſterii tamen præfectura diu potitus non eſt, nam invidorum conſpiratione dejectus, ad privatam vitam rediit ut in chronico ad annum 899. his verbis indicat. *Eodem anno Richarius Prumienſis Abbas conſtituitur, qualiter autem erga me actum ſit, idcirco in hoc loco notare diſtuli, ne forte injuriis provocatus, ultra quam chriſtiana patientia permittit, perſecutionis meæ cauſas exageraſſe viderer.* Circa annum 908. obiit, cujus chronicon ab anno 907. ad annum 972., Anonymus auctor continuavit, unaque ſimul editum eſt.

Carolus ſimplex Rex Galliæ dicitur.

3. Novi interea bellici tumultus in Galliis hoc anno exorti ſunt, cum etenim Carolus Craſſus anno 888. e vivis exceſſiſſet, Galliarum Primates, neglecto ob puerilem ætatem Carolo Ludovici Galliarum olim Regis filio, Odonem Pariſiorum Comitem in Regem ſibi elegerunt, aut ut ſcribit Aimonius, Regni adminiſtrationem ei commiſerunt, at ſive tradita ſibi poteſtate abuteretur Odo, ſive pœnitentia ducti Francorum primates, quod ad extraneum Fran-

Jesu Chr. an. 892.

Francorum ſceptra, ſeu Regnum tranſiiſſet, Fulcone inprimis Rhemenſi Archiepiſcopo auctore, cui Heribertus, & Pippinus adjuncti ſunt, Carolum ipſum Ludovici filium, ætate jam grandævum, utpote annorum quatuordecim ad Regnum evocant, & Rhemis anno ſequenti ſacra unctione per Fulconem inaugurari curant. *Odone Rege in Aquitania commorante*, ait Regino ad hunc annum 892. *Francorum Principes ex permaxima parte ab eo deficiunt, & agentibus Fulcone Archiepiſcopo, Heriberto, & Pippino comitibus in Rhemorum civitate Carolus filius Ludovici ex Adelaide Regina natus in Regno elevatur*. Is cum reſiſtendo Odoni impar eſſet, ab Arnulpho Germaniæ Rege ſibi affinitate conjuncto auxilium petiit; interea cum hoc anno nulla re geſta vix ſalvus evaſiſſet Carolus, in Burgundiam receſſit, Odo vero Pariſios in Regni ſui ſedem rediit. Qua ratione novi Regis inaugurationem excuſaverit Fulco Rhemenſis, anno ſequenti, quo facta eſt, dicemus.

Viennenſis Synodus, ejusque canones. *Labb. concil. tom. 9. pag. 433.*

4. Inter armorum ſtrepitus Synodum Viennæ in Galliis hoc anno celebratam fuiſſe ſcimus, qua canones quatuor editi ſunt, præſentibus ac probantibus Formoſi Papæ Legatis, Paſchale ſcilicet, & Joanne venerabilibus Epiſcopis, & aliis Epiſcopis Regni Odonis. Canone primo ſub anathematis pœna ſeculares viri ab injuſta invaſione, vel poſſeſſione bonorum Eccleſiæ prohibiti ſunt, 2. eidem pœnæ ii ſubiiciuntur ſeculares, qui de catalogo clericorum aliquem occiderint, vel caſtraverint, aut quoquo modo dehoneſtaverint, 3. cavetur, ne quiſquam eleemoſynam egrotantis, vel mortui Epiſcopi, vel Presbyteri fraudare præſumat, 4. Ut nemo ſecularium eccleſias dare, vel offerre absque conſilio, & voluntate Epiſcoporum, præſumat, vel cenſum, aliudque quidquam a Presbyteris in introitu, & poſſeſſione Eccleſiarum exigere: alterum canonem exhibet Labbeana editio, quo Presbyteri in villis habitare prohibentur, vel cum fæminis, exceptis iis, quas canonica permittit auctoritas.

Haſtingus Nortmannorum Dux in Angliam transit.

5. Hoc etiam anno, ait Hovedenus, *Rex Paganus Haſteng eum octoginta myoporonibus oſtium Tamaſis intrans, munitionem ſibi apud Milleton ædificavit*. Extat etiamnum oppidulum illud vulgo *Milton*, non procul a Craveſcenda, ad ripam Tameſis. Iſte Haſtingus ille eſt, qui per tot annos Gallias vaſtavit, poſtea Gallos timens, *diſtractis omni-*

omnibus, peregre profectus diſparuit, inquit Gemiticenſis lib. 2. cap. 11. diſparuit quidem in Gallia, ſed viſus eſt in Anglia, ubi ſæpe repulſus, Alfredo Regi, & Provinciis gravis fuit. Anno ſequenti Haſtingus Nuncios ad Regem dirigens promiſit juramentis, & datis obſidibus, ſe ab ejus, & Regni Angliæ infeſtatione deſiturum impoſterum, ſi pacifice recedere ſineretur, inquit Veſtmonſtarienſis ad illum Chriſti annum, ſed cum Alfredus fictam Barbari religionem contemneret, Haſtingns alia pietatis ſpecie, prætextuque eum aggreditur. *Quamobrem ad majorem ſecuritatem*, ſubdit Veſtmonaſterienſis, *miſit Regi duos filios ſuos pueros, ut ſi vellet, fidei illos, & baptiſmatis imbueret ſacramentis. Tunc Rex piiſſimus, qui ſemper Paganorum animas potius liberare, quam interficere ſitiebat, ejus petitionibus acquievit, & pueris ſacro fonte renatis, Haſtingum patrem eorum cum omnibus aliis infidelibus, pacifice, juxta quod pactum fuerat, abire permiſit &c.*

Jesu Chr. an. 892.

6. Hoc quoque anno, Hegiræ Arabum 279. Almothamado Bellabi Calipha Babylonienſis, qui Bagdadi Imperii ſedem fixerant, vivere deſiit, ut habet Elmacinus, ſucceſſoremque habuit Mutatidum Billam, quo Caliphatum gerente Saraceni Tauromenium in Sicilia occuparunt; præter hunc Calipham, alius in Ægypto Humar dictus erat, tertius in Hiſpania, ſeu Cordubenſis Abdala', quorum excurſionibus toto hoc ſeculo Orientales æque, ac Occidentales provinciæ diu vexatæ ſunt, ac urbs ipſa non ſemel afflicta, vel tentata fuit.

Obitus Caliphæ Babylonis.

7. Sicilia præ ceteris, viciniores que Siciliæ provinciæ, utraque ſcilicet Calabria, & Brutium eorum feritatem expertæ ſunt. Tauromenii expugnationem, anno proximo 893., ſeu anno 24. Leonis Sapientis, ex quo a Patre Baſilio anno 870. Imperio ſociatus fuerat, lugubri ſtilo perſequitur Joannes Diaconus Neapolitanus hujus ætatis ſcriptor, dum Procopii Tauromenii, & ſociorum martyrium narrat, totamque urbem, occiſis ad internecionem pene civibus utriusque ſexus, ætatiſque cujuslibet, exciſam fuiſſe adnotat, cumque ſe Rex barbarus ex Africa Panormum primum profectus, Obrachen dictus, veterem cum nova Roma, Italia, & Græcia everſurum minaretur, repente a beato Petro Apoſtolorum Principe percuſſum interiiſſe addit, ne meditata exeque-

Siciliam Saraceni vaſtant.

Procopii Tauromenii Episc., & sociorum martyrium.

JESU CHR. AN. 893. queretur, ut ibidem videre eſt apud Muratorium rerum Italicarum ſcriptores, tomo ſecundo parte ſecunda pag. 269. & ſeqq.

JESU CHRISTI ANNUS 893. FORMOSI PAPÆ 3. VIDONIS IMP. 3. LEONIS SAPIENTIS IMP. 8.

Formoſus Papa Synodum Romæ indicit.

Frodoard. hiſt. Rhemen. lib. 4. cap. 1. & 2.

1. Hoc Chriſti anno 893. indictionis undecimæ, cum undique Eccleſiam, & Imperium gravioribus perturbationibus concuti Formoſus Papa cerneret, ut tot ingruentibus malis mederetur, ſynodum Romæ, majo ineunte, celebrandam indixit, ad quam Tranſalpinos etiam Epiſcopos vocavit, ac inter eos Fulconem Remenſem Archiepiſcopum, ut narrat Frodoardus, qui geſta, & ſcripta Fulconis recenſens, adnotat, eum Formoſo Stephani ſucceſſori ſcripſiſſe, ut licentiam Romam pergendi obtineret, mirarique ſe, quod hactenus reſponſum non acceperit, gratias interea agit, quod per Abbatiſſam Bertham nomine, *verba ſanctæ conſolationis ſibi mandare* dignatus fuerit, *eumque ſe videre velle & collato ſermone mutuo verba conferre &c.* Ac petita eccleſiæ ſuæ privilegiorum confirmatione, ut pervaſorem quemdam Hucboldum bonorum Eccleſiæ Rhemenſis, excommunicationis ſententia percuteret, rogat. Deinde *Scrupulum ſibi dicit, & ſingultum movere, quod audierat a quibuſdam ſanctam ſedem Romanam turbari, paratumque ſe totis viribus pro ipſius honore omnimodis decertare, & eidem Papæ velut Domino, & magiſtro in cunctis obſecundare.* Et ne in eccleſiaſticæ diſciplinæ confuſionem, pallium Epiſcopis poſcentibus facile concederet, admonet.

De cauſis in Rom. Synodo tractandis Formoſi epiſt. ad Fulconem.

2. His acceptis, quam multæ, graveſque occurrerent cauſæ in Romana ſynodo tractandæ, Formoſus Fulconi reſcribens expoſuit. *Cui reſcribens*, ait Frodoardus, *monet eum compati debere Romanæ eccleſiæ, atque imminenti ejus ſubvenire ruinæ, nec ei ſuam præſentiam denegare: adjungens hæreſes undique, ac ſchiſmata pullulare, nec qui ad reſiſtendum occurreret, eſſe. Dicitque longo retroacto tempore pernicioſas hæreſes Orientem confundere, & Conſtantinopolitanam Eccleſiam nociva ſchiſmata perturbare, ſimul etiam regionis Africanæ Legatos inſiſtere, reſponſa petentes pro dudum exorto inter Epiſcopos ipſarum provinciarum ſchiſmate. Diverſarum* quo-

quoque partium legationes diverſa reſponſa petentes inſtare. Cujus rei gratia generalem Synodum die Kalendarum Martiarum Indictionis undecimæ ſe inchoare diſpoſuiſſe, ad quam eumdem, remota omni, dilatione admonet feſtinare, ut colloquendo largius de his valeant pertractare, & affluentius ad conſulta ſingula reſpondere. Northmannicæ gentis procellis, quibus aſſerebat ſe perturbari, plurimum dolere: & ut eos Excelſi dextera reprimat Apoſtolorum principum ſuffragiis intervenientibus implorare: litteras vero, quas ſignificaverat ad eum per quaſdam perſonas primum ſe direxiſſe, ad ipſum minime perveniſſe. Miſerat etiam, addit Flodoardus, *alias pro hac eadem ſynodo celebranda pridem huic quoque Pontifici noſtro litteras, quam decreviſſe ſe aſſerit incipere mediante Majo menſe indictionis decimæ, in quibus litteris fatetur, Italiam tunc ſemel & ſecundo horrida bella perpeſſam, & pene conſumptam*; his verbis acre, & diuturnum bellum de Italiæ Regno adipiſcendo inter Guidonem, & Berengarium hoc tempore peractum Formoſus indicat; privilegia inſuper, & poſſeſſiones eccleſiæ Rhemenſis idem Pontifex Fulconi reſcribens confirmavit, ac *Imperatôrem Vidonem coronatum eodem anno ſignificans indictione decima*, ideſt anno præcedenti, quo eas litteras Fulconi Formoſus Papa ſcripſerat.

JESU CHR. AN. 893.

Luitprand. hiſt. lib. 1. 7.

3. Vigente adhuc in Italia Vidonem inter, & Berengarium bello, Formoſus Papa, conjunctis ſibi Italiæ primoribus, Arnulphum Germaniæ Regem, ut opem ferret, ac Italicum ſibi Regnum vindicaret, iterum rogavit, ut continuator Freherianus Annalium Fuldenſium his verbis narrat. *Miſſi Formoſi Apoſtolici cum epiſtolis, & Proceribus Regni Italici ad Regem* (Arnulphum) *in Bojaria advenerunt, enixe deprecantes, ut Italicum Regnum, & res Sancti Petri ad ſuas manus a malis chriſtianis eruendum adventaret, quod tunc maxime Vidone tyranno affectatum eſt. Quod Rex apud urbem Regino*, Ratiſbona ſcilicet, *honorifice excipiens, & cum muneribus poſtulata annuens, abire permiſit*, quem etiam Berengarius Vidonis æmulus, promiſſa pro Italico Regno fidelitate, & obſequio, ut ſibi opem ferret, rogavit. *Berengarius dum ubi proſpera inimico*, Vidoni ſcilicet, *ſibi adverſa proſpiceret, cum Sventebaldo*, Arnulphi Regis filio, *pariter Arnulphi Regis adiit potentiam orans, ac pollicens, ut ſi ipſum adjuvaret, ſe totam Italiam, ut ante promiſerat,*

Berengarius opem ab Arnulpho contra Vidonem poſtulat.

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 893.

ejus ditioni ſuppoſiturum, qui tantæ promiſſionis gratia excitatus copiis collectis cominus Italiam adit, cui Berengarius ut promiſſionis ſuæ daret fidem credulitatis, Arrabonem Clypeum portat, ſuſceptus itaque Arnulphus a Veronenſibus ad urbem proficiſcitur Bergamum, quam anno ſequenti obſidione cinxit. Eadem verſibus ſuis narrat auctor Panegyrici in laudem Berengarii, dum ait.

En Vido agmen agens iterum renovare furores
Accelerat, contra ductor (Berengarius) depellere peſtem
Inſtruit arma pius, tantoſque recidere faſtus
Nec latet Arnulphum rurſus ſuccreſcere bellum
Heſperia; Vidonem etiamnum milite fretum
Aſſore, cerviceſque procaci attollere faſtu
Audiit &c.

In Italiam itaque hoc anno tranſiens Arnulphus novas Italiæ clades intulit, unde factum eſt, ut in Formoſum Papam, qui eum evocaverat, Italorum, ac præcipue Romanorum odia excreſcerent. At de Arnulphi geſtis in Italia anno ſequenti.

Arnulphus Rex contra Sventibaldum Unnos, ſeu Ungaros excitat.

4. Hoc autem anno idem Arnulphus Rex in comprimenda Sventibaldi rebellione totus fuit. Is quippe, ut anno 890. diximus, ab Arnulpho Bohemorum regno ornatus, ac Moraviæ Rex dictus, *faſtu ſuperbiæ inflatus contra Arnulphum rebellavit*, ait Annaliſta Metenſis. Quare Arnulphus adverſus eum cum exercitu progreſſus, Moraviam excurrendo vaſtavit, pacemque petere, dato filio obſide, coegit, ait idem auctor; at dum Arnulphus Sventibaldum Moraviæ Regem, & Bohemiæ ducem reprimere conatur, graviorem in Imperii provincias hoſtem provocavit; nam Hunnos, ſeu Hungaros ex ultimis Meotidæ paludis finibus in Sventibaldum excitans, cum in Pannonia ſedes fixiſſent, ſpe predæ allecti, facilem ſibi viam in Germaniam, Galliam, quin & in Italiam pararunt, unde ſeculo ſequenti innumeræ ſtrages ab iis factæ ſunt.

Hungari in Pannoniam ſedes figunt, unde orti.

5. Hi autem Hunni ſub Attila Rege olim dicti, Hungari etiam appellati ſunt, a Græcis vero Turcæ, ſeu Turci de, quorum adventu in Pannoniam ad annum 889. hæc adnotat Annaliſta Metenſis. *Gens Hungarorum ferociſſima, & omni*

Jesu Chr. an. 893.

omni bellua crudelior, retro ante ſæculis inaudita, quia nec nominata, a Scythicis regnis, & a Paludibus, quas Thanais ſua refuſione in immenſum porrigit, effuſa eſt. Paulo poſt: *Ex ſupradictis igitur locis gens memorata a finitimis ſibi populis, qui Pecinaci vocantur, a propriis ſedibus expulſa eſt, eo quod numero, & virtute præſtarent, & geniale rus exuberante multitudine non ſufficeret ad habitandum. Harum itaque violentia effugati ad exquirendas, quas poſſent incolere terras, ſedeſque ſtatuere, valedicentes patriæ, iter arripiunt. Et primo quidem Pannoniorum, & Avaram ſolitudines pererrantes; venatu, ac piſcatione victum quotidianum quæritant. Deinde Karantanorum, Marabentium, ac Bulgarorum fines crebris impulſionum infeſtationibus irrumpunt: per paucos gladio, multa millia ſagittis interimunt.* Paucis interpoſitis: *Hujus igitur nefandiſſimæ gentis crudelitate non ſolum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ regnum ex permaxima parte devaſtatum eſt*, de quibus infra. Horum feritatem, & Arnulphi Regis imprudentiam, dum eos in Sventibaldum excitavit, deplorat his verbis Luitprandus. *O cæcam Arnulphi regnandi cupiditatem! O infelicem, amarumque diem! unius homuncionis dejectio, nempe Sventibaldi, quem adverſarium patiebatur, fit totius Europæ contritio. Quot mulieribus viduitates, patribuſque orbitates, virginibus corruptiones, Sacerdotibus, populiſque Dei captivitates, eccleſiis deſolationes, terris inhabitatis ſolitudines cæca ambitio parat &c.*

Murat. rer. Ital. tom 2. pag. 1.
Luitpr. hiſt. lib. 1. c. 5.

6. Nec pacatiores erant Galliarum provinciæ, ubi hoc anno, rejecto Odone Francorum Rege, Carolus Balbi filius, ſimplex dictus in ſynodo Remenſi a Fulcone Archiepiſcopo inunctus eſt. Rei geſtæ rationem litteris ad Arnulphum Regem datis reddidit Fulco, de quibus hæc Flodoardus. *Quod Fulco Arnulpho Regi transrhenenſi litteras mittens pro cauſa Regis Caroli, quem parvulum adhuc unxerat Regem, reddit cauſas ejus provectionis: eo quod audierat, motum fuiſſe animum ipſius Arnulphi contra ſe pro hac perpetratione, commemorans quod decedente Carolo Imperatore hujus Arnulphi avunculo, in ipſius Arnulphi ſervitium fuerit profectus, cupiens ejus ſuſcipere dominium, & gubernationem, ſed ipſe Rex eum ſine ullo conſilio vel conſolatione dimiſerit. Unde cum nec in eo ſibi ſpes ulla remanſiſſet; coactus ſit*

Carolus ſimplex Rex a Fulcone Remenſi Epiſc. ungitur.
Hiſt. Rem. lib. 4. c. 5.

JESU CHR. AN. 893. *ejus hominis, videlicet Odonis, dominatum ſuſcipere: qui a ſtirpe regia exiſtens alienus, regali tyrannice abuſus fuerat poteſtate, cujus, & invitus hactenus dominium ſuſtinuit. Et quoniam hujus Arnulphi dominium deſideravit, idcirco ad ipſius ſervitium profectus fuerit. At poſtquam nullum conſilium in eo reperire valuit, hoc ſolum quod reſtabat egit, eligens eum Regem habere, quem ſolum poſt ipſum de regia habebant progenie, & cujus prædeceſſores, & fratres extiterant Reges.* Deinde quod hunc poſt Caroli Imp. mortem Regem non elegerint, rationem reddit, eo quod Carolus hic Ludovici filius parvulus adhuc, & regendo Imperio impar eſſet, inſtante præcipue Nortmannorum infeſtatione.

Fulconis apologia de Caroli coronatione.

7. Ad id vero quod Arnulpho ſuggeſtum fuerat, hanc Caroli ſimplicis ad Regnum evectionem, contra debitam Arnulpho fidelitatem, & in proprium commodum ab Fulcone peractam fuiſſe, his verbis diluit Fulco. *Præterea quod audierat huic Regi*, Arnulpho ſcilicet, *ſuggeſtum, quia contra fidelitatem ipſius, & propter privatum hoc egit commodum, infert quod clericus ipſe, qui hæc jactaſſe videbatur, antequam de re hujuſcemodi aliqnid idem Archiepiſcopus agere conaretur, venerit ad ſe, præſentibus Hereberto, & Elfrido Comitibus, & conſilium ſimulque auxilium quæſiverit quid agere deberet de juſſionibus Odonis, qui res importabiles ei præcipiebat. Ex parte quoque filiorum Goffredi conſilium petierit de malo, quod Odo eis facere conabatur: rogare itaque, ut tale caput communi conſilio ſtatueretur, per quod ſecuri poſſent eſſe ſubditi, intendentes vel in Vidonem vel in hunc regiæ proſapiæ Carolum: & ſimul conſiderantes quotquot fuerant, ad quem melius attendere deberent, viſum illis eſt propter acquirendi Regis utilitatem, & ipſius Arnulphi cavendam contrarietatem, propterque rectum, congruumque regii generis principatum, ut ad hunc Carolum ſe converterent, credentes, quia Arnulphus hoc de propinquo ſuo gratum haberet, ipſique & Regno præſidium ferret. Quod autem jactatum audierat cauſa Vidonis hoc eum feciſſe, ut hac arte illum ſubintroduceret in regnum, & dimiſſo parvo Carolo, ſe verteret ad Vidonem aſſerit livore invidiæ contra ſe ſcienter hæc falſo fuiſſe jactata. Ait etiam quod qualis erat ipſe, qui talia diffamabat, talem eumdem poſſe fieri ſentiebat; ipſe vero non ſe talem fore, nec talibus ortum natalibus recognoſcebat:*

bat: prædeceſſores quoque ipſius Regis nequaquam talia ingenia a progenitoribus ſuis experti fuerant, quos in omni fidelitate, & Regni utilitate probatos habuerint, ideoque honorifice illos ſublimaverint: quapropter erubeſcendum eidem Regi fuiſſet, ut hoc de ſe crederet, vel infamia ſe tali notaret &c. Cumque nonnulli Arnulpho dixiſſent, hunc Carolum Ludovici Regis nequaquam filium fuiſſe, horum quoque calumniam confutat, ac apud Francos id in uſu ſemper fuiſſe, ut Reges ex ſucceſſione haberent, tandem Carolum utpote ex regia ſtirpe genitum, & Arnulpho affinitate conjunctum eidem commendat, ac ſe Aleramnum miſiſſe addit. *Ut quoſcumque ſibi placeret, ex iis, qui Carolum Regem conſtituerant, ſuum ſervitium pergere præciperet, qui coram ſublimitate ipſius hoc ita eſſe rationabiliter oſtenderent. Flagitans etiam orat, hæc præmiſſa benigno Rex tractet animo, & hanc ſciat ipſius eſſe devotionem, vel intentionem erga ipſius fidelitatem, ut Carolus ad ipſius conſilium in omnibus, quæ acturus eſt, reſpiciat, & ipſius pietate tutus conſiſtat, & ut nemo Regis animum ab auxilio iſtius regni, vel ejuſdem Caroli deflectere valeat &c.* Subdit his Frodoardus, alias ad eumdem Arnulphum pro eadem cauſa Caroli Regis litteras ab Fulcone datas fuiſſe, tum alias ad Vidonem, ſeu Guidonem Imp. *Vidonem Imperatorem*, ait Frodoardus, *legatione ſuarum viſitans litterarum, admodum ſe de ipſius gaudere fatetur gloria, & exaltatione. Mirari vero, atque turbari, quia nullis nuntiis jam longo tranſacto tempore ſibi aliquid de ſtatu, & proſperitate ſua notificaverit. Exorat autem ut Regi ſuo Carolo ſuffragium impendat, & talis erga ipſum exiſtat, qualem eum erga propinquum exiſtere decet; & ut celerius eum ſcire faciat, qualem voluntatem circa ipſum habeat. De Arnulpho quoque Rege ſignificat, quod non velit eidem Vidoni pacem ſervare. Carolum denique Sedi Apoſtolicæ ſuam epiſtolam dirigere, orationibus ſe commendando Papæ, atque ipſius petere roborari benedictione. Et ut idem Papa hujus Vidonis eum conjungat amicitiæ. Poſcit etiam, ut eidem Regi de amicitia ſua per ſuum Miſſum, aut ſcripta Vido remandet, ſed & ſuis, vel Eccleſiæ ſibi commiſſæ compatiatur injuriis, quas fidelitatis ipſius cauſa tolerabat:* reliqua vero tranſacta inter Formoſum Papam, & Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, ſuo loco dicentur inferius.

Aliæ Fulconis litteræ pro Carolo Rege ſcriptæ. *lib. 4. 1.*

9. Ea-

Jesu Chr. an. 893.

Balduinus Flandriæ Comes a ſynodo Remenſ. admonitus.

8. Eadem autem Rhemenſis ſynodus Balduinum Flandriæ Comitem Eulconis opera admonuit, ut nonnulla contra eccleſiæ jura, & privilegia tentata emendaret, de quibus hæc iterum Flodoardus. *Porro ex hac eadem ſynodo ſcriptum fuiſſe ad Balduinum Comitem Flandrenſem invadentem res eccleſiaſticas liquet*; ad quem privatus antea Fulco eadem de cauſa ſcripſerat. *Scripſit poſt Hincmarum Fulco Balduino Comiti Flandrenſi, redarguens eum pro eo quod monaſterium monachorum ſibi uſurpaverat, & inſurrexerat contra Regem infidelitate, & perjurio. Item ad eumdem ſcribens cum Epiſcopis ſuis ex Synodo Remenſi habita anno octingenteſimo nonageſimo ſecundo, arguit eum quod Eccleſiaſtica ſimul, & regalia jura contemneret, locum ſacrum monaſtici ordinis pervadens; & Abbatis ſibi nomen uſurpans, unde communi decreto Epiſcoporum judicatum fuerat, eum auctoritatis canonicæ anathemate feriendum; ſed quoniam Eccleſiæ, & publicis utilitatibus Regni videbatur accommodus, cenſura ſuſpenditur, & emendandi ſpatium reſervatur*. Hactenus de his, quæ ſpectant ad Remenſem ſynodum, quam anno 892. celebratam fuiſſe ait Flodoardus, quia ut a Mabillonio, & Pagio, aliiſque adnotatum eſt, Frodoardus ex veteri Francorum more annum a Paſchate auſpicabatur, quare cum Januario ineunte hæc ſynodus Remenſis habita fuerit, anno præcedenti 892. alligavit.

Stephani CP Patriarchæ obitus, cui Antonius ſuccedit.

Pag. not. 13. an. 888.

9. Cum Curopalates, & Cedrenus ſcripſiſſent Stephanum Leonis Sapientis fratrem, & CPolitanum Patriarcam anno tertio ejuſdem Imperatoris obiiſſe, ejus obitum anno 888. Leonis Imp. tertio alligavit Baronius. At eum annos ſex, menſes quinque CPolitanam Sedem tenuiſſe, ex Leone Grammatico, & continuatore Theophanis, aliiſque probat Pagius, & hoc anno e vivis abiiſſe adnotat, ſucceſſoremque in ea Sede Antonium quemdam cognomento Cauleam habuit: Stephani laudes tum Baſilii menologium, cum Græcorum faſti paſſim celebrant; Antonii vero elogium exhibent Bollandiſtæ ad diem 17. Maji, ac ad diem 12. Febr. extat. *Nicephori Philoſophi, & oratoris oratio funebris ſeu vita encomia contexta magni inter Pontifices Dei, & admirabilis inter Patriarchas Antonii*. Is porro in juvenili ætate monachus factus, dein Sacerdos, ac ſui monaſterii Abbas, tandem ad Patriarchalem Sedem evectus fuit, eoque

Antonii CP Patriarchæ elogium.

eoque in ea Sede conſtituto: *Cum per ipſum ſtatuiſſet Imperator vetus eccleſiæ ulcus, ſeu ſchiſma ad cicatricem deducere, in unum cogit Orientalia, & Occidentalia*, ideſt Epiſcopos ex utroque Imperio, ait Nicephorus in oratione funebri in Antonii laudem recitata; hujus tamen concilii acta ad nos non pervenere, cujus opera factum eſt, ut ſchiſma a Photio cum Occidentalibus conflatum, ac ſub Stephano CP Patriarcha, ad cicatricem pene deductum, penitus extingueretur.

JESU CHRISTI an. 894. Formosi Papæ 4. Lamberti Imp. I. Leonis Sapientis Imp. 9.

Formoſi Papæ ſollicitudo pro Carolo Rege, eccleſiiſque Francorum. *Flod. hiſt. eccleſ. lib.4. cap.1. 2. & 3. biblioth. PP. tom.17.*

1. Hoc Chriſti anno 894. labente, Formoſus Papa, a Falcone Remenſi Archiepiſcopo excitatus, ut Caroli Regis cauſam, eccleſiaſticamque libertatem ibidem tueretur; quamplurimas ea de cauſa litteras, tum ad Fulconem, cum ad alios Galliarum Epiſcopos, vel Proceres ſcripſit, quarum Frodoardus meminit, ad Formoſum ſcilicet, *Pro Caroli provectione ad regimen Regni; quem dominus idem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, litteras dedit. Et de criminibus Odonis Regis vel correptione ipſius, qualiter eſſet agendum. Pro quibus idem Archiepiſcopus huic Papæ ſcripta, ſeu conſilium, & auxilium ab eo petendo direxerat? Unde & ad eumdem Regem Odonem, qui regnum occupaverat, litteras ſuas idem Papa delegavit, ut ab illicitis eum revocaret, ne eumdem Regem Carolum, vel quæque ipſius eſſent infeſtaret, induciaſque belli differendo daret, donec idem præſul Fulco ſcilicet Apoſtolicam Sedem adire ſtuderet*: ejuſdemque argumenti litteras ad Epiſcopos Galliæ dedit, ut ſubdit is auctor, & alteras commonitorias de Regni adminiſtratione ad Carolum. *Deinde eidem quoque Fulconi litteras ſuas dirigens, hæc ſupradicta ad præmiſſas perſonas ſe deſtinaſſe ſcripta commemorat, ipſius videlicet ſuggeſtione de pace vel induciis belli inter Odonem, & Carolum differendi. Item Papa ſcribit ipſi pro diſcordia ſedanda, quam audierat inſurrexiſſe pro Munigauldi ab Alberico perpetrata interemtione. Item petens eamdem pro quibuſdam Grimlaici dilecti filii ſacerdotis, ad Epiſcopatum, ubi ſe locus obtuliſſet, promotione*. Hæc de Formoſi Papa litteris Flodoardus, de Fulconis

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 894. nis autem geſtis, hæc iterum addit. *Idem præſul Fulco nonnulla præfato Papæ præter præmiſſa reperitur direxiſſe ſcripta, tam pro ſua vocatione, qua vocabatur ab ipſo ad Sedem Apoſtolicam, quam pro contentione, quæ verſabatur inter Reges Odonem, & Carolum, necnon pro oppreſſione, quam Remenſis patiebatur Eccleſia, petens ut Papa regibus ſcribendo pacem impetraret. Arnulpho quoque Tranſrhenenſi auctoritate Apoſtolica præciperet, ne Caroli regnum inquietaret, quin potius ei auxilio eſſet, ut propinquum propinquo deceret. Odoni vero mandaret, ne regnum iſtud invadere, aut deprædari præſumeret. Quod niſi audiret, Apoſtolicæ Sedis ſententiam reformidaret. Item ſcripſit, quia poſt admonitionem ipſius Papæ, nec Arnulphus orbitati Caroli ſubvenire voluit, nec Odo a pervaſione regni, rapinis, ac depopulatione ceſſavit: ſed & Arnulphus res Eccleſiæ Rhemenſis, tam eas, quas aliquandiu injuſte ſublatas ipſi reſtituerat, quam eas etiam quæ nunquam prius ſubtractæ fuerant, abſtulit, ob id tantummodo, quia temerariam ejus invaſionem hic præſul recipere noluerit, & quod Odo civitatem Rhemenſem obſederit, innumeras etiam cædes, & deprædationes exercuerit, & res Eccleſiæ Remenſis ſuis ſatellitibus dederit, hujus Eccleſiæ inſiſtens rapinis, donec Carolus cum valido exercitus apparatu adveniens eum ab obſeſſa civitate depelleret, ſignificans etiam quod Robertus homo Arnulphi ex parochia Herimanni Colonienſis Epiſcopi res hujus Eccleſiæ invaſerit ac diripuerit, donec eum vi ac ſi canem rabidum ab earum devaſtatione repulerit: de quo petit, ut niſi admonitus reſipuerit, auctoritatis Apoſtolicæ ſententia feriatur. His ſemper turbationibus Regni obſeſſum impoſſibile fore ſignificans, ad ejus Apoſtolicam ſe properare præſentiam, dum ſemper expectetur bellum: nec aliter poſſe regni res componi credatur, ſed ipſe ſemper bellum diſtulerit, non quod inferiores vel impares fuerint, aut de injuſta cauſa dubitaverint, ſed ne vires regni bellis attritæ paganorum proderentur invaſionibus. Unde dato placito inter ſe dexteras ſecuritatis invicem uſque ad tempus præfinitum dederint &c.*

De Epiſcoporum cauſis Fulco Formoſum conſulit.

2. His de Epiſcoporum cauſis, quæ ibidem agitabantur, addit Flodoardus. Fulconem *acturum ſe, quod ſibi Apoſtolicus idem Pontifex præceperat ſuper tranſgreſſoribus, & ſacrorum violatoribus Richardo, Manaſſe, atque Rampone,*

mox

mox ut Coepiſcopos ſuos in unum potuerit congregare, tantum Papa remandet, quoniam æterno illos anathematis vinculo innodaverat, ſi liceat eis ad pœnitentiam converſis aliquid impendi miſericordiæ, vel eos ad pœnitentiam ſuſcipi, ſeu quis modus ipſius debeat eſſe pœnitentiæ. De Rampone vero aſſeverat, quia in ſolum Teutbaldum Epiſcopum reus exiſteret, nihil culpæ in Valterium Senonenſem admiſerit, ad quem comprehendendum, nec præſens fuerit, nec adjutorium, vel conſenſum ad id agendum præbuerit, & cætera. Item pro Heritaudo Tarvanenſi Epiſcopo, cujus Epiſcopio a Northmannis depopulato, eum, neceſſitate cogente, & ad ſe veniente, ſicut oportebat, ſuſceperat, quemque viſitatorem cuidam viduatæ Eccleſiæ conſtituerat, ut viſitando ſuſtentationem, interim dum Epiſcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet. At quia homines præfatæ Tarvanenſis parochiæ barbaricæ videbantur eſſe feritatis, & linguæ, ſupplicat, ut reſponſo Papæ mereatur certificari, ſi hunc viduatæ debeat præponere plebi, & alterum ei liceret in præmemorata ipſius Eccleſia ſubrogare, qui acceptior propter parentelam, & linguam in eodem loco poſſet exiſtere. Idem vero Papa reſcribens ei, laudibus attollit eumdem, congratulans ejus dilectioni atque ſolicitudini quam gerebat erga Lambertum Imperatorem de cujus fidelitate, & ſtabilitate monet eum fieri ſemper perſolicitum, veluti conſanguininitatis propinquum, aſſerens ſe cum ipſo tantam pacis, & dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliqua jam ab invicem pravitate ſejungi. Notificat quoque, Richardum, Manaſſem, atque Ramponem excommunicatos a ſe atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quod tam nefandiſſima perpetraverint, ut quod Teutbaldo Lingonenſi Epiſcopo oculos eruerint, Valterium Senonenſem propria ſede depulſum cuſtodiæ mancipaverint: mandans ut ſecum de his conſentiat, & convocatis ſuffraganeis omnibus ſuis Epiſcopis, canonicum ſuper his, quod exercuerat judicium, pari modo determinet. Item ſcribit eidem Archiepiſcopo pro Bertario quodam Presbytero, quem Clerus, & plebs Eccleſiæ Catalaunenſis conſenſu Regis Odonis ad Epiſcopatum dicebatur elegiſſe, ſuccenſens, quod hunc vocatum canonice noluerit conſecrare, ſed in tranſitu defuncti Epiſcopi Eccleſiam ipſam Heritaudo Tarvanenſi Epiſcopo beneficiali more ferebatur contuliſſe: poſtea quemdam Mancionem nonnullis criminibus irretitum in eadem Eccleſia

JESU CHR. AN. 894.

Jesu Chr. an. 894. *quaſi Epiſcopum ordinaverit. Cumque prænominatus Bertarius Apoſtolicam præſentiam adire vellet, comprebenſus ſit a quodam Conrado hujus domini Fulconis vaſſallo, de Eccleſia tractus, & in exilium per unum menſem relegatus. Unde & evocans hunc noſtrum præſulem mandat expreſſe, ſed fraterne, ut ſuam denominato tempore non deferat ei extero præſentiam, habens ſecum præfatum Mancionem, & jam dictum Conradum cum quibuſdam denominatis Coepiſcopis &c.* Hucuſque ex Frodoardo de Formoſi geſtis, & ſcriptis.

Formoſi Papæ pro eccleſiis Angliæ ſollicitudo.

3. Quam pro Carolo Francorum Rege, eccleſiiſque Galliarum ſollicitudinem Formoſus Papa gerebat, eamdem pro Angliæ eccleſiis habebat, quarum cum plurimas, ut paſtoribus viduatas eſſe cognovit, aut clericorum incontinentia, aliiſque vitiis fœdatas, ad Alfredum Regem, & ad Epiſcopos, ac ad Flegundum Dorovernenſem, ſeu Cantuarienſem Archiepiſcopum nuper ordinatum litteras dedit, quibus eos, ut his malis medelam ferrent, excitavit, quarum etiam Flodoardus meminit, nam de Fulcone agens inter cetera *Abrado Regi, tranſmarino*, ſeu Alfredo Angliæ Regi, *amicabiles litteras mittens, grates refert, quia tam bonum virum*, Flegundum ſcilicet, *& devotum, eccleſiaſticiſque regulis congruentem deſtinaverit Epiſcopum in civitate Cantaburg.* ideſt Cantuarienſi, & iterum de aliis litteris a Fulcone Remenſi ad Flegundum Epiſcopum datis, quibus cum eo gratulabatur, eo quod corruptelas ibidem invectas, de quibus idem Fulco ad Regem ſcripſerat, corrigere ſatagebat, hæc addit. *Pleonico Archiepiſcopo*, ab aliis Flegundus paſſim dictus, *tranſmarino, congratulans, bonis ejus ſtudiis, quibus eum laborare compererat, pro abſcindendis, & extirpandis inceſtuoſis luxuriæ fomentis, ſupra in his litteris, quas Abrado Regi ſcripſerat, commemoratis, quæ in ea parte videbantur inoleviſſe, ſacris eum inſtruens, & armans auctoritatibus cenſuræ canonicæ particeps nimirum piis iis laboribus cupiens exiſtere.*

Flod. lib. 4. 5. & 6.

Formoſi Papæ epiſt. ad Epiſcopos Angliæ.

4. In eamque rem extat adhuc Formoſi Papæ epiſtola ad Epiſcopos Angliæ, qua eoſdem excitat, ut abuſus iis in eccleſiis illapſos, vitiaque irrepentia corrigerent. *Fratribus, & filiis in Chriſto, omnibus Epiſcopis Angliæ, Formoſus &c. Audito nefandos ritus paganorum partibus in veſtris repullulaſſe, & vos tenuiſſe ſilentium, ut canes non valentes latra-*

Labb. to. 9. pag. 430.

Jesu Chr. an. 894.

latrare: gladio ſeparationis a corpore Dei Eccleſia vos ferire deliberavimus. Sed quia ut nobis dilectus frater noſter Pleimundus intimavit, tandem evigilaſtis, & ſemina verbi Dei olim venerabiliter jacta in terra Anglorum cœpiſtis renovare: mucronem devorationis retrahentes, Dei omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum principis benedictionem vobis mittimus, orantes, ut in bene cœptis perſeverantiam habeatis. Et ut ſollicite vigilarent admonet; deinde poſt aliqua, ut defunctis Epiſcopis, alii ſtatim eligerentur, & ut Pleimundo Dorovernenſi eorum Metropolitano ſubeſſent, his verbis jubet. *Nulla itaque mora ſit ſubrogandi alium cum quilibet Sacerdotum ex hac vita migraverit, ſed mox ut illi, qui primæ ſedis principatum gerens inter vos cæteris Epiſcopis præeſſe dignoſcitur, fratris obitus fuerit denuntiatus, facta electione canonica alter conſecratus ſuccedat. Quis autem inter vos principatum tenere debeat, quæve ſedes Epiſcopalis cæteris præpolleat, habeatque primatum, ab olitanis temporibus notiſſimum eſt. Nam, ut ex ſcriptis B. Gregorii, ejuſque ſucceſſorum tenemus, in Dorobernia civitate Metropolim, ſedemque primam Epiſcopalem conſtat eſſe regni Anglorum, cui venerabilis frater noſter Pleimundus nunc præeſſe dignoſcitur, cujus honorem dignitatis nos nullo pacto imminui permittimus, ſed ei vices Apoſtolicas per omnia gerere mandamus &c.* Et ſub anathematis pœna, ut eidem ſubeſſent, ac obedientiam præſtarent, præcipit.

Vilkins concil. Britann. tom. 1. pag. 200.

5. Arnulphum Germaniæ Regem in Italiam, deſinente anno proximo, contra Vidonem Imp. deſcendiſſe diximus. Quo cum eſſet, ut narrat Annaliſta Metenſis, & Regino. *Cum valido exercitu Longobardorum terminos intravit, & circa Purificationem Sanctæ Mariæ caſtrum, quod nuncupatur Bergamum armis cœpit, & Ambroſium Comitem ipſius civitatis laqueo ante portam ipſius urbis in quadam arbore ſuſpendit. Unde tantus timor ſuper reliquas civitates cecidit, ut nullus auderet contradicere, ſed omnes obviam procederent venienti. Pervenit autem uſque Placentiam. Inde converſus per alpes Penninas, Galliam intravit.* Eadem fere Luitprandus lib. 2. cap. 7., ac victricia arma Iporegiam uſque extendiſſe Arnulphum, Vidonem autem Camerinum uſque, & Spoletum inſecutum fuiſſe, ac Romam quoque vi cœpiſſe, addit, at hæc, quæ de Romanæ urbis ingreſſu narrat Luitprandus, &

Arnulphi Regis geſta in Italia.

cap. 8.

Jesu Chr. an. 894.

Murat. hoc an. Pag. not. 1.

auctor panegyrici in laudem Berengarii, tardius contigiſſe, anno ſcilicet 896. adnotant Pagius, & Muratorius. Victoriis vero Arnulphi commoti Italiæ Principes, ejuſdem ſe poteſtati dederunt, inter eos Adalbertus Dux Thuſciæ, fraterque ejus Bonifacius, Ildebrandus quoque, & Gherardus Marchiones. *Sed præſumptuoſe ſe inbeneficiari ultra modum jactantes, omnes capti ſunt, & in manu Principis dimiſſi ad cuſtodiendum*, ait auctor Lambecianus annalium Fuldenſium; eamdemque fortunam expertus eſt Berengarius, qui Arnulphum in Italiam adverſus Vidonem evocaverat nam ſi vera narrat Dandolus. *Arnulphus intravit Italiam, Berengarium Regem cepit, Ambroſium in furca ſuſpendit, & Italiam ſibi ſubdidit*, ſicque tunc primum graviſſimum Germanorum jugum Italiæ Principes experti, quod non ſemel impoſterum ſuſtinere coacti ſunt. At tanta hæc in expeditione Italica Arnulphi Regis fortuna, umbratilis, ac momentanea fuit, nam Iporegiam uſque, ad extremos ſcilicet Italiæ limites progreſſus, indeque in Gallias adverſus Rodulphum Burgundiæ Regem exercitum ducens, re infecta in Germaniam cum diminuto exercitu rediit, & ut adnotat Anonymus Salernitanus: *Fame, & intemperie aeris compulſus reverſus eſt ad propria &c.*

Dandul. chron. to. 12. rer. Ital.

Murat. hoc an.

Vidonis Imper. obitus cui Lambertus filius ſucceſſit.

6. Dum hæc agerentur, atque de Regno Italico Berengarius cum Vidone contenderet, Vido Imperator vivere deſiit. *Eodem anno 894.*, ait Annaliſta Metenſis, Vido, *qui Italiam regebat, & Imperatoris tenebat nomen moritur, Lambertus filius ejus Regnum obtinuit, & Ramam veniens diadema Imperii a Præſule Sedis Apoſtolicæ ſibi imponi fecit*, eademque continuator a Lambecio editus ad hunc annum: *Vido Italici Regni tyrannus morbo correptus obiit, cujus filius Lambertus eodem anno Regnum invadendo affectatus eſt*, atque ex his Ermannus, Regino, ceterique chronicorum auctores, cujus proinde obitum uſque ad annum 899. perperam diſtuliſſe Baronium adnotant Muratorius, Pagius, aliique: poſt Vidonis autem obitum, & Arnulphi Regis ex Italia diſceſſum, quid contigerit, his verbis narrat Luitprandus. *Dum redeuntem Arnulphum Rex Vido e veſtigio ſequeretur, juxta fluvium Tarum* inter Placentiam, & Parmam, *defunctus eſt*. Cujus obitum Berengarius, ut audivit, *venit feſtinus Papiam, Regnumque potenter obtinuit*; *fideles vero, fautoreſque Vidonis*

Murat. Pag. hoc an.

Luitp. hiſt. lib. 1. 10. Murat. rer. Ital. tom. 2. par. 1.

nis veriti, ne ab eis illatam Berengarius ulciſceretur injuriam, & quia ſemper Italienſes geminis uti Dominis volunt, quatenus alterum alterius terrorem coerceant: Vidonis Regis defuncti filium nomine Lantbertum, elegantem juvenem, adhuc ephebum, minuſque bellicoſum Regem conſtituunt. Cœpit denique hunc populus adire, Berengarium deſerere. Cumque Berengarius Lantberto cum exercitu magno Papiam tendenti copiarum paucitate occurrere non auderet, Veronam petiit, ibique ſecurus degit. Lambertum vero a patre Vidone Regno, & Imperio antea ſociatum fuiſſe diximus, quare eum in Regno confirmatum magis, quam conſtitutum dicere debebat Luitprandus, quem etiam a Formoſo Papa Imperii coronam hoc anno accepiſſe, poſt Metenſem Annaliſtam, diſerte tradit Regino in chronico ad hunc annum.

Jesu Chr. an. 894.

7. Ad Lambertum Vidonis filium Imperatorem nuper electum, & coronatum litteras dedit Fulco Remenſis Epiſcopus, quibus eum admonet, ut Romanam eccleſiam debita obedientia, & obſequio proſequeretur. *Lamberto Imperatori congratulationis apices dirigens*, ait Flodoardus, *notificat quid ſibi de ipſo dominus Formoſus Papa ſuis litteris intimaverit, quod ſcilicet eumdem Imperatorem multum diligeret, & in omnibus ei conſulere loco filii chariſſimi, atque indiſſociabilem vellet ad eum ſervare concordiam. Hortatur ergo hunc principem, & admonendo flagitat, ut tantæ benignitati ejuſdem Papæ gratus exiſtat, illum, ut patrem piiſſimum diligat, omnemque illi fidelitatem, & obedientiam ſervet, ejuſque ſacris monitis, ut verus filius obtemperet, & Sedem Romanam digna veneratione honoret &c.* Lambertum deinde rogat, ut Rhemenſem eccleſiam Pontifici commendaret, ac tandem de Rampone quodam a Formoſo Papa excommunicato ſubdit. *De cætero cognoſcat Imperialis dignitas veſtra Ramponeum propinquum veſtrum, & meum, ab eodem dominio Apoſtolico excommunicatum, ſicut ex ejus litteris agnovimus, pro quo obſecro magnitudinem veſtram, ut eum deprecemini, quatenus illi locum pœnitendi, & quod admiſit emendandi non deneget, nec eum perpetuo anathemate innodatum irrecuperabiliter perire ſinat, ſed quæ illi placet, pœnitentiam, & ſatiſfactionis menſuram ipſi injungat. Nobis etiam, & univerſis Italiæ, vel Galliæ Epiſcopis, quibus de ejus damnatione ſcripſit, viciſſim de ſua miſericordia, quid illum*

Fulconis Remenſ. Epiſc. litteræ ad Lambertum Imp.

Jesu Chr. an. 894.

illum agere, & qualiter eſſe conveniat, reſcribi jubeat. Hæc, & alia Flodoardus de Fulconis geſtis, & litteris.

Cabillonenſis ſynodus in qua Gerfredus monachus ab homicidii crimine purgatur. *Labb. to. 9. pag. 437. Mabillon. annal. tom. 2. pag. 295.*

8. Habita eſt hoc anno Kalendis Maji Cabillone ſynodus in ſuburbana baſilica S. Joannis Baptiſtæ, in qua cum Gelfredus diaconus, & monachus Flaviniacenſis, publice infamatus, ac accuſatus, quaſi Adalgarium Æduorum Epiſcopum veneno necaſſet, juſſit ſynodus, ut ſumpto corpore, & ſanguine D. N. J. Chriſti, ab impacto crimine ſe purgaret; ſynodi acta Mabillonius, & conciliorum editores exhibent, ad quam *anno* 894. *indict.* 12. convenere Aurelianus totius Galliæ Primas, Gualo, ſeu Valo Æduenſis, Ardradus Cabillonenſis, & Geraldus Matiſconenſis, cum legatis aliquot abſentium Epiſcoporum, eaque cautum eſt. *Ut quia nec convictum, nec etiam confeſſum experiebantur, tamen quia ventilatum, & ubique locorum erat divulgatum, ut ab omni ſuſpicione liberrimus redderetur, in viciniori ſynodo, quam omni reverentia dignus Gualo Antiſtes erga filios eccleſiæ celebraret, Corporis Chriſti, & Sanguinis illo examine, quod ſolum verius probatur, & terribilius, imo ſalubrius creditur, & a flagitio divulgato publice expiaretur &c.* Hactenus ſynodi decretum.

Sventibaldi Moraviæ Regis obitus.

9. Circa hæc tempora, ait Annaliſta Metenſis ad hunc annum, *Sventibal Rex Marchenſium Sclavorum*, ſeu Moraviæ, quem Arnulphus Germaniæ Rex adverſum ſe rebellem Hungarorum opera fregerat, ut anno proximo diximus obiit. Is itaque, *vir inter ſuos prudentiſſimus, & ingenio callidiſſimus, diem clauſit extremum, cujus Regnum filii ejus pauco tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia uſque ad ſolum depopulantibus*: eademque Regino; Porphyrogeneta vero libro de Imperio adminiſtrando cap. 41. de Sventibaldi obitu agens, quem Græco nomine Spendoplothum appellat, hæc refert. *Moraviæ Princeps Spradoplothus fortis, terribiliſque populis finitimis fuit, poſt Spendoplothi autem mortem, anno uno in pace exacto, orto diſſidio, & bello civili*, inter defuncti filios, *Turcæ*, ſeu Hungari, *pleniſſime eos extirparunt, terramque tenuerunt, quam etiam nunc incolunt*, medio ſcilicet ſeculo decimo, quo hæc idem ſcribebat: ſicque Moraviæ Regnum, quod Polonia, Bohemia, & Sileſia conſtabat, ab Hungaris diſtractum, propriis ducibus ſubeſſe incœpit.

11. Ad

10. Ad hæc etiam tempora Bohemorum ad Chriſti fidem converſio paſſim refertur. Nam Coſmas Pragenſis Diaconus, qui anno 1086. hiſtoriam Bohemiæ ſcripſit, hæc tradit. *Anno Dominicæ Incarnationis* 894. *Borivoi baptizatus eſt primus Dux*, Bohemiæ ſcilicet, de cujus ad fidem converſione cum parte populi ſui maxima, plura videri poſſunt in vita ſanctorum Cyrilli, & Methodii apud Bollandum die nona Martii. Jesu Chr. an. 895. Bohemorum converſio ad fidem chriſtianam.

JESU CHRISTI an. 895; Formosi Papæ 5.
Lamberti Imp. 5. Leonis Sapientis Imp. 10.

1. Celeberrima hoc anno 895. ſynodus apud Triburiam villam regiam prope Moguntiam ab Attone Moguntino Epiſcopo, præſente, & hortante Arnulpho Rege, congregata eſt, Menſe Majo indictionis 13. anno Regni Arnulphi 13., ut in præfatione legitur, eique Epiſcopi 22., vel potius, ut adnotat Manſius 26. interfuerunt, quorum primus Hatto Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus, deinde ceteri 21. ſubſcripti leguntur, eaque nonnullis in Arnulphi Regis laudem prænotatis, qui Epiſcopos illuc convocaverat, eoſque ad diſciplinam reſtaurandam, moreſque cleri, & populi corrigendos excitaverat, canones 52. in eam rem editi ſunt. Atque inprimis, ut excommunicati ab Epiſcopis, ſi contemnant, nec ad pœnitentiam redeant, tamquam rebelles capiantur, & ad Regem ducantur. Statutum eſt etiam, ne quis bannum ab Epiſcopis impoſitum contemnat, nec tranſgrediatur, ſed ipſi obediant omnes. Illud inſuper Rex voluit definitum, ut ſi concurrat ad populum facta ab Epiſcopo juſſio cum altera Comitis vel præſidis, ſemper populus præferre debeat Epiſcopi juſſionem: ceteri ejuſdem ſynodi canones ibidem, vel apud Natalem Alex., qui eoſdem in compendium exhibet, & explicat, videri poſſunt, hoc unum adnotare ſat erit, actum ibidem non ſolum de clericorum vita, moribus, immunitate, de decimis præſtandis, de Epiſcoporum ordinatione, officiis, & depoſitione, ſed præcipue de laicorum criminibus coercendis, de rapina ſcilicet bonorum eccleſiæ, de illicitis, & inceſtuoſis nuptiis, de libidine in utroque ſexu frænanda, virginum præcipue, & viduarum, quæ continentiam profeſſæ eamdem violaverant, ac

Concilium Triburienſe & canones in eo editi. *Labb. concil. tom. 9. pag.* 440.

Jesu Chr. an. 895.

ac prout temporum conditio ferebat, antiquum diſciplinæ rigorem Epiſcopi ibidem congregati retinere conati ſunt; nam pro homicidio voluntario ſeptennalem pœnitentiam, hoc ritu ſervandam decreverunt, ut canone 55. 56. 57. & 58. legitur.

Septennalis pœnitentia pro homicidio voluntario.

2. Si quis ſponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & nihil manducet illis quadraginta diebus præter ſolum panem, & ſalem, neque bibat niſi puram aquam: nudis pedibus incedat: lineis non induatur veſtibus, niſi tantum femoralibus: ſæcularia arma non portet: nullo vehiculo utatur: ad nullam fœminam, neque ad propriam uxorem his diebus miſceatur. Nullam communionem illis quadraginta diebus cum aliis Chriſtianis, nec cum alio habeat pœnitente, in cibo, vel potu, aut ullis rebus. Si vero ſint aliqui vitæ ſuæ inſidiatores, ut præ illis non poſſit digne pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donec ab Epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si autem aliqua corporali infirmitate detentus ſit, ut non poſſit rite jejunare, adhibeatur ei miſericordia, quonſque convaleſcat, & tunc demum pœniteat. Si vero longo tempore eadem ſit occupatus infirmitate, ad Epiſcopum pertinebit, ut prudenter pertractet, quomodo infirmum peccatorem curare diſponat: quia, ut Gregorius paſtorali commemorat libro: Occultiora ſunt vulnera mentium, quam corporum, & ars eſt artium regimen animarum. Poſt illos autem quadraginta dies, unum annum integrum ab introitu eccleſiæ ſuſpendatur, & abſtineat ſe a carne, & caſeo, a vino, & medone, ac melita cerviſia, niſi Dominicis diebus, & feſtis, qui per illum Epiſcopatum publice celebrantur apud cunctum populum: & niſi vel in hoſte, aut in aliquo magno ſit itinere, vel longe, aut diu ad Dominicam curtem, vel ſi infirmitate detentus ſit, tunc licitum ſit ei tertiam feriam, & quintam, atque ſabbatum redimere uno denario, vel pretio denarii, ſive tres pauperes pro nomine Domini paſcendo: ita dumtaxat, ut vel carne, vel vino, vel medone, ideſt, de tribus una re utatur, non omnibus veſcatur. Poſtquam autem de itinere domum revertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Completo vero unius ejuſdemque anni curriculo, ita caſtigatus rite, & ordinabiliter more

re pœnitentium introducatur in eccleſiam. Secundum vero, & tertium annum ſimili modo pœniteat, excepto quod prædictas tres ferias redimere jus habeat, ubicumque eſt, ſive in domo, ſive in itinere; cætera per omnia obſervet, ut in primo anno faciebat. Quartum autem annum, & quintum, ſextum, & ſeptimum iſto modo obſervet: Jejunet eo quadriennio tres quadrageſimas: Unam ante Paſcha Domini, a caſeo, & pinguibus piſcibus, a vino, & medone abſtineat &c. alteram ante nativitatem Sancti Joannis Baptiſtæ. Si vero deſunt quadraginta dies ante nativitatem, impleantur poſt nativitatem. Tertiam quadrageſimam ante nativitatem Domini Salvatoris jejunet, & abſtineat ſe a carne, & ceteris rebus prædictis. Et in his quatuor annis, tertia feria, & quinta, ac ſabbato manducet, & bibat quodcumque liceat, & ſecundam, atque quartam feriam denario, aut prædicto denarii pretio redimere jus habeat, ſextam vero feriam caute obſervet. His ſeptem annis expletis, reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus, & ſanctæ communioni reſtituatur, atque perfectionem conſequatur. Hactenus de his Triburienſes Patres, quibus eos de antiqua diſciplina reſtituenda quammaxime ſollicitos fuiſſe patet.

Diſſidium inter Archiepiſc. Colonien. & Hamburg. de Bremenſi Epiſcopatu. Pag. not. 2. *Adam hiſt. lib. 1. 41.*

3. De diſſidio, quod jamdiu inter Epiſcopum Colonienſem, & Hamburgenſem pro Bremenſi Epiſcopatu, quem uterque ſibi ſubjicere ſatagebat, in eadem Triburicenſi ſynodo actum fuiſſe ait Baronius. Hanc tamen litem circa hæc tempora in altera etiam Francofordienſi ſynodo, cujus acta perierunt, ex Henſchenio in commentario prævio ad vitam Sancti Anſcharii Archiepiſcopi Hamburgenſis agitatam fuiſſe, adnotat Pagius, de qua multa refert Adam in hiſtoria; epiſtolam tamen Formoſi Papæ ad Adelgarium, ea de cauſa datam præteriit, eaque Formoſus Papa ex diſpenſatione cenſuit Bremenſem eccleſiam ad ſubſidium Archiepiſcopi Hamburgenſis, cum aliquo tamen ſubjectionis reſpectu permanere poſſe, dum fundatis novis Epiſcopatibus Hamburgenſi Antiſtiti ſubjiciendis, Bremenſem Eccleſiam recipiat Sedes Colonienſis: *Diſpenſative cenſuimus*, inquit Formoſus, *quatenus quoad uſque divina ſuffragante gratia, prælibata Hamburgenſis Eccleſia intantum dilatetur, ut Epiſcopia inſtituere valeat, jam memoratam Bremenſem Eccleſiam*

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 895. *ad ſubſidium habeat . . . . Dilatata autem Hammaburgenſi Eccleſia, largitore omnium bonorum amminiculante, & fundatis Epiſcopiis, ſæpe memorata Coloniæ ſedes Bremenſem eccleſiam recipiat.* Hactenus Formoſi epiſtola, quam loco ſupracitato Henſchenius vulgavit. *Poſt hæc*, ait Annaliſta Metenſis, ideſt poſt Triburicenſem ſynodum, cui adſuit Arnulphus Rex. *Poſt hæc Arnulphus Vormatiam venit, ibique optimatibus ex omnibus Regnis ſuæ ditioni ſubditis ſibi occurrentibus, Sventibold filium regno Lotharii* (ita Lorharingia vocabatur) *præfecit*. Erat hic filius ejus nothus, vir bellicoſus, ut ex expeditionibus ab eo ſuſceptis liquet. Mabillonius lib. de Re Diplomatica cap. 35. hujus Sventibloch, ſeu Sventeboldi Diploma ære inciſum ex autographo recitat, ubi in inſcriptione dicitur Sventebolchus, ſicut etiam dicitur in ſubſcriptione, in ſigillo vero Sventeboldus. Refert ibidem Mabillonius in Archivio Cœnobii Sancti Michaelis ad Moſam extare aliud Sventeboldi Diploma, in cujus fine legitur. *Data XIX. Kalendas Septembris anno Domini* 895. *Indict. XIII. regnante Domno Rege Sventiboldo anno primo*.

Arnulphus Rex Germaniæ filium Sventibaldum Lotharingiæ Regem dicit.

Arnulphus in Italiam redit.

4. Rebus in Germania compoſitis, in Italiam hoc anno Arnulphus Rex rediit, ſive ſua ſponte Imperii potiundi ſpe allectus, ſive etiam ab Formoſo Papa ad id excitatus, nam etſi Lambertum Imp. quammaxime ſe diligere teſtatus eſſet Formoſus in epiſtola ad ipſum ſcripta, cujus anno proximo mentionem fecimus, nihilominus cum is, utpote pene impuber, & imperitus, tuendæ Italiæ civili bello afflictæ, impar eſſet, Arnulphum ad Italiam iterum occupandam, Imperiique coronam obtinendam invitaſſe inveroſimile non eſt, ac continuator Annalium Fuldenſium a Frehero editus his verbis teſtatur. *Iterum Rex Arnulphus a Formoso Apoſtolico per epiſtolas, & Miſſos Romam venire invitatus eſt. Rex vero cum conſilio Epiſcoporum ſuorum petitionibus ſuis ſatisfacere decreverit, menſe Septembri de Francia, & Alamannia Italia* (legendum Italiam) *promovit exercitum. Venientes quippe ultra Padum, ibi diviſo exercitu, Alamannos per Boloniam ad Florentinam urbem ire permiſit, ipſe cum Francis per ſuperiores partes Alpium curtem, quæ dicitur Turris, ſic uſque civitatem Lunam progreditur. Ibi Natale Domini celebravit*. Hermannus etiam in chronico eadem nar-

Digitized by Google

narrans, addit. *Ipſe Natalem Domini Lucæ celebravit*, quod veroſimilius eſt, ut ait Muratorius. Jesu Chr. an. 896.

5. De rebus in Oriente hoc anno geſtis, adnotare ſat erit, Nicolaum Cauleam dictum Patriarcham CPolitanum obiiſſe, poſtquam triennio eam ſedem tenuiſſet, ab anno 893. ad labentem, ſucceſſoremque in ea ſede habuit Nicolaum, quem Simeon Logotheta Miſticum Imperatoris appellat, erat id nomen dignitatis primæ poſt Cartularium, cujus inſignia erant *Thiara*, *& prætexta vittata uti*, ait Curopalates in libello de officiis urbis CPolitanæ: de Antonii autem CP. Patriarchæ liberalitate in pauperes, ceteriſque virtutibus, Nicephori philoſophi oratio in ejus funere recitata extat apud Metaphraſtem, & Bollandum ad diem duodecimam Febr., qua die apud Græcos memoria ejuſdem recolitur; de Nicolao Antonii ſucceſſore ſermo infra redibit ad annum 904,

Antonii Patriarchæ CP. obitus, cui Nicolaus succedit.

JESU CHRISTI annus 896. Stephani sexti Papæ 1. Lamberti Imp. 3. Arnulphi Imp. 1. Leonis Sapientis Imp. 11.

1. Hoc Chriſti anno 896. indictionis 14. Arnulphus, qui anno proximo Italiam ingreſſus fuerat, Romam cum exercitu hujus anni initio progreſſus, non ſine maxima exercitus ſui fatigatione, & periculo, equorumque jactura, quorum pars maxima, ob aeris intemperiem, aquarumque abundantiam, & itineris difficultatem perierat, urbem hoſtili more ingreſſus, ab Formoſo Pontifice Imperator coronatus eſt, ut narrat continuator annalium Fuldenſium a Frehero editus, qui addit. *Super hæc omnia novum genus anxietatis exercitus occurrit. Nam adventantibus illis Ageltrudis vidua Vidonis portas in circuitu murorum omnes ſerrando præoccupavit, ut omnibus pariter ad domum Sancti Petri introitus denegaretur. Quod Rex moleſte accipiens in commune conſilium cum omni exercitu ad Eccleſiam Beati Pancratii convenit. Solemnitate Miſſarum celebrata, Rex exercitum unanimiter interrogavit, quid facto opus ſit. Conveniunt omnes cum lacrymis fidem promittentes, confeſſionem coram Sacerdotibus publice agentes, indicto unius diei jejunio, bello urbem expugnare in commune acclamatum eſt. Cunctantibus ergo cun-*

Arnulphus Romam vi occupat.

ctis redire in Caſtra, Rex murum proſpiciendo circumibat. Dei nutu ſubito inter obſeſſos, & obſidentes inſperate contentio exoritur, concurſus ex omni parte plebis, omnes vociferantes Urbem bello expugnare, omnibus in pugna par voluntas. Urbem nihilominus abſque ullo ſuorum damno, jam veſperaſcente die, expugnata eſt, Apoſtolico (nempe Formoso) *ex urbe de inimicis liberato*, quem Romani, inſtigante etiam Ingiltrude Vidonis Imp. demortui vidua, & Lamberti Imp. matre, variis affecerant injuriis, captivumque detinebant, utpote quem Arnulpho favere, eumdemque ad urbem liberandam evocaſſe cognoverant, aut ſuſpicabantur. Hinc ut narrat Luitprandus, urbem vix ingreſſus Arnulphus. *Ulciſcendo Papæ injuriam, multos Romanorum Principes obviam ſibi properantes decollari præcepit*, quo factum eſt, ut Romanorum odia in Formoſum excreſcerent, ut ne mortuo quidem pepercerint, ut infra dicturi ſumus.

lib. 1. 8.

Arnulphus injurias Formoso illatas ulciseitur.

Arnulphus a Formoso Papa Imperator coronatur.

2. Urbem vero per vim ingreſſus Arnulphus, ſponte ſe Romani, ne penitus urbs cum civibus excideretur, dederunt. Nam ut idem auctor proſequitur, *Omnis ſenatus Romanorum, nec non Græcorum ſchola cum vexillis, & Crucibus ad pontem Milvium venientes, Regem honorifice cum hymnis, & laudibus ſuſcipientes ad urbem perduxerunt. Jam Apoſtolicus paterno amore diligendo Regem ante paradiſum, loco qui dicitur Gradibus S. Petri, ſuſcipiens, & honeſte ad Baſilicam beatorum Principum Apoſtolorum lætificando introduxit, & ſecundum morem anteceſſorum ſuorum Imperialem conſecrationem capiti ſibi imponens, Cæſarem Auguſtum appellavit: diſpoſitis ibi multimodis rebus, omnis Romanorum populus ad Sanctum Paulum cum juramento Imperatori fidem promittentes. Juramentum vero illud, ne quem lateat, hic inſerere propoſuimus. Juro per hæc omnia Dei myſteria, quod ſalvo honore, & lege mea, atque fidelitate Domini Formoſi Papæ, fidelis ſum & ero, omnibus diebus vitæ meæ Arnolfo Imperatori, & numquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine ſociabo, & Lamberto filio Agildrudæ, & ipſi matri ſuæ ad ſecularem honorem numquam adjutorium præbebo, & hanc civitatem Romam ipſi Lamberto, & matri ejus Agildrudæ, & eorum hominibus per aliquod ingenium, aut argumentum non tradam. Poſt hæc autem Conſtantinus, & Stephanus, qui majores inter Senatores erant, rei Maje-*

Juramenti formula ab Romanis Arnulpho Imp. facti.

ſtatis

ſtatis eſſe accuſati ſunt, quia cum Agildruda prius Urbem capiendam conſpiravere: quos Rex ſine mora comprehendi, & ſecum in Bajoariam transferri præcepit. Urbem vero ad ſuas manus cuſtodiendam Faroldo cuidam vaſſallo conceſſit. Ipſe decimoquinto tandem die poſtquam venerat, ab urbe digreſſus eſt, ac ad Spoletum expugnandum tranſiit, quo Ingiltruda ſe receperat, eo cum pergeret, *gravi infirmitate capitis detentus*, ait is auctor, *imperfectum reliquit*, quem etiam propinato veneno, ſeu ſoporifero poculo Ingeltrudis Vidonis viduæ opera, ut eo modo filium ſuum Lambertum Imper. ab hoſte liberaret, narrat Luitprandus.

Jesu Chr. an. 896.

Luitprand. lib. 1. 9.

3. Quare Arnulphus iucurabili tactus morbo, *cum omni feſtinatione, parvulo filio ſuo nomine Ratbold, qui ei de concubina erat, ad fidem Italicæ gentis Mediolanum dimiſit, per Vallem Tridentinam menſe majo in Bojariam reverſus eſt, ſed non multopoſt etiam filius ejus, quem in Italia dereliquit, per lacum Cumenſem ad eum reverſus eſt*. Eoque ab Italia vix egreſſo, bellum in Italia inter Berengarium, & Lambertum Imperatorem revixit, atque ut proſequitur auctor appendicis ad annales Fuldenſes: *Berengarius Regnum Italicum invaſit, & uſque ad flumen Abduam quaſi hæreditario jure contra Lambertum in parteeipationem acecpit. Manginfredus Comes Mediolanenſis a Lantberto filio Vidonis capitali ſententia interfectus eſt, filius ejus, atque gener oculorum lumine orbati ſunt &c.* Is quippe Manginfredus, Mediolano occupato, Lamberto Imper. per quinquennium rebellis reſtiterat, ut narrat Luitprandus, at captus hoc anno capitalem ſubiit ſententiam, ſicque Italiam Berengarius, & Lambertus obtinuerunt, Berengarius quidem a Forojulienſi Ducatu uſque ad Abduam invaſit, ac Veronæ Regni ſedem fixit, Lambertus Mediolano uſque ad Italiæ terminos.

Arnulphus Imp. in Germaniam redit.

lib. 1. cap. 10.

4. His geſtis, ſequitur continuator annalium Fuldenſium, Romæ *Formoſus Papa defunctus die ſancto Paſchæ*, vir ſane a ſcriptoribus ejus temporis commendatus, ait Baronius, cujus nihilominus in Pontificatu adipiſcendo ambitio commendari non poteſt, dum relicto Portuenſi Epiſcopatu, Pontificatum adeptus eſt. In Formoſi locum, *conſecratur Bonifacius, qui podagrico morbo correptus, vix quindecim dies ſupervixiſſe reperitur*, qui propter tam paucos Pontificatus dies inter Romanos Pontifices numerari non meruit, utpote

Formoſi Papæ obitus, cui Bonifacius ſuccedit.

Jesu Chr. an. 896. utpote etiam qui damnatus fuit in Romana ſynodo ſub Joanne Papa nono, ut ſuo loco dicetur, homo nefarius, jam antea bis gradu depoſitus, a diaconatu primum, inde a presbyteratu. Sed adverſus eum Stephanus Septimus dictus Sextus ſubrogatur, pulſo Bonifacio intruſo pariter ab intruſo. Iſta omnia per vim, & metum extorta, maximam irrogarunt ignominiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quod autem intruſorum Pontificum alii, ut Pontifices poſtea recepti inveniantur, alii vero penitus abrogati, ut iſte, de quo agimus, Bonifacius, inde evenit, quod illi quamtumlibet tyrannice adepti fuerint Rom. Sedem, tamen accedente conſenſu Cleri ſatius eſſe exiſtimantis, eos qualeſcumque tolerandos, quam Eccleſiam ſchiſmate conſcindendam, ut legitimi Pontifices novis comitiis, conſuetis ritibus ſint electi, ait Baronius.

Stephanus ſextus Bonifacio ſuccedit.

5. Bonifacio autem intra paucos dies e vivis ſublato Stephanus ſextus in ejus locum ordinatus eſt. *In cujus ſedem*, ſeu Bonifacii, *ſucceſſit Apoſtolicus nomine Stephanus, vir ſane infamandus, qui anteceſſorem ſuum Formoſum inaudito more de ſepulchro ejectum, & per advocatum ſuæ reſponſioni depoſitum, foras extra ſolitum ſepulturæ Apoſtolicæ locum ſepeliri præcepit*. Sed de Stephani Papæ in Formoſum conjuratione anno ſequenti.

Stephani ſextiPapæ epiſtola ad Arnuſtum EpiſcopumNarbon. Labb. tom. 9. pag. 476.

6. Stephanus autem Pontifex vix ordinatus, ab Arnuſto Narbonenſi Archiepiſcopo rogatus, epiſtolam eidem dedit, qua non ſolum Narbonenſis eccleſiæ privilegia confirmavit, ſed etiam donationes quaslibet antiquitus eidem eccleſiæ factas, ab omnibus integras ſervari juſſit. *Statuentes Apoſtolica cenſura, ſub divini judicii obteſtatione, & anathematis interdicto, ut nulli umquam magno, vel parvo homini liceat quamlibet forciam, vel oppreſſionem in omnibus ejus rebus facere, aut poteſtatem aliquam habere, vel aliquem diſtringere, aut qualecumque teloneum ab eis exigere &c.* His addit, ut quoties ea ſedes vacare contigerit, ſucceſſorem ſibi ex ejuſdem eccleſiæ clero tantum eligere poſſit, nec quiſquam extraneus in ejuſdem ſedis Antiſtite eligendo ſeſe immiſceat. *Scriptum per manum Nicolai ſcriniarii Sanctæ Rom. Eccleſiæ in menſe Auguſto, indict.* 14. *Datum* 13. *Kal. Septemb. per manum Stephani Epiſcopi ſanctæ eccleſiæ Nepeſinæ Arcarii ſanctæ eccleſiæ Apoſtolicæ. Imperante*

te D. piiſſimo Auguſto Arnulpho a Deo coronato magno Imperatore anno proximo. Jesu Chr. an. 896.

7. Varios pro aliquali poteſtate in Italia retinenda conatus ab Græcis adhibitos fuiſſe toto hoc labente ſeculo vidimus, eoſdemque ſeculo etiam proximo renovatos videbimus. Cumque Beneventum anno 891. occupaſſent, hoc anno inde ejecti ſunt, ut Anonymus Salernitanus, Leo Oſtienſis, aliique narrant, quos inde Guidonis Spoletini Ducis opera, adjuvantibus Beneventanis, quibus Græcorum faſtus, & avaritia inviſa erat, ejectos fuiſſe adnotant. An is Guido Imperator fuerit, aut filius ejus, Lamberti Imp. frater, ſive alius ejuſdem nominis, in obſcuro eſt, nec diutius in his immorari inſtituti noſtri ratio patitur. Adnotare ſat erit annum unum, menſes octo, aut novem ab Guidone Beneventanum Ducatum retentum fuiſſe, quem deinde ſponte, aut vi Radelchio, ſive Radelgiſo fratri Angeltrudis Imperatricis, Guidonis Imp. ſcilicet olim uxoris, ceſſiſſe addit. *Poſtea vero præfata Imperatrix*, ait Anonymus Beneventanus apud Peregrinum, *anno uno, & octo menſibus expletis poſtquam Graii Benevento fuerant expulſi, in eadem ingreſſa eſt pridie Kal. Aprilis, & paulopoſt longe ſuperius nominatus Radelchis fratrem ſuum Beneventum Principatui reſtituit, qui fere duodecim annis ab eo fuerat expulſus*. At de his, aliiſque ibidem hoc tempore geſtis hactenus.

Radelchisius ejectis Græcis, Beneventum recuperat. *Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 1. Leo Oſtiens. lib. 1. 47.*

8. Grave interea bellum inter Bulgaros, & Hungaros exortum eſt. Cum etenim pacem, eodem anno ideſt labente, *Græci cum Avaris, qui dicuntur Hungari*, feciſſent, id ægre ferentes Bulgari, excurſione adverſus Græcos facta, CPolim uſque pervenerunt. At Græci adverſus Bulgaros, Hungaros immiſerunt, qui duobus præliis Bulgaros vicerunt, ait continuator Annalium Fuldenſium, ac addit, tandem Bulgari clade accepta, *currunt omnes ad veſtigia vetuli illorum Regis Michaelis, qui eos primum ad Chriſtianæ religionis veritatem convertit, inquirentes quid eis ab imminenti periculo evadendum conſuleret. Qui indicto triduano jejunio, pœnitentiam de inlata Chriſtianis injuria, dein auxilium a Deo quærendum eſſe præmonuit. Quo peracto, durum imminere certamen, pugnantibus vero ambabus acerrime partibus, ad ultimum miſericordiæ Dei victoria, quamvis cruenta, Chriſtianis conceſſa eſt. Quis enim gentilium Avarorum ſtrages*

Bulgarorum de Hungaris victoria.

ges

Jesu Chr. an. 897. *ges tantis congreſſionibus enumerando poſſit exponere, quoniam Bulgarorum, ad quos victoria conceſſit, numero 20. millia equitum cæſa inveniuntur*. Ejuſdemque victoriæ ad hunc annum meminit Ermannus Contractus. Michael vero ad quem conſilii cauſa confugerant Bulgari, eorumdem Rex fuerat, quem Regno abdicato, jamdiu ad monaſticam vitam tranſiiſſe ſupra jam diximus, Bulgarorum autem Princeps hoc tempore Simeon erat, Uladimiri olim Bulgariæ Regis filius, ut habet Porphyrogeneta libro de Imperii adminiſtratione capite 32.. Adepta autem de Hungaris victoria, Simeon elatus, ea tantum conditione cum Græcis, ſeu cum Leone Sapiente pacem iniit, ut Bulgaros captivos acciperet, quos ideo Leo dimiſit, ſicque inter eos pax renovata eſt, ut ſcribit Leo Sapiens in Tactica cap. 18. §. 45. ait Pagius ad hunc annum nota 11. & 12. ubi de vario Hungarorum nomine pluribus agit.

JESU CHRISTI ANNUS 897. STEPHANI 6. PAPÆ AN. 2. LAMBERTI IMP. 4. ARNULPHI IMP. 12. LEONIS SAPIENTIS IMP. 12.

Stephani Papæ in Formoſum defunctum immane facinus. *Luitpr. hiſt. lib. 1. cap. 8.*

1. Immane facinus, & luctuoſa tragœdia Romæ hoc anno peracta ſe offert, cum ſcilicet Stephanus Papa ſextus, Formoſum Papam e ſepulchro erutum, concilio coacto, diris devovit, nullaſque ejuſdem ordinationes declaravit. Rem geſtam narrat Luitprandus, etſi per errorem Sergio Papæ tribuat, quo incentore, utpote qui in Pontificatu adſcipiſcendo Formoſi æmulus fuerat, Stephanus geſſit. *Formoſo defuncto*, ait, *& Arnulpho in propria reverſo, is qui poſt mortem Formoſi Papæ conſtitutus eſt, expellitur*, (ſeu potius Bonifacius intra paucos dies obiit.) *Sergiuſque Papa per Adalbertum conſtituitur*, anno tantum 904. poſt Stephanum, Romanum, Joannem, Benedictum, & Chriſtophorum Pontifices. Stephanus itaque, *ut impius, doctrinarumque ſanctarum inſcius, Formoſum e ſepulchro extrahere, atque in ſedem Romani Pontificatus, ſacerdotalibus indumentis indutum collocare præcepit. Cui & ait: Cum Portuenſis eſſes Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam univerſalem Sedem uſurpaſti? His expletis, ſacratis mox exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis, quibus benedicere moris eſt, in Tyberim jactare præcepit*,

cepit, junctoſque quos ipſe ordinaverat, gradu proprio depoſitos iterum ordinavit: ita furore percitus homo, non quod jure liceret, ſed quod exæſtuans rabies ſuaſit, implevit: non enim fuit error in fide, ſed violenta tyrannidis in facto, ait Baronius.

Jesu Chr. an. 897.

2. *Quod quam male egerit*, ſequitur Luitprandus, *pater ſanctiſſime in hoc etiam animadvertere, quoniam & hi, qui a Juda Domini noſtri Jeſu Chriſti proditore ante proditionem ſalutem, ſeu benedictionem Apoſtolicam perceperant, ea poſt traditionem, propriique corporis ſuſpenſionem minime ſunt privati, niſi quos improba forte fœdaverant flagitia. Benedictio ſiquidem, quæ miniſtris impenditur, non per eum qui videtur, ſed qui non videtur, ſacerdotem infunditur. Neque enim qui rigat eſt aliquid, neque qui plantat, ſed qui incrementum dat, Deus. Quantæ autem auctoritatis, quantæque fuerit religionis Papa Formoſus, hinc colligere poſſumus: Quoniam dum a piſcatoribus poſtmodum eſſet inventus, atque ad B. Petri Apoſtolorum principis Eccleſiam deportatus: Sanctorum quoque imagines hunc in loculo poſitum venerabiliter ſalutarunt: hoc namque a religioſiſſimis Romanæ Urbis viris perſæpe audivi*. Hucuſque Luitprandus, Sergio factum ſacrilegum adſcribens, quaſi ipſe fuerit ad illud perpetrandum anteſignanus, & auctor. Ceterum graviorem culpam Stephani Papæ fuiſſe liquet, qui nefarium ſcelus, impium & deteſtandum, Synodo collecta, probavit, quæ reſciſſa poſtea, ignique tradita fuit a Joanne Nono in ſynodo Romana, ut ſuo loco dicturi ſumus.

Formosi fama vindicatur.

3. Non defuere tamen ea ætate viri religioſi, qui immane Stephani ſcelus deteſtati ſunt: inter eos eminet Auxilius Gallus, ut ait Mabillonius, & Pagius. Italum tamen fuiſſe veroſimilius eſt, inquit Manſius, utpote qui in ſynodo Romana ſub Nicolao Papa cum Italis Epiſcopis adfuit. Is porro a Formoſo Papa ordinatus, cauſam quoque ejus, ordinationemque defendens, & ab Leone Nolano Epiſcopo ab eodem Formoſo ordinato, rogatus, duos in ejus defenſionem libros ſcripſit; Prior capita quadraginta complectitur, poſterior trigintaduo, eos autem viginti circiter annis ab Formoſi obitu, vel ordinatione ſcripſiſſe his verbis indicat. *Ecce jam circiter viginti annos abſque chriſtiana religione vixiſſe Italiæ regiones garriunt*. Additque ibidem Formoſi ordi-

Auxilius Apologiam pro Formoso Papa ſcribit. *Biblioth. PP. tom. 17.*

JESU CHR. AN. 897. ordinationem in ſynodo, Ravennatenſi ſcilicet, probatam jam fuiſſe, de cujus laudibus, & præcipue de ejuſdem continentia, & ſobrietate, hæc tandem adnotat: *Et cum tanta probitate prædicatus toto mundo, ut alter Lucifer illaxiſſet, vim paſſus in ſepulchro, buſta diruta, oſſa fracta, uti quoddam Memphiticum ejectus eſt extra publicum, cui tanto viro examinato, ut aurum, nil juvare potuere ſcholæ clamantes. O parcite ſepulto! eſt nullum cum mortuis certamen: ſed fuit in eo licitum, quod libitum; Neque enim ipſis Apoſtolis datum eſt de mortuis præjudicare &c.*

Auxilii præfatio ad Leonem Nolanum Episc.

4. In præfatione autem libri ſecundi Leoni Nolano Epiſcopo inſcripti, hæc habet. *Miſſa legatione aſſeris te violentius pati oppreſſiones, ut Epiſcopale ſacerdotium, quod olim a PP. Formoſo ſuſcepiſti, quaſi nihil ſit, irritum facias. Qua ex cauſa fateris te miræ ſolertiæ Francos, necnon Beneventanæ civitatis peritos conſuluiſſe viros, eorumque conſulta apud te ſcripta retinere, quæ te hujuſmodi transgreſſionem committere manifeſta ratione prohibeant. Nibilominus autem cogis me objectionibus, quas adverſus eumdem Formoſum Papam, ejuſque ordinationes quidam objiciunt, dialogico ſchemate breviter reſpondere. Miſi quod jam in opuſculo ejuſmodi altercationis cauſatus ſum. Attamen quia de una auri materia diverſæ conficiuntur ſpecies, quæ diverſis hominum voluntatibus placeant, orationibus tuis fultus faciam quod hortaris: ita dumtaxat, ut in unaquaque objectione prænotetur infenſor, et reſponſione defenſor. Non hic ſyllogiſmorum quæratur arcta concluſio, non perihermeniaca ſubtilitas, utpote qui diſcipuli ſumus piſcatoris, hoc eſt, Apoſtoli Petri. Et quamquam in ejus navicula ſedeamus, tempeſtatem patimur, invocantes dominatorem omnium, ut imperet ventis, et mari, et fiat tranquillitas magna.* Deinde capitula 32. ſequuntur, ſeu objectiones, quæ adverſus Formoſi ordinationem, aut adverſus ordinationes ab eodem Pontifice factas, vulgatæ fuerant, quas brevi reſponſione Auxilius diluit, ut ibidem videre eſt.

In Romanos Cives invectiva.

Anaſt. tom. 4. pag. 70.

5. In eamdem rem tomo quarto Anaſtaſii extat fragmentum invectivæ in urbem a Blanchinio noſtro editum, quo poſtquam Romæ exprobravit, quod in fundatores ſuos Romulum, & Remum ingrata fuiſſet, dum *neci unum tradidiſti, alterum Quirinali gladio capitales tibi leges impertiendo*

tiendo volvens, cetera deſunt; deinde ex Apoſtolis, qui, ſede Petri ibidem locata, effecerunt, ut domina gentium evaderet.

Nam niſi te Petri meritum, Paulique foveret
Tempore jam longo Roma miſella fores

Ex his tamen ſubdit. *Unum Crucifixiſti*, Petrum ſcilicet, *alterum gladio inter homicidas capite truncaſti*, ſcilicet Paulum, ac de injuria in Formoſum illata ſubdit. *Nuper itaque a fratribus audivimus, & in ſynodo collocatum percepimus patronum tuum Formoſum Papam, in tuo ab ipſis incunabulis educatum gremio, ab Epiſcopis, cleroque, & populo ad percipiendum Apoſtolicæ ſublimitatis culmen electum, & ab hujuſmodi officialibus Pontificibus in ſacrata ſede inthronizatum, in ſubterraneo ſpecu, poſt hujus vitæ terminum, quietem habere non examinatum. Nam ejus cadaver jam per novem menſes ſepultum per pedes de ſepulchro extraxiſti, & quaſi Saul per Samuelem eum ab inferis revocans, conſuluiſti, & in ſynodum ſedere feciſti &c.* Ac ſcelus infandum deteſtans, quæ, & quanta laude digna in vita ſua egerat Formosus, enarrat, quave ratione ex Portuenſi ſede in Apoſtolicam invitus translatus fuerat, objectioneſque in ejus ordinationem, vel in ordinationes ab eo factas, Auxilii veſtigiis inhœrens confutat, in id præcipue intentus, ut exemplis probet, ex una in alteram ſedem translationes Epiſcoporum illicitas nequaquam, aut irritas fuiſſe, cum id ob eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem fieri contingeret, de quibus plura non addimus.

6. Atque hoc loco cum Baronio adnotare juvabit, ea jam tempora ſtylo noſtro attigiſſe, infeliciſſima quidem Romanæ Eccleſiæ, atque omnium luctuoſiſſima, quibus ipſam contigit domeſtico bello exagitari, atque perſecutione vexari; quæ nunc cœpta, ac ſepe renovata maximo damno eamdem Eccleſiam affecerunt; & primum per Adalbertos Marchiones potentiſſimos Tuſciæ, ita nominat eos Luitprandus, non autem Comites, ut alii, Tuſculanos, qui cum ex eadem radice, provenerint, eadem & ipſi fere patrarunt. De iſto autem qui Stephanum intruſit, hæc idem auctor: *Tantæ quippe Adalbertus erat potentiæ, ut inter omnes Italiæ* (Quam infelix hoc tempore eſſet ſtatus Rom. eccleſiæ.)

P 2 *Prin-*

Jesu. Chr. An. 897.

Principes ſolus ipſe cognomento diceretur Dives : huic erat uxor nomine Berta &c. Hos quidem, quo viciniores, eo infeſtiores Romana eccleſia ſenſit; etenim (ut ſuo loco patebit) munitione ſancti Angeli ad ripam Tyberis, olim moles Hadriani dicta, potiti, quæ non ſunt auſi in Romanam Eccleſiam? Ut abſque ulla controverſia dici poſſit, nullam umquam ſive a Gentilibus, ſive ab hæreticis, ſive a ſchiſmaticis, aliiſque perduellibus, qui ferro, qui ſcriptis, qui dictis, aliiſve quibuslibet modis eam exagitarint, duriorem, diuturniorem, atque moleſtiorem paſſam fuiſſe perſecutionem illa, quam pertulit ab iſtiuſmodi Adalbertis Tuſciæ Marchionibus &c. Quorum factione in Apoſtolicam ſedem intruſi ſunt homines monſtruoſi, vita turpiſſimi, moribus perditiſſimi, ut ex dicendis infra conſtabit.

Rom. eccleſia ab Romanorum tyrannide afflicta.

7. Hanc porro Romanæ eccleſiæ fœditatem, qua hoc tempore, & proximi ſeculi initio infecta, & labefactata fuit, ex Romanorum Procerum perfidia, & tyrannide prodiiſſe, longe ante Baronium, adnotaverat hujus temporis ſcriptor, Bonizo ſcilicet Sutrinus primum Epiſcopus, deinde ad Placentinam eccleſiam translatus, qui pro juſtitia adverſus Simoniacos, & Concubinarios clericos, Henricianæ factioni, ſeu ſchiſmati addictos certans, martyr Placentiæ anno 1089. occubuit, ut ibidem dicturi ſumus. Is quippe in libro, quem ad Amicum inſcripſit, unicus ex ejuſdem operibus ab Lambecio in bibliotheca Vindobonenſi commemoratis, qui in lucem prodierit, in libros novem, ſeu capita diſtinctus, & inter ſcriptores rerum Boicarum ab Felice Oefelio Auguſtæ Vindelicorum anno 1763. editus, hic, inquam, auctor, afflictum, ac pene deploratum Romanæ eccleſiæ ſtatum expoſiturus, rem ex alto repetens, eccleſiaſticæ hiſtoriæ breviarium quoddam præmittit, poſtquam vero variam eccleſiæ fortunam ſub Ethnicis primum Imperatoribus, deinde ſub Conſtantino, & ſucceſſoribus ejus retulit, tandem libro ſecundo adnotat, Hadriani primi ætate ſub Francorum Regum protectione Romanam eccleſiam aliquando floruiſſe. At poſt Lotharii Regnum, *Francorum Regno per ſuperbiam exterminato, Italicum Regnum patiebatur varias calamitates, eodemque tempore*, ſubdit, *Romana eccleſia periculoſis ſubjacebat cladibus, nam Romanis auxilium Imperatoribus ferre non valentibus . . . . Urbis Romæ Capitanei nomen ſibi vanum Patri-*

Patriciatus imponentes, Romanam eccleſiam validiſſime devaſtaverunt &c. Ac quænam fuerit Patriciatus dignitatis origo, exponit, ab Exarchis, ſcilicet, miſſis ad Italiam regendam ab Imperatoribus Græcis, quos veluti Patres Itali proſequebantur, ac Patricios dicebant. Græcis itaque, & Francis ab Italiæ, & Romanæ eccleſiæ protectione excluſis, cum ibidem tyrannidem Romani Proceres, ſub Patriciorum, vel Capitaneorum nomine uſurpaſſent, quantas ibidem clades attulerint, his verbis narrat. *Hi vero urbis Capitanei, accepta tyrannide, licenter cuncta faciebant. Nam non ſolum Cardinalatus, & Abbatias, & Epiſcopatus turpiſſima venalitate fœdabant, ſed ipſum etiam Romanæ Eccleſiæ Pontificatum, non ſpectata aliqua morum dignitate, nec aliqua tantæ eccleſiæ prærogativa, ſolummodo ad libitum, cui placebat, vel cui plus manus eorum implebant, donabant, & non ſolum clericis, ſed & laicis, itaut uno, eodemque die plerumque, & laicus eſſet, & Pontifex,* (ex laico ſcilicet Pontifex ordinatus) *ſicque langueſcente capite, infirmabantur & cetera membra, in tantum, ut non ſolum Altaris miniſtri ſecundi ordinis Sacerdotes, & Levitæ, ſed ipſi Pontifices paſſim concubinarii haberentur, ut ipſe uſus jam aboleret infamiam, & conſuetudo turpiſſimæ venalitatis quodammodo videretur leviare delictum, & non tantum in partibus Romanæ, ſed per totius Occidentis climata hæc agebantur, quippe tacente paſtore, magis quam fugiente: immo vero ipſo lupo facto cuſtode, quis ſtaret pro ovibus &c.* Hæc, & alia ibidem is auctor, cujus auctoritate proximi ſeculi hiſtoriam uſque ad ann. 1089., quo obiit, illuſtrabimus, ac Pontificatum præcipue S. Gregorii ſeptimi, cujus zeli imitator fuit, & perſecutionis particeps.

Jesu Chr. an. 897.

Oefelius Rer. Boicarum ſcript. tom. 2. pag. 799.

8. Interea cum in Romani Pontificis electione varii irrepſiſſent hoc tempore abuſus, ita ut improborum ſæpe factione, ac vi, vel pecunia, digniore neglecto, indigni eligerentur, ut in Bonifacio, & Stephano contigerat, ut his remedium, ſi tempora tuliſſent, ferret Stephanus Papa, decretum ab Gratiano in corpore juris relatum vulgavit, ut nonniſi legatis Imperialibus præſentibus, Romanus Pontifex conſecraretur, cujus hæc ſunt verba. *Quia ſancta Romana eccleſia, cui auctore Deo præſidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia abſque*

Stephani Papæ decretum de Rom. Pontificis ordinatione.

Grat. diſtinct. 33. cap. 28.

Jesu Chr. an. 897. *ſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio, nec canonico ritu, & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuncii, qui ſcandala fieri vetent; volumus, ut cum inſtituendus eſt Pontifex, convenientibus Epiſcopis, & univerſo Clero eligatur præſente ſenatu, & populo, qui ordinatus eſt. Et ſic ab omnibus electus, præſentibus legatis Imperialibus, conſecretur. Nulluſque ſine periculo ſui, juramenta, vel promiſſiones aliquas, nova adinventione, audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo, ne eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur.* Hactenus Stephani ſexti decretum, quod nonnulli perperam, vel Stephano quarto inſcribendum cenſuerunt, vel ſuppoſititium dixerunt, ut Pagius aliique adnotant, de quibus cum pluribus agat eruditus Carolini codicis editor, inter cetera adnotat, hanc in Romani Pontificis ordinatione diſciplinam, ut nonniſi præſentibus Imperatoris legatis, electus conſecraretur, olim jam ex privilegio Sergii Pontificis Ludovico ſecundo tributo viguiſſe in ordinatione Leonis quarti, Benedicti tertii, Nicolai primi, Hadriani ſecundi, & Joannis octavi, interruptam deinde in ſequentibus Pontificibus, juſta intercedente cauſa, ut ſcilicet factiones comprimerentur, Stephanus quartus edito decreto renovavit, & Joannes nonus in ſynodo Romana anno ſequenti celebrata totidem verbis confirmavit, ut ibidem dicturi ſumus.

[*Cenn. Cod. Carol. to. 2. diſſert. 2. de diplomate Ludovici numer. 34. & ſeqq.*

Fulconis Remenſis epiſtolæ ad Stephanum, & Stephani ad Fulconem.

9. In Romana autem ſede, etſi indignus conſtitutus Stephanus Papa, eamdem, quam ceteri ſanctiſſimi Pontifices venerationem promeruerant, & ipſe obtinuit, auctoritatemque retinuit, cum in eo non tam perſonæ merita, quam dignitatem ſedis, quæ in digno æque, ac indigno ſucceſſore fulgebat, Chriſti Vicarium, Petrique ſucceſſorem omnes agnoſcerent, cui totius orbis Epiſcopi ſubjicerentur. Hinc ut eum Formoſo ſucceſſiſſe didicit Fulco Remenſis Archiepiſcopus, eadem litterarum officia, quæ cum ejus prædeceſſoribus tranſegerat, cum eo renovavit, ut auctor eſt Frodoardus his verbis. *Stephano quoque hujus Formoſi ſucceſſori ſcribens idem dominus Fulco, devotionem, quam erga Romanam Sedem gerebat, conabatur oſtendere, & quod Limina creberrime cupiverat Apoſtolorum adire, ſed diverſis obſtantibus diſcriminum cauſis hæc vota nequiverit adimplere: Ubi ſignificat Odonem, & Carolum Reges in pacis tandem*

dem concordia ſe ſtudente connexos. *Cui remittens hic Papa, litteras ſuas a ſe ſuſcepiſſe fatetur, ipſius non admittens, ſed reprehendens excuſationem, eo quod alii homines eamdem adirent, & ipſe fateretur fas adeundi non fuiſſe conceſſum. Denuntiat ergo, Synodum ſe per menſem Septembrem imminentis Indictionis decimæquintæ certiſſime celebrare ſtatuiſſe, ad quam cenſendo vocans hunc Archiepiſcopum monet expreſſe, quatenus omni mora repulſa, omnique excuſatione remota, eodem tempore ſuam ſpecialem præſentiam eidem, Synodoque omnino exhibere maturet. Quod ſi prætermiſerit, canonicam in eum ferre ſententiam minime retractabit*. His autem reſpondens Fulco, quod duriuſculis verbis ſibi ſcripſiſſet, conqueſtus eſt, eo quod præcipue canonicam cenſuram ei minitaverit, niſi Romanum iter quamprimum ſuſcepiſſet, ſuorum tamen aliquem ad eum miſiſſe addidit, deinde. *Si aliqua Regno quies conceſſa fuerit, & ab Odone Rege licentiam impetrare valuerit, ad ipſius beatitudinis veſtigia tandem aliquando properare ſtudebit; dum ſibi viæ paterint, quæ tunc ab Rendeboldo Arnulfi Regis filio erant obſtructæ, qui Eccleſiam quoque Rhemenſem affligebat injuriis, res ejuſdem ſuis impertiens ſubditis, cujus tyrannidem Apoſtolica petit auctoritate reprimi dicens, quia in tam periculoſo, & neceſſitudinibus pleno tempore ſuam Eccleſiam noxium ſit deſerere*. Hucuſque Frodoardus, quibus vides miram obſervantiam Orthodoxorum Antiſtitum, atque Principum erga Apoſtolicam Sedem, etiam cum in ea ſedere viderint homines ſceleſtiſſimos, atque tantum abſuit, ut eos ſperuerent, contemnerent, vel non obedirent, ut etiam ſummopere colerent, atque frequentarent obſequiis, ipſorumque gratiam per interceſſores ſummo ſtudio venarentur, ut feciſſe noſcitur idem Fulco, tantus vir, primarius Galliarum Antiſtes, qui per Joannem Epiſcopum, unum ex ſuffraganeis ſanct. Romanæ Eccleſiæ, eumdem Stephanum Papam ſibi conciliare litteris ſuis curavit, in quibus, teſtante Frodoardo, precabatur. *Ut eum ſuo favore tueatur apud ipſius excellentiæ Papæ, & in quibus neceſſarium viderit, ei, ſicut optime in eo confidit, aſſiſtat*. Atque his addit, a Stephano obtinuiſſe Fulconem, ut quoniam ipſe ſynodo indictæ adeſſe non poterat, per legatos ſuos præſentiam exhiberet, At hæc ſynodus a Stephano Papa Ravennæ indicta, ab ejuſdem ſucceſ-

Fulco Remen. Epiſc. Stephani gratiam promereri ſatagit.

Jesu Chr. an. 897.

ceſſore anno ſequenti celebrata fuit, de quibus ibidem.

Stephani Papæ infelix interitus. Matt. c. 21. 41.

10. Nunc quam funeſto interitu malus homo, Stephanus ſcilicet Papa, male perierit, atque in eo evangelica ſententia impleta fuerit, qua de nefariis vineæ operariis, & colonis dicitur, *malos male perdet*, dicendum eſt, quem etſi uſque ad annum 900. vitam tenuiſſe ſcribat Baronius, hoc tamen anno obiiſſe certum eſt, ac eum annum unum, menſes duos in Petri cathedra ſediſſe credunt veteres Rom. Pontificum catalogi, hoc autem anno Romanam Sedem ineunte Auguſto, vel Septembri eum tenuiſſe, ex ejuſdem litteris, & privilegiis diſerte Pagius, Manſius, aliique probant. Stephanus itaque Apoſtolicæ Sedis invaſor ex ea a factioſis pulſus, & in carcerem truſus, laqueo vitam finivit, ut ex ejuſdem epitaphio, a Sergio Papa poſt annos decem inſcripto, & a Petro Manlio collectore monumentorum Baſilicæ Vaticanæ ſub Alexandro tertio relato conſtat, quo hæc leguntur.

Pagi, Manſi Murat. hoc anno.

Stephani ſexti epitaphium.

Hoc Stephani Papæ clauduntur membra locello;
Sextus dictus erat ordine quippe patrum.
Hinc primum repulit Formoſi ſpurca ſuperbi
Calumnia, qui invaſit Sedis Apoſtolicæ.
Concilium inſtituit, præſedit Paſtor, & ipſi
Legis ſatis feſſis jura dedit famulis.
Cumque pater multum certaret dogmate ſancto
Captus, & a Sede pulſus ad ima fuit.
Carceris interea vinculis conſtrictus, & uno
Strangulatus nerbo, exuit, & hominem.
Poſt decimumque regens ſedem cum tranſtulit
Annum.
Sergius huc Papa funere ſacra colens.

Sic Sergius Papa, Chriſtophori ſucceſſor, Sedis Apoſtolicæ invaſoris Stephani memoriam recolens, cujus ipſe invaſor æque ac imitator fuit: de infauſto Stephani ſexti Papæ exitu, deque ejuſdem monaci epiſtola ad Fulconem Remenſem mentio fit a Flodoardo in fragmento de Romanis Pontificibus verſibus digeſto, quo hæc leguntur.

Tum

Tum ſextus Stephanus ſacra regimina culmine carpit, Jesu Chr. An. 897.
Durus qui noſtris propriis, at durior inſtat.
Sæva quidem legat vivis, truciora ſepultis.
Fulconemque minis, Formoſum concutit actis.
Concilium gregat infauſtum, cui præſidet atrox:
Prædeceſſorem abiiciens ponesnque Patronum.
Viſus abhinc meritis dignam incurriſſe ruinam,
Captus, & ipſe ſacraque abjectus æde, tenebris
Carceris iniicitur, vincliſque innectitur atris,
Et ſuffocatum crudo premit ultio leto.

10. Stephano ſucceſſit Romanus, cujus Pontificatus breviſſimus, & vix quatuor menſium fuit, ut idem Flodoardus his aliis verſibus teſtatur. Stephano Romanus ſuccedit.

Poſt hunc (Stephanum) *luce brevi Romani regimine ſurgunt*
Quatuor haud plenos tractans is culmine menſes,
Æthere ſuſcipitur meritos ſortitus honores &c.

Cui etiam menſes tres cum diebus 22. veteres Rom. Pontificum catalogi aſſignant, quem ideo Januario ineunte anni proximi 898. obiiſſe veroſimile eſt, breviſſimi tamen Pontificatus Romani Papæ monumenta ſuperſunt, ex his epiſtolæ duæ a Balutio in appendice ad Marcam Hiſpanicam num. 58., & ſeq. recitatæ. Prior Riculfo Epiſcopo Helenenſi ſeu Roſſilioni, qui ad beatorum Apoſtolorum limina Romam acceſſerat, inſcripta eſt, eaque Romanus Papa omnia patrimonia ab Imperatoribus, Regibus, aliiſque Comitibus ſuæ eccleſiæ data confirmat, cujus hæc eſt ſubſcriptio: *Scriptum per manum Gregorii Scrinarii S. R. E. in menſe Octobrio, indictione prima* (Septemb. hoc anno cœpta) *idibus Octobris per manum Stephani nomine Calatoris Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Imperatore Domino Noſtro piiſſimo PP. Auguſto Lamberto a Deo coronato magno imperante anno VI., & Pontificatus* (legendum Conſulatus, anno, ſcilicet, 892. collega Imperii paterni dictus fuit, ceperat) *anno VI. Indictione prima*. Eodem tempore *Servus Dei*, Epiſcopus Gerundenſis Romæ fuit, & Privilegium *obtinuit*, *ſcriptum per manum Sergii Scrinarii S. R. E. in* Romani Pontificis geſta. *pag.* 833.

Jesu Chr. an. 898. *menſe Octobrio Indictione prima*. Utraque Epiſtola his verbis inchoata, *Romanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Reverendiſſimo &c.* Utraſque hoc anno potius, quam ſequenti, ut putavit Balutius, ſcriptas fuiſſe Pagius adnotat ante diem 15. menſis Octobris hujus anni, quem Rom. eccleſiæ Romanum præfuiſſe tradit. Rurſum duas alias veteres chartas Romano Papæ inſcriptas commemorat Manſius, Ravennatenſem ſcilicet ex Rubeo hiſt. Ravennat. lib. 5. an. 897., & Sublacenſem a Muratorio editam antiq. Italicæ to. 5. pag. 772. iiſque Auguſto etiam ineunte Romanum in Petri cathedra collocatum jam fuiſſe conſtat; ſi fides etiam Dandulo habenda eſt, Romanus Papa pallium Vitali ſecundo Gradenſi Patriarchæ miſit, ait Muratorius hoc anno.

Danduli Chr. apud Murat. to. 12. rer. Ital.

JESU CHRISTI an. 898. Rom. Pontificum Theodori, et Joann s noni an. 1.
Arnulphi Imp. 3. Leonis Sapientis Imp. 3.

Theodorus ſecundus Papa ordinatur ejus geſta. *apud Murat. rer. Ital. to. 3. part. 2.*

1. Tres hoc anno Romana ſedes Pontifices habuit, Romanum ſcilicet anno proximo ineunte Septembre ordinatum, qui Januario labente hujus anni vivere deſiit, de cujus geſtis anno proximo egimus, poſt ejus obitum Theodorus hujus nominis ſecundus ordinatus eſt, quem Romanorum Pontificum catalogi dies tantum viginti Romanam eccleſiam adminiſtraſſe adnotant, quemque Flodoardus in fragmento de Romanis Pontificibus, hoc elogio celebrat.

Quo rapto, ideſt Romano, *breviore fugit faſtigia forte*
Dilectus clero Theodorus pacis amicus.
Biſſenos Romana dies, qui jura gubernans
Sobrius, & caſtus, patria bonitate refertus,
Vixit pauperibus diffuſus amator, & altor.
Hic populum docuit connectere vincula pacis,
Atque Sacerdotes concordi ubi junxit honore,
Dum propriis revocat diſjectos ſedibus ipſe,
Complacitus rapitur decreta ſede locandus.

Quæ autem ibidem de reſtituta pace, revocatiſque iis, qui ſedibus ſuis dejecti fuerant a Stephano, utpote a Formoſo Papa ordinati, narrat Flodoardus, clarius indicat Auxilius his

his verbis. *Eos namque, quos Stephanus ſecum in eccleſia veſtiri prohibuit, Papa Theodorus, qui utique de Formoſi ordinatione non fuit, & veſtiri*, & ſuum agere officium præcepit, ideſt ſuis ordinibus reſtituit. *Ejuſque corpuſculum* Formoſi, *quod pertinaciter ejectum fuerat cum exultatione ad Apoſtolicam tumbam reduxit*; eoque egregio facinore, breviſſimum Pontificatum ſuum Theodorus Papa illuſtravit, dignus ſane, ut per annos plurimos Romanam ſedem retineret. Eademque de Theodoro Papa narrat Sigebertus in chronico ad annum 903.

Jesu Chr. An. 898. lib. 2. de ordinationibus cap. 4.

2. Theodoro autem Rom. Pontifice poſt dies viginti e vivis ſublato, Joannes nonus paulo poſt in ejus locum eſt ordinatus, dies tamen tum obitus Theodori, cum ordinationis Joannis in obſcuro eſt, de quo iterum Flodoardus loco ſupracitato.

Joannes nonus Rom. Pontifex ordinatur.

Joannes ſubit, hinc, qui fulſit in ordine nonus,
Pellitur electus patria, quo Sergius urbe,
Romulidumque gregum quidam traduntur abacti.
Conciliis tamen is ternis docuiſſe refertur,
Dogma ſalutiferum, novitaſque aboleta malorum,
Et firmata fides doctrinis tradita Patrum.

Quæ paucis his, obſcuriſque verſibus narrat Flodoardus, latius apertiuſque ſunt explicanda, ac in primis adnotamus diſſidium in Theodori ſucceſſore eligendo inter Romanum clerum exortum fuiſſe, cum Sergium alii, alii vero Joannem elegiſſent, quorum factio cum prævaluiſſet, Sergius, qui olim cum Formoſo de Romano Pontificatu contenderat, iterum cedere, urbeque excedere coactus fuit. Unde in epitaphio eidem a fautoribus ejus inſcripto, Joannes Papa tamquam Rom. ſedis invaſor dicitur.

Romuleoſque greges diſſipat iſte lupus.

3. Egregiis tamen virtutibus eumdem ornatum fuiſſe geſta ejuſdem indicant; nam *Conciliis is ternis docuiſſe refertur dogma ſalutiferum*, ait Flodoardus, duorum ex his acta ſuperſunt, Romani ſcilicet, & Ravennatenſis hoc eodem anno celebrati, quæ etſi ad annum 904., a Baronio,

Joannes Papa concilium Romæ celebrat.

Jesu Chr. an. 898. Labb. to. 9. pag. 502. & Labbeo relata ſint, ad labentem tamen revocanda ſunt. Joannes itaque ſtatim ac Pontifex ordinatus fuit, ut exortum in ipſius ordinatione ſchiſma comprimeret, aliiſque corruptelis, quæ Romanam eccleſiam hactenus turbaverant, medelam afferret, Romæ concilium celebravit, quo primum Stephani ſexti Papæ geſta adverſus Formoſum irrita declaravit his verbis. *Synodum tempore piæ recordationis ſexti Stephani Papæ deceſſoris videlicet noſtri celebratam, in quam venerabile corpus Formoſi venerandi Papæ de ſepultura violata per terram tractum eſt, & quaſi ad judicium deductum judicari, & damnari præſumptum eſt: quod nunquam deceſſorum noſtrorum temporibus fuiſſe traditum eſt, penitus abdicamus. Et ne ulterius præſumatur fieri, per quodlibet Spiritus Sancti judicium interdicimus: quia ad judicium vocari mortuus non poteſt, cum perſona quæ ad judicium vocatur, ideo vocetur, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Et omnibus patet quia mortui cadaver pro ſe nec reſpondere, nec ſatisfacere poteſt.* Epiſcopos deinde, Presbyteros, reliquoſque de clero, qui concilio Stephani ſexti adfuerant, veniam petentes, eo quod inviti, & metu coacti adfuerant, ſynodi prece abſolvit. Quia vero de ſede Portuenſi ad Apoſtolicam ſedem Formoſus translatus fuerat, ne id in exemplum tranſiret, canone tertio cautum eſt; ac Epiſcopi, Presbyteri, vel alii de clero a Formoſo ordinati, ut in ordinibus perſeverarent, canone quarto ſtatuitur. Quinto vero, Reordinationes, ſeu Rebaptizationes, & ſedium mutationes, ſeu translationes Epiſcoporum, juxta canones Africanæ eccleſiæ prohibentur. Sextus hæc habet *unctionem ſacri chriſmatis in ſpiritalem filium noſtrum Dominum videlicet Lambertum excellentiſſimum Imperatorem actam, perpetua ſtabilitate firmam decernimus. Illam vero barbaricam, quæ per ſubreptionem extorta eſt omnimodis abdicamus*, ideſt Arnulphi a Formoſo Papa factam, non vero Berengarii, ut ſcribit Baronius, nam is anno tantum 915. Imperialem coronam, & unctionem obtinuit. Acta vero Romanæ ſynodi a Stephano contra Formoſum celebratæ, non aliter ac acta Ariminenſis, Epheſinæ latrocinalis igni deputantur.

ut ſup. 502.

Formoſi fama vindicatur.

Schiſmatici partis Sergii

4. Sergium deinde, Benedictum atque Marinum Presbyteros ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cum Leone, Paſchale, & Jo-

& Joanne ejuſdem eccleſiæ Diaconis, utpote Sergianæ factionis participes, anathemate ſynodus ſubjicit, omnique gradu privat, eademque pœna violatores ſepulchri Formoſi Papæ plectuntur, niſi reſipuiſſent, *qui corpus illius trahentes in flumium Tyberim jactare non timuerunt*: ſequenti capite decimo decretum Stephano quarto inſcriptum, cujus ſupra mentionem fecimus, de non ordinando Romano Pontifice, niſi adſtantibus Imperatoris legatis confirmatur, altero canone improba conſuetudo, quæ jamdiu Romæ, & tota Italia inoleverat, ut decedente Romano Pontifice Patriarchium, aut Epiſcoporum domus a factioſis depredarentur, condemnatur. *Quod qui facere præſumpſerit, non ſolum eccleſiaſtica cenſura*, ſed etiam Imperiali indignatione *feriatur*; Tandem capite ultimo legitur. *Pernicioſa inolevit conſuetudo, ut judex publicus, vel miniſter peccata populi, quæ ab Epiſcopis ſunt inquirenda, quibus animarum ſollicitudo commiſſa eſt, quaſi inquirenda vendant, & ea occaſione licenter ſceleſta vitia augmententur, etſi in proprietate eccleſiæ, vel clerici fœminas inveniant adulteras, infamant, comprehendunt, dilaniant, donec domini earum, vel parentes eas redimant, pro quo conſanguinei earum in non modicam deveniunt paupertatem: & eo ordine liberius poſt venditionem fornicari non metuunt, dicentes, nihil pertinere ad Epiſcopum, quæ a publico examinata dignoſcitur, & redempta: quod omnino irregulariter inoleviſſe manifeſtum eſt. Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & judicare, ſecundum quod canones cenſuerant, abſque impedimento alicujus*. Hactenus Romanæ ſynodi acta, quæ paulopoſt Ravennæ confirmata ſunt.

damnantur.

Seculares judices in criminibus puniendis Epiſcopis non adverſentur.

5. Nam Joannes Papa cum multos Romæ adverſarios pateretur, iiſque comprimendis imparem ſe eſſe cognoſceret, Romana ſynodo vix abſoluta, Ravennam perrexit, auxilium a Lamberto Imperatore imploraturus, ibique cum eſſet, Epiſcopos ultra ſeptuaginta, ut adnotat Sigebertus in chronico, congregavit, ac præſente Lamberto Imp. Synodum celebravit, qua primum, quæ in ſynodo Romana ſtatuta fuerant, lecta, & confirmata ſunt. Ad Epiſcopos deinde Joannes Papa verba faciens. *Quia divina inſpirante miſericordia*, ait, *veſtra nobiſcum convenit fra-*

Ravennatenſe concilium ab Joanne Papa celebratur.

Joannis Papæ ſollicitu-

Jesu Chr. an. 898. Ut venit Romam Lambertus, fuit in Synodo ad synodum.

fraternitas, ut nutu ſancti Spiritus, qui ſuis numquam deeſt fidelibus, communi omnium veſtrum conſultu, fratres chariſſimi, ea quæ neceſſaria ſanctæ Dei Eccleſiæ prævidimus, una cum ſpirituali filio noſtro glorioſiſſimo videlicet Imperatore Lamberto, & veſtro ſancto collegio, & quæ nocivo ſurculo pullulare conabantur in agro ſanctæ Eccleſiæ, canonico ſurculo eradicare ſtudeamus, quæ capitulatim annotata ſunt, ſi omnibus placent, in conſpectu omnium legantur, examinentur, & examinata, manibus omnium pro futura memoria roborentur, ne ulli unquam ſine ſtatus ſui periculo eadem violare liceat, ſed rata, & firma in perpetuum conſiſtant, ad ſtatum & munimem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ad ſalvationem omnium Fidelium per Dei miſericordiam. His vero cum adſtantes Epiſcopi conſenſum præbuiſſent, gratiaſque pro Pontificis ſollicitudine egiſſent, petierunt, ut *Capitula, quæ pro generali omnium cautela ad robur, & munimen ſanctæ Eccleſiæ conſcripta ſunt, ſi veſtræ placet pietati, legantur, qualiter per ea omnes doceamur, quæ obſervare, vel quæ cavere debeamus, ne in aliquo a regulis ſanctorum Patrum (quod Deus avertat) deviare inveniamur. Si quis ſanctorum Patrum regulas contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum Caroli videlicet Magni Imperatoris, & Ludovici, atque Lotharii, nec non, & filii ejus Ludovici, quæ de eccleſiaſticis decimis in eorum Capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt, non obſervaverit: & qui dat, & qui recipit, auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſanctione ſanctæ Synodi excommunicationi ſubjaceat*. His Imperator adſtans addidit. *Si quis Romanus cujuſcumque ſit ordinis, ſive de clero*, five de ſenatu, ſeu de quocumque ordine, pro qualibet cauſa ad Imperialem majeſtatem ire voluerit, ut a nemine prohiberetur, juſſit. Deinde privilegia quælibet a prædeceſſoribus ſuis Romanæ Eccleſiæ conceſſa Lambertus ſe confirmare dixit; ac ut ſynodus Romæ hoc anno habita *in Baſilica B. Petri pro nonnullis malis eradicandis*, ait Joannes Papa, *& maxime pro cauſa Domni Formoſi ſanctiſſimi Papæ acta eſt*, confirmaretur, petiit.

Ut Romanæ Ecclesiæ patrimonia reſtituerentur Joannes petit.

6. Pro Romanæ autem Eccleſiæ incolumitate tuenda hæc Joannes Papa ſubdit. *Ut tantæ impietatis, pro quibus ad vos veniſſemus*, ſeu advenimus, *quas etiam per territoria noſtra vidimus in tractationibus, deprædationibus, incendiis, rapi-*

rapinis & violentiis, a vobis diligentiſſime inquirantur, & prout neceſſe eſt, legaliter emendentur: quoniam tanto dolore perculſi ſumus talia contemplantes, quod magis mori cupieramus, quam talia in noſtris diebus cerniſſemus, de quibus ſi emendata non fuerint, vos, & nos a ſummo Judice diſtricte quæremur. Ideo petimus, & per Chriſtum Dominum adjuramus, ut talia impunita non dimittatis. Ut pactum, quod a beatæ memoriæ veſtro genitore domino Vvidone, & a vobis, piiſſimis Imperatoribus, juxta præcedentem conſuetudinem factum eſt, nunc reintegretur, & inviolatum ſervetur. De locis autem, atque rebus, quæ in eodem pacto continentur, præcepta nonnulla illicita facta ſunt, quæ petimus, ut in eadem ſynodo terminentur, & quæ non recte facta præcepta ſunt, corrumpantur. Ut patrimonia, ſeu ſuburbana, atque maſſæ & colonitiæ, nec non civitates, quæ contra rationem, quaſi per præcepta largita ſunt, petimus reddantur &c. Veſtræ igitur majeſtati non manet incognitum, qualiter illicitas conjunctiones Romani, & Longobardi ſimul, & Franci contra Apoſtolicam, & Imperialem voluntatem facere præſumpſere in territoriis B. Petri Apoſtolorum principis: petimus ut ſicut a veſtris anteceſſoribus Imperatoribus probibitum eſt, ne quoquo modo fierent, ita amodo veſtro Auguſtali decreto omnimodis probibebantur, & ſynodaliter, ne amodo ac deinceps fieri tententur, in perpetuum firmiter ſtatuatur, atque firmetur. Et ut ſibi liceret ad reſtaurationem Baſilicæ Conſtantinianæ ligna præcidere, quod etiam operariis ſuis hactenus prohibitum fuerat, petiit, ac in quibus neceſſitatibus Romana Eccleſia tunc eſſet his verbis expoſuit. *Sed hoc ſcire vos volumus, quoniam ſancta Romana eccleſia tantum eſt ad nihilum deducta, ut & eleemoſynæ, quæ pro pauperibus, pro ſoſpitate veſtri Imperii diſtribui ſolebant, & ſtipendia clericorum, & famulorum ejus omnimodis ſunt evacuata, pro quibus vero ad ſtabilitatem Imperii veſtri magis vos oporet cum veſtris fidelibus prudenter tractare, ut ſicut prædiximus, alicui reſtaurationi ipſius, quæ nimium eſt afflicta, operam detis.*

7. His dictis Joannes Papa adſtantes Epiſcopos oratione ſua hortatus eſt, ut officio ſuo diligenter perfungerentur, rationem tremendo Judici redditure, ac ut cum ad ſua rediiſſent, pro peccatorum expiatione, proque miſericordia, & protectione a Deo promerenda, jejunium ſinguli,

Joannis Papæ exhortatio ad Epiſcopos.

JESU CHR. AN. 898.

li, litaniaſque indicerent, præcepit. Rogantes, & obſervantes Dominum, *ut furorem mitigat, iram a populo avertat, pacem tribuat, ſchiſmata, & ſeditiones comprimat, diſcordiam auferat: retroacta peccata tergat, & miſerando aboleat, quatenus indultis omnibus delictis miſericordiam rogantibus largiatur, & ad protectionem, & exaltationem ſanctæ ſuæ eccleſiæ ſpiritualem filium noſtrum excellentiſſimum ſcilicet Imperatorem Lambertum conſervet, & ſuperbarum gentium colla illi ſubjiciat ſua potenti dextera Dominus noſter Jeſus Chriſtus &c.*

Capitula Lamberti Imp. pro eccleſiæ utilitate vulgata. *Labb. tom. 9. pag. 506. Baluz. capitul. tom. 1. præfat. num. 18. Pagi not. 8. an. 898.*

8. Hactenus Ravennatis ſynodi geſta hoc anno Lamberto Imp. præſente ab Joanne nono Papa celebratæ. His vero capitula quædam ſubjicit Baronius, quæ eidem una cum Ravennatenſi ſynodo tranſmiſſa fuerant. At hæc capitula pro Eccleſiæ utilitate, & incolumitate a Lamberto Imp. poſt Ravennatenſem Synodum vulgata fuiſſe poſt Balutium probat Pagius, eademque Golſtadus tomo primo conſtitutionum Imperialium pag. 299., perperam tamen, a Berengario Imperatore Ticini eadem vulgata fuiſſe adnotat.

Lamberti Imp. obitus.

9. Sollicitudine tamen ſua, Synodiſque celebratis, vix quidquam Joannes Papa profecit, nam Ravenna vix egreſſo, Lambertus Imperator, ad quem in tanta Romanæ Eccleſiæ deſolatione, totiuſque Italiæ devaſtatione confugerat, miſerrime periit; Ravenna quippe excedens Lambertus, in Liguriam tranſiit, cumque in loco, qui Mariniacus dicebatur, ubi poſtea Alexandriæ oppidum erectum eſt, ut adnotat Muratorius, cum venationi vacaret, ex equo depulſus obiit, unde auctor ſæpe citatus panegyrici in laudem Berengarii.

Studio jam vadit in altas
Venandi lucos, cupiens ſibi mittier Apram
Informem, aut rapidis occurrere motibus urſum;
Avia ſeu poſtquam nimio clamore fatigans
Præcipites ſocii, ipſe uno comitante miniſtro,
Dum ſternacis equi foderat calcaribus armos
Implicitus cecidit, ſibimet ſub pectore collam
Abrumpens teneram colli ſub gutture vitam

Hoſtili tamen manu periiſſe alii produnt. Unde Luitprandus

Digitized by Google

dus in hiſtoria lib. 1. 12. *Ajunt ſane hunc Regem, dum in luco Marineo venaretur, & ſicut moris eſt apros effreni conſectaretur equo cecidiſſe, collumque fregiſſe*. Subdit tamen, Ugonis Manginfredi Mediolanenſis olim Comitis, filii inſidiis, & fuſte percuſſum obiiſſe, in Lambertum infenſi, eo quod patrem ejus decollari juſſerat. *Atque hæc* (mortis ejus cauſa) *mihi veriſimilior videtur, atque ab omnibus populis narratur*, ait is auctor, *latuitque res per annos plurimos, ſed dum proceſſu temporis Berengarius Rex, nullo ſibi reſiſtente, Regnum viriliter obtineret, ipſe reatus proprii ſicut fuerat auctor, extitit & proditor*.

Jesu Chr. an. 898.

18. Auctor etiam chronici Novalicenſis eadem confirmat, ac Lamberti Imp. obitum narrans perfidia Ugonis occiſum fuiſſe addit. De Amulone autem Taurinenſi Epiſcopo hæc ſubdit. *Hoc tempore Lambertus Rex apud Italiam regnabat, ſuoque tempore fuit Comes Manginfredus, quem interfecit: nec non & Ammulus Epiſcopus Taurinenſis, qui ejuſdem Civitatis turres, & muros perverſitate ſua deſtruxit. Nam inimicitiam exercens cum ſuis civibus, qui continuo illum a Civitate exturbarunt: fuitque tribus annis abſque Epiſcopali Cathedra. Qui poſtmodum pace peracta, reverſus, & manu valida cinctus deſtruxit, ſicut diximus. Fuerat hæc ſiquidem civitas condenſiſſimis turribus bene redimita, & arcus in circuitu per totum deambulatorios, cum propugnaculis deſuper, atque antemuralibus; ſiquidem præfatum Regem idem Epiſcopus a filio Maginfredi Comitis cum in ſilva venationi exerceretur, & in gremio adoleſcentis ſomno oppreſſus obdormiſſet, interfecit*. Hæc quidem utpote antiqua monumenta patriæ præterire noluimus, cum præcipue ex his conſtet Auguſtam Taurinorum murorum firmitate munitam, & deambulatoriis inter Italiæ urbes, antiquis etiam temporibus illuſtrem fuiſſe, eamdemque ſecuritatem, & amœnitatem etiamnum retinet, ob Sabaudicæ gentis, Regiæque familiæ incolatum inter Italiæ Metropoles illuſtris.

Ammulo; ſeu Amulus Epiſc. Taurinenſis turres urbis deſtruit. *Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 2. pag. 763.*

19. Lamberto defuncto, Berengarius, qui Italiæ partem maximam obtinebat, totam fere poſthac obtinuit, nam cum Ticinum tranſiiſſet, ac nemine reſiſtente, occupaſſet, Adalbertum Tuſciæ Comitem, ceteroſque illuſtres viros, quos in prælio captos, captivos ibidem Lambertus detinuerat, liberos dimiſit, & cum Ageltrude, Vidonis olim Impera-

Berengarius Italiæ Regnum poſſidet. *Luitprand. lib. 1. 11. 12.*

Jesu Chr. an. 898. peratoris uxore, & Lamberti matre, quæ mariti, & filii nomine Spoletinum Ducatum tenebat, pacem iniit, ſicque cum Tuſciæ Comitem, ac Spoletinum Ducem tributarios ſibi reddidiſſet, totius fere Italiæ Dominus evaſit. De inita cum Ageltrude concordia inſigne extat monumentum in placito Berengarii Regis Kal. Decembris hoc anno *In civitate Regia* dato, quo hæc Agiltrudæ promittit. *Promitto ego Berengarius Rex tibi Agiltrudæ relictæ quondam Vidonis Imp., quia ab hac hora, ut deinceps amicus tibi ſum, ſicuti recte amicus animo eſſe debet, & cuncta tua præceptalia conceſſa a Vidone, ſeu a filio ejus Lamberto. Imperatoribus nec tollo, nec ulli aliquid aliquando tollere dimitto injuſte &c.* At dum Lamberto Auguſto defuncto, totum Italiæ Regnum, nullo adverſante, ſe poſſidere arbitrabatur Berengarius, novus adverſus eum ex Galliis hoſtis excitatus eſt, Ludovicus ſcilicet Provinciæ Rex, ab Italis, ut in Italiam tranſiret, invitatus, ut anno ſequenti dicturi ſumus.

Murat. antiq. Ital. diſſert.. 73.

Inter Odonem, & Carolum bellum inſtauratur.

20. Odonem Aquitaniæ Regem cum Carolo ſimplici pacem iniiſſe Fulco Rhemenſis ad Stephanum Papam ſcribens nunciaverat anno proximo; at paulopoſt ad arma iterum eoſdem rediiſſe epiſtola altera ad Carolum data, idem teſtatur, qua eum ne cum Nortmannis fœdus iniret, hortatus eſt, de quibus hæc narrat Frodoardus. *Carolo Regi ſcribens indignatur valde ſibi perlatum, quod pravis quorumdam conſiliis vellet idem Rex ſe ſociare Northmannis, ut illorum auxilio ad Regni decus obtinendum juvari poſſet; ſic ſcribens. Quis enim, inquit, qui vobis ſicut oportet fidelis eſt, non expaveſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem, ac ruinam nominis Chriſtiani pagana arma, & fœdera deteſtanda ſuſcipere? Nihil enim diſtat, utrum quis ſe paganis ſociet, an abnegato Deo idola adoret. Nam ſi, ut ait Apoſtolus, bonos mores colloquia mala corrumpunt; quanto magis corrumpitur caſtitas animæ Chriſtianæ inimicorum ex conſiliis & ſocietate? Neque enim poterit non imitari quod aſſidue viderit, quin potius aſſueſcet paulatim, & quaſi vinculo malæ conſuetudinis trahetur ad facinus &c.* Et prædeceſſorum Regum exempla proponens, ſubdit.

Frodoard. lib. 4. 15.

Fulconis ad Carolum digna admonitio.

21. *Et certe cum deberetis malis præteritis terminum ponere, & rapinis, & deprædationibus pauperum renuntiare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere; nunc ad majorem*

rem iram Dei provocandam his, qui Deum ignorant, & in ſua feritate confidunt, vos conjungitis. Credite mihi, quia numquam ſic agendo ad Regnum pervenietis, immo velociter diſperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora ſperabam: nunc vos ideo cum vobis conſentaneis veſtris perituros, ſi tamen hoc vultis vere agere, & talibus conſiliis acquieſcere. Revera, qui tale vobis dant conſilium, non fideles, ſed per omnia infideles eſſe comprobantur, quos ſi audire volueritis, terrenum ſimul, & cœleſte Regnum amittetis. His ſubdit. *Deprecor itaque vos per Deum, ut tale deſeratis conſilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi, cæteriſque, qui ſecundum Deum vobis fideles ſunt, æterni doloris afferre diſpendium. Melius enim fuerat vos non naſci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos juvare, quos deberetis per omnia impugnare. Sciatis enim quia ſi hoc feceritis, & talibus conſiliis acquieveritis, nunquam me fidelem habebitis; ſed & quos utcumque potuero a veſtra fidelitate revocabo, & cum omnibus Coepiſcopis meis vos, & omnes veſtros excommunicans æterno anathemate condemnabo &c.* Hæc & alia ibidem Sacerdotali libertate ex Fulconis litteris Frodoardus, digna ſane, ut ab Epiſcopis pro data opportunitate imitarentur.

Jesu Chr. an. 899.

22. Cum ſalutaribus Fulconis monitis paruiſſet Carolus, ſine prœlio Francorum Regnum obtinuit, nam hujus anni initio, ſeu die tertia Januarii Odone e vivis erepto, ut narrat Regino, *Principes in unum congregati pari conſilio, & voluntate Carolum ſuper ſe conſtituunt Regem*. Regnumque uſque ad annum 923. pacifice retinuit.

Odo Aquitaniæ Rex moritur, Carolus totius Franciæ Rex dicitur.

JESU CHRISTI an. 899. Joannis noni Papæ 2. Leonis Sapientis Imp. 14.

1. Arnulphum Imp. affecta valetudine in Germaniam rediiſſe anno 896. diximus, eaque in deterius prolabente, triennio fere mente, corporeque langueſcens, hoc anno, tertio Kal. Decembris vivere deſiit, ait Regino in chronico, quem in Odingis honorifice ſepultum fuiſſe addit, at eum Ratiſponæ diem ultimum clauſiſſe narrat auctor, ſeu continuator annalium Fuldenſium, quod quidem veroſimilius eſt, ac ſexto potius, non tertio idus Decembris ibidem

Arnulphi Imp. obitus.

Jesu Chr. an. 899. obiiſſe probat tabella plumbea ſub ejus capite in ſarcophago reperta in Templo S. Emeramni Ratisbonæ, ut ex Saxio adnotat Manſius ad hunc locum, de cujus infelici exitu, hæc memorat Luitprandus. *Profectuſque in propria, turpiſſima valetudine expiravit, minutis quippe vermibus, quos pediculos ajunt, vehementer afflictus, ſpiritum reddidit. Fertur autem, quod præfati vermes adeo ſcaturirent, ut nullis medicorum curis minui poſſent. Utrum vero pro tam immenſo ſcelere, Hungarorum ſcilicet immiſſione ſecundum Prophetam, duplici ſit contritione contritus, an ut ex præſenti ſupplicio conſequeretur veniam in futuro: ſolius Dei ſcientiæ dimittamus: quod & Apoſtolus dicit: Nolite ante tempus judicare: quoaduſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Hæc Luitprandus, qui & paulo ante, eumdem Arnulphum reum fuiſſe graviſſimorum criminum tradit, cum agit de mentis deliquio, quod eſt paſſus per ſoporiferam potionem, quam uxor Vvidonis Imp. eidem propinandam curavit; ait enim: *Credo autem Arnulphum Regem juſta ſeveri Judicis cenſura hujuſmodi peſtem incurriſſe. Secundæ enim res, dum Imperium hujus ubicumque magnificarent, virtuti ſuæ cuncta tribuit, non debitum omnipotenti Deo reddidit. Sacerdotes Dei vincti trahebantur, ſacræ virgines vi opprimebantur, conjugatæ violabantur. Neque enim Eccleſia confugientibus poterat eſſe aſylum. In his namque ſymbola faciebant, geſtus turpes, cantus ludicros, & debacchationes: ſed & mulieres eodem publice proſtituebantur.* Hæc ipſe, ſucceſſorem in Regno Germaniæ Ludovicum filium ſuum impuberem, ſeu ſeptemnem habuit anno proximo in Regni comitiis inauguratum.

Luitprand. lib. 1. 9.

2. De Arnulphi Imp. obitu, deque filii ejus Ludovici inauguratione in Regem Germaniæ extat epiſtola Hattonis Moguntini Archiepiſcopi, ejuſque ſuffraganeorum ad Joannem Papam data, qua primum ſe Romanæ Eccleſiæ addictiſſimum fuiſſe teſtatur, deinde. *De cetero veſtræ clementiæ innoteſcimus, ſeniorem noſtrum Arnulphum Imperatorem de hujus vitæ exilio migraſſe. Sed quod, quamdiu in hoc mundo ſubſiſtimus per incerta ferimur, neſcientes ubi quorumdam animæ poſt hanc lucem manſionem recipiant: veſtris quaſi provolutis veſtigiis ſubnixe poſcimus, ut animam ipſius veſtræ aucto-*

Hattonis Moguntini Episc. epiſt. ad Joannem Papam. *Labb. tom. 9. pag. 496.*

Digitized by Google

auctoritatis poteſtate a vinculis peccatorum abſolvatis, quia quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo. *Tali vero Domino, rectore, & gubernatore amiſſo, in noſtris partibus vacillavit navis eccleſiæ. Quem regem eligeret parvo tempore inſcia manſit: & quia timor magnus aderat, ne ſolidum regnum in partes ſe ſcinderet, divino, ut credimus, inſtinctu factum eſt, ut filius ſenioris noſtri quamvis parviſſimus, communi conſilio principum, & totius populi conſenſu in regem elevaretur. Et quia Reges Francorum ſemper ex uno genere procedebant, maluimus priſtinum morem ſervare, quam nova inſtitutione inſidere. Sed cur hoc ſine veſtra juſſione, & permiſſione factum ſit, veſtram haud dubitamus latere prudentiam. Nulla ſcilicet alia cauſa actum conſtat, niſi quia paganis inter nos, & vos conſiſtentibus, impeditum eſt iter noſtrum ad ſanctam matrem noſtram Romanam ſedem: ita ut nec legati a noſtra parvitate ad veſtram dignitatem dirigi potuiſſent. Sed quia tandem occaſio, & tempus advenit, quo noſtra epiſtola veſtris obtutibus præſentaretur, rogamus, noſtram communem conſtitutionem, veſtræ dominationis benedictione roborari &c.* His Bavarenſium Epiſcoporum querelas addit, eo quod Maravenſes populi ab eorum juriſdictione receſſerant, Metropolitanum ſe ab Apoſtolica ſede recepiſſe gloriantes, quod ſane ne fieret, Joannem Papam enixe rogat. Unde poſt plurima, *Poſcimus*, inquit, *ut veſtra conſolatio illorum moerorem ad lætitiam reformet, & ſemper talia membra, ſummo capiti, quod eſtis vos, ſe gaudeant adhærere &c.* His alia in eamdem rem addit, ac ut Bavarenſis Eccleſiæ dignitatem illœſam ſervaret, precatur.

Theotmari, aliorumque Episc. epiſt. ad Joannem num. *Labb. p. 498.*

3. Totam diſſidii cauſam enucleatius Theotmarus Juvanenſis Archiepiſcopus, aliique Bojariæ Epiſcopi, in epiſtola ad eumdem Joannem Pontificem exponunt, eique inſcripti leguntur præter Theotmarum, Valdo Friſingenſis Epiſcopus, Erchenbaldus Eiſtharenſis, Zacharias Sabonenſis, Tutto Ratiſponenſis, & Richarius Pataviensis, ac cum ſe hactenus Romanæ Eccleſiæ addictiſſimos fuiſſe adnotaverint, *De illa ſancta, & Apoſtolica ſede, quæ nobis ſacerdotalis mater, & origo chriſtianæ religionis*, perverſum judicium prodiiſſe ſe nequaquam credere poſſe teſtantes, hinc narrant. *Venerunt, ut ipſi promulgaverunt, de latere veſtro tres Epiſcopi, videlicet Joannes Archiepiſcopus, Benedictus, & Da-*

Bojariorum Episco-

JESU CHR. AN. 899.

porum querelæ de novis erectis Episc. ſedibus.

Labb. pag. 499.

& Daniel Epiſcopi in terram Sclavorum, qui Maraei (ideſt Moravi) dicuntur, quæ Regibus noſtris, & populo noſtro, nobis quoque cum habitatoribus ſuis ſubacta fuerat, tam in cultu Chriſtianæ religionis, quam in tributo ſubſtantiæ ſæcularis, quia exinde primum imbuti, & ex Paganis Chriſtiani ſunt facti. Et idcirco Patavienſis Epiſcopus civitatis, in cujus diœceſi ſunt; illius tempore populi ab exordio Chriſtianitatis eorum, quando voluit, & debuit, illuc nullo obſtante intravit, & ſynodalem cum ſuis, & etiam ibi inventis, conventum frequentavit, & omnia, quæ agenda ſunt potenter egit, & nullus ei in faciem reſtitit &c Paulo poſt. *Nunc vero, quod grave nobis videtur, & incredibile, in augmentum injuriæ jactitant ſe magnitudine pecuniæ id egiſſe, qualia de illa Apoſtolica ſede numquam audivimus exiſſe, neque canonum decreta ſanxiſſe, ut tantum ſchiſma una eccleſia pateretur. Eſt enim unus Epiſcopatus in quinque diviſus. Intrantes enim prædicti Epiſcopi in nomine veſtro, ut ipſi dixerunt, ordinaverunt in uno, eodemque Epiſcopatu unum Archiepiſcopum, ſi tamen in alterius Epiſcopium eſſe poteſt, & tres ſuffraganeos ejus Epiſcopos, abſque ſcientia Archiepiſcopi, & conſenſu Epiſcopi, in cujus diœceſi fuerunt*: atque id aperte ſacris canonibus adverſari probant; hinc paulo poſt Joannis octavi exemplum afferentes addunt. *Anteceſſor veſter, Sventibaldo Duce imperante, Vichingum conſecravit Epiſcopum, & nequaquam in illum Patavienſem Epiſcopatum eum tranſmiſit, ſed in quamdam neophytam gentem, quam ipſe Dux domuit bello, & ex paganis Chriſtianos eſſe patravit.* Poſt aliqua ſubjungunt: *quod nos præfati Sclavi* (nempe Moravi) *criminabantur, cum Ungaris fidem Catholicam violaſſe, & per canem, ſeu lupum, aliaſque nefandiſſimas, & ethnicas res, ſacramenta, & pacem egiſſe, atque, ut in Italiam tranſirent, pecuniam dediſſe: ſi vobis coram poſito, ratio inter nos agitaretur ante Deum, qui cuncta novit antequam fiant, & coram vobis, qui vicem ejus Apoſtolicam tenetis, eorum falſitas manifeſtaretur, & innocentia noſtra probaretur. Quia enim Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis ſemper imminebant, & perſecutione nimia ſemper affligebant, donavimus illis nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione*

tione quieſceremus. Denique poſt aliqua adverſus Moravos dicta, hæc addunt: *Quando vero Ungaros Italiam intraſſe comperimus, pacificare cum eiſdem Schlavis, teſte Deo, multum deſideravimus, promittentes ei propter Deum Omnipotentem, ad perfectum indulgere omnia mala contra nos, noſtrosque acta, & omnia reddere, quæ de ſuis noſtros conſtaret habere, quatenus ex illis ſecuros nos redderent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res ſancti Petri defendere, populumque Chriſtianum divino adjutorio redimere liceret*. Tandem Pontificem admonent, ne ex uno Epiſcopatu quinque fiant, nec Moravis falſa narrantibus, aut calumnias ſpargentibus fidem præbeat. Jesu Chr. an. 899.

4. Quam luctuoſa Italiæ, & Germaniæ, totoque christiano orbi hæc tempora fuerint, maxime poſtquam Hungari Italiam factionibus, & inteſtinis diſſidiis diviſam impune populati ſunt, ac Bavariam etiam victores aggreſſi, inaudita crudelitate, cæde, ferro, flamma vaſtarunt, lugubri ſtilo ad Dadonem Epiſcopum ſcribens deplorat Salomon Epiſcopus Conſtantienſis hujus nominis III. Luctuoſa Italiæ, & Germaniæ conditio.

Non mirere, Pater, ſi conflictamur acerbis
Litibus, & pugnis, ſi motus ferveat Orbis;
Sed mage mira putes quod non ſint funditus omnes
Et tribus, & populi funeſto marte perempti.
Ah, cum non habeant, qui fac, vel deſine dicat.

Poſt aliqua.

Plura quid his dicam? deſunt ubicumque regentes:
Diſciplina cadit: huic & contraria ſurgit.
Abſque timore quidem nihil eſſe loquuntur honorem.

Mox de Ludovici pueritia ad reſiſtendum imparis, animoque hoſtibus adaucto.

Infantibus adhuc perfungens nomine Regis
Ætas, nec pugnæ eſt habilis, nec legibus apta,
Cui Deus indulget regnis, ſceptroque potiri,
Sed tenerum corpus, ſeræque ad fortia vires
Deſpectum propriis generant, atque hoſtibus aurum.

Poſtre-

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 899.

Poſtremo tandem ſemet conſolatur petitis ex Sacra hiſtoria exemplis, & poſſe etiam Rempublicam conſtare ſub Rege adoleſcente, ſi faveat ſupremum Numen; hæc Salomon Epiſcopus illuſtri virtute, & eruditionis laude præcellens, ſeipſum, & alios ad ſpem meliorem excitans, cujus varia opuſcula tomo 16. bibliothecæ SS. Patrum inſerta ſunt.

Ludovici Regis in Italiam tranſitus, & reditus in Gallias.

Luitprand. hiſt. lib. 2. 10.

5. Ad Italiæ Regnum obtinendum ab nonnullis Italiæ Primoribus, & præcipue ab Adalberto Iporegiæ Comite Ludovicum excitatum fuiſſe anno elapſo diximus, qua ſpe allectus, cum alpes, comitante exercitu, tranſegiſſet, Berengarium cum validiori militum copia obviam habuit, cui reſiſtendo cum impar eſſet, dato jurejurando ſe numquam in Italiam rediturum, facilem redeundi in Gallias a Berengario licentiam obtinuit. *Hujus tam turpis ſceleris*, ſeu adventus Ludovici in Italiam, *auctor Adalbertus Iporegiæ civitatis* (in ſubalpinis Jurea) *Marchio*, cui Berengarius filiam ſuam *Giſilam conjugio copulaverat*. At contra rebellem generum, Adalbertum alterum, Thuſciæ ſcilicet Comitem, adjutorem Berengarius habuit, quem *pluribus collatis muneribus valde fidelem* ſibi effecerat. *Atque ideo Ludovicus tam facile eſt expulſus*, ait Luitprandus. Hæc autem hoc anno peracta eſſe, teſtatur poeta anonymus in carmine Panegyrico *de laudibus Berengarii Aug.* qui poſtquam lib. 3. ſcripſit, Lambertum tertia æſtate in venatione interfectum eſſe, librum quartum his verſibus exorditur:

Quarta igitur Latio vix dum deferbuit æſtas,
Haud ratione iterum ſolito ſublata veneno
Bellua, Tyrrhenis fundens ferra ſibila ab oris
Sollicitat Rhodani gentem, &c.
Hic dudum Auſonium cupidus regnaſſe per arvum:
Sed vetuit fortuna &c.

Nam re infecta vix ad ſua Ludovicus redire potuit.

Joannis Papæ litteræ ad Clerum, & populum Lingonienſem.

Labb. concil. tom. 9. pag. 494.

6. Querelas ab Clero, & populo Lingonienſi non ſemel acceperat Joannes Papa nonus, quibus eorum eccleſiam omni paſtorali ſollicitudine deſtitutam eſſe lamentabantur. *Ex quo Argrinus venerabilis Epiſcopus ab ipſa per ſubreptionem quorumdam receſſit Eccleſia*, licet omnes eum concorditer elegiſſent, nullumque poſt ipſum alium ſponte rece-

recepiſſent Epiſcopum. Quare Joannes IX. litteris *in menſe majo, indictione II.* datis, & Tomo IX. Concil. recitatis, Argrinum eis canonice reſtituit, *non ſententiam*, inquit, *prædeceſſoris noſtri Stephani Papæ reprehendentes, ſed utilitatis, ac neceſſitatis cauſa, canonice in melius commutantes.* Aliis litteris *V. Id. Maii Ind. II.* datis, & ibidem relatis idem Pontifex Carolum Simplicem Francorum Regem hortatur, ut *Argrini* Lingonienſis Epiſcopi reſtitutioni faveret. In Chronico S. Benigni valde laudatur Argrinus, diciturque plurima contuliſſe in Monaſterium S. Benigni, & relicto Epiſcopatus honore, biennio ante mortem ſuam in eodem monachum induiſſe, cujus memoria in eccleſia Lingonienſi nono Calendas Junii recolitur.

Joannis Papæ epiſtola ad Stylianum Neocæſareæ Episc.

Tom. 9. Labb. pag. 494.

7. Inter Joannis noni Papæ epiſtolas, altera extat ad Stylianum Neocæſareæ in Ponto Epiſcopum, qua ejus in exequendis Rom. Eccleſiæ juſſionibus obedientiam laudat, dum tempore Photiani ſchiſmatis, ejuſdem Eccleſiæ partes tutatus fuerat, quem *neque tormenta ulla*, ait Pontifex, *neque exilia, neque fraudes adulterorum hominum a matre tua te divellere potuerunt.* Atque ut in iis perſeveraret, ſchiſmatiſque ſcintillas extingueret hortatur: Quare ſubdit. *Volumus igitur, ut etiam nunc ſecundum eamdem regulam decreta ſanctiſſimorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum inconcuſſa maneant. Quapropter Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, ſicut ſanctiſſimus Papa Nicolaus, & Joannes, & ſextus Stephanus, & univerſa Romana eccleſia hucuſque tenuit, etiam nos eodem ordine illos recipimus, & tenemus, & illis qui ſuperſunt ex eorum ordine, eodem pacto nobiſcum manus præbeas hortamur: & pacis, & communionis illis concedimus unitatem, dum ipſi eodem pacto regulas ſervaverint &c.* Atque his de Joanne Papa adnotatis de geſtis hujus anni, quin & hujus ſeculi noni finem imponimus, ad decimum mox tranſituri.

Jesu Chr. An. 900.

SECULI DECIMI PROSPECTUS.

In ſeculum decimum præfatio.

DEcimum Eccleſiæ ſeculum apud ſcriptores obſcurum, plumbeum, luteum, & ſi quid deterius eſt, inter ignorantiæ tenebras, omniumque corruptelarum illuviem evolutum dicitur: Hinc auctorem quemdam, qui hoc idem ſeculum decimum, inter aurea Eccleſiæ ſecula enumerare non dubitavit cenſura ſua Dupinius caſtigavit, ex utraque tamen parte hujus ſeculi characterem exageratum fuiſſe adnotat, nam etſi cum primis Eccleſiæ ſeculis vel ad ſeptimum ſaltem comparari non poſſit, non tanta tamen undique, vel ubique ſcientiarum, litterarum oblivio, vel morum corruptela fuit, ut nonniſi execratione dignum habeatur, de quo Baronius hæc præfatur. En incipit annus Redemptoris nongenteſimus, tertia Indictione notatus, & novus inchoatur ſæculum, quod ſui aſperitate, ac boni ſterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopia ſcriptorum appellari conſuevit obſcurum. In cujus limine conſtituti, ob ea quæ pro foribus adeo flagitioſa nuper contigit aſpexiſſe, antequam progrediamur ulterius, hic Lectorem monendo, præfari aliquid neceſſarium duximus, ne quid ſcandali puſillus animo patiatur, ſi quando videre contigerit abominationem deſolationis in templo; ſed magis miretur, & cognoſcat in ejus cuſtodia divinam invigilare potentiam &c. Ac deinde ne ſcandalum lectores paterentur nonnulla addit, ac Romanam quoque ſedem, quæ hactenus priſtinam dignitatem, majeſtatemque retinuerat, ineunte hoc ſeculo fœdatam fuiſſe deplorat, cum præcipue viri Principes Romani Pontificis electionem tyrannice ſibi uſurpaſſent. Unde *Quot tunc ab eis! proh dolor, proh pudor! in eamdem ſedem, Angelis reverendam, viſu horrenda intruſa ſunt monſtra? Quot ex eis oborta ſunt mala, conſummatæ tragœdiæ! quibus tunc ipſam ſine macula, & ſine ruga contigit aſpergi ſordibus, putoribus infici, inquinari ſpurcitiis, ex hiſque perpetua infamia denigrari &c.* Et ſane quam temere, inſulſeque noſtri temporis novatores, ex aliquorum hujus ſeculi Romanorum Pontificum perverſitate,

Dupin præfat. ad ſecul. 10. tom. 10.

tate, morumque corruptela, Romanam Eccleſiam, vel Sedem infamare conati ſint, nemo ignorat. Ex his unus audiatur Joannes Seurius Calviniſta, hæc ad aunum 897. adnotans. *Et de tels Papes il en conte dix de ſuite. Comment donc peut avoir duré cette ſucceſſion non interrompue des ſucceſſeur de S. Pierre, dont on ſes vante, pendant que de tel monſtres ont uſurpe la chaire.* Hæc is auctor, quæ latine ſic ſonant. *Ex his Pontificibus decem ſibi invicem ſucceſſerunt. Quomodo ergo perduravit non interrupta ſucceſſorum Petri ſucceſſio, in qua tantopere fident, cum hujuſcemodi monſtra eam ſedem uſurpaverint.* His ſimilia adnotat, exageratque Moſhemius, Hermannus Venema, ceterique reformatæ Eccleſiæ ſcriptores. Perduravit nihilominus in Romanis Pontificibus ſucceſſio Pontificum, cum alter alteri ſubrogatus eſt, in iiſque etſi ſanctitas, doctrina Petri, aliorumque Pontificum nequaquam effulſit; dignitas tamen, quæ in indigno etiam ſucceſſore tranſit, transfuſa eſt, in iiſque, etſi Pontificatu indignis, Chriſti promiſſio perſeveravit, qua dixit. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt.* Ac cum Auguſtino in Donaiſtarum cauſa dicimus. *Nihil præjudicat eccleſiæ catholicæ toto orbe terrarum diffuſæ. Nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur.* Eadem quippe ſemper perſeverat in Eccleſia veritas, eadem ſemper unitas. *Quiſquis ab hac unitate vento ſuperbiæ tamquam ſola palea ſeparetur, areæ Dominicæ propter commixtam paleam, quid calumniatur*, ait idem Auguſtinus, cum præcipue hoc quoque ſeculo ex Romanis Pontificibus non defuerint, qui Romanam ſedem doctrina, & pietate illuſtraverint, cujuſmodi fuere Benedictus quartus hujus ſeculi anno primo 900. ordinatus, Stephanus octavus, Leo ſeptimus, Agapitus ſecundus, & Martinus, quorum geſta, & elogia ſuo loco, & tempore referemus. Eccleſiaſticam vero diſciplinam, æque ac monaſticam in tanta rerum perturbatione, litterarumque oblivione, collapſam hoc ſeculo, inertemque ſtetiſſe dubitari vix poteſt. Monaſteria quippe Galliarum (eadem ſors erat ceterorum Germaniæ, & Italiæ) ſecularibus viris paſſim tradita, ac direptionibus expoſita, nulla ibidem regularis diſciplina vigere potuit, ut teſtis eſt Hugo Antiſſiodorenſis in chronico, dum ait. *Val-*

Jesu Chr. an. 900.

tom. 7. pag. 182.

Matth. 24. 16.

Aug. de unico baptism. cap. 16.

Jesu Chr. an. 900. *de hoc tempore monaſticæ religionis fervor in plerisque Galliarum locis tepuerat, & rarus in aliquo monaſtico habitu induto mundi contemptus inveniebatur. Abbatiæ ſiquidem antiquiores, quæ in urbibus Franciæ, ſeu caſtris nobilioribus fuerant editæ, a religioſoris propoſiti tramite adeo exorbitaverant, ut pene omnes, qui in eis divinis videbantur mancipati obſequiis, curis carnis, & ſuæ voluntatis ſtudio, & intentioni addicti eſſent.* Adeo ut vix ex tot monaſteriis unum, aut alterum occurrat, in quo regularis diſciplina retenta fuerit, ne tamen penitus eadem deperiret, Cluniacenſium ordo hujus ſeculi initio ortus, & in varia loca diffuſus, ut in priſtinum ſplendorem monaſtica diſciplina remitteretur, ac ut dilataretur effecit. Eadem etiam ratione, etſi inter ignorantiæ tenebras hoc ſeculum evolviſſe dicatur, quamplurimi nihilominus ſcriptores in ejuſdem decurſu occurrent, qui pro modulo ſuo, & quantum temporis conditio ferebat, ſacras, & prophanas litteras coluerunt, easdemque inſtaurare, & poſtliminio revocare conati ſunt, de quibus plura dabunt auctores hiſtoriæ litterariæ Galliarum, aut Mabillonius in præfatione ad ſeculum quintum ordinis S. Benedicti. His prænotatis ad geſta anno primo ſeculi hujus enarranda, Deo auſpice, tranſimus.

JESU CHRISTI an. 900. Benedicti Papæ 1. Leonis Sapientis Imp. 15.

Fulco Rhemensis Episcopus occiditur.

1. Ab triſtiſſimo caſu, inmanique facinore annum hujus ſeculi primum auſpicamur, a Fulconis ſcilicet Rhemenſis Archiepiſcopi, totius Galliæ Primatis interitu, quam Balduinus Flandriæ Comes, filius Balduini ſenioris, eo quod tum privata admonitione, cum Synodalibus geſtis, ut ab uſurpatione rerum Eccleſiaſticarum ſe abſtineret, ſacerdotali libertate admonuerat, ſub pacis prætextu, ad ſe vocatum, per ſatellites ſuos vita privavit, ut narrat Flodoardus in ejus vita, cujus corpus ab Rhemenſibus cum ingenti luctu in Rhemenſi Eccleſia cum hoc elogio tumulatum fuit.

Flodoard. lib. 3. cap. 9.

Fulconis Rhemens. Episc. epitaphium.

Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur,
Rhemorum ſedis præſulis egregii.

Ger-

Digitized by Google

Germine nobilium, quem Francia protulit ortum,
Aulaque de ſcholis ſumpſit, & excoluit.
Hunc Deus aſſumptum ſtatuit virtute probatum,
Eccleſiæ ſpeculum, Pontificemque pium.
Septenos, denoſque ſimul, qui præfuit annos
Tres menſes, denos inſuper, atque dies.
Auxit Epiſcopium, ſuperaddens plurima rerum,
Vrbis & iſtius mœnia reſtituit.
Orbis honor, patriæ tutor, pietatis amator,
Pro ſtudio pacis confoditur jaculis.
Septemnum, denumque diem jam menſis agebat
Junius, & dira morte peremptus obit.
Cui Matris Domini, pariter quoque præſulis almi
Remigii pietas obtineat requiem,
AMEN.

Jesu Chr. an. 900.

Ultio divina in interfectores Fulconis.

2. Fulconis autem interfectores divinam mox ultionem expertos fuiſſe idem Flodoardus adnotat, hæc addens. *Denique Vvinſmarus ejus interemptor, ab Epiſcopis Regni Francorum eſt cum ſuis complicibus excommunicatus, & anathematizatus, inſuper inſanabili a Deo percuſſus ulcere; ita ut putreſcentibus carnibus, & exundante ſanie, vivus devoraretur a vermibus. Et dum propter immenſitatem fœtoris nullus ad eum accedere poſſet, miſerrimam vitam miſerabili deceſſu finivit.* Hæc de ultione divina in ſacrilegum Flodoardus, qui ubi epiſtolas ab Fulcone ad diverſos ſcriptas enumeravit, earumque argumenta perſtrinxit, de ceteris ab eo præclare geſtis, quibus Rhemenſem illuſtraverat Eccleſiam, atque ad eam corpus Remigii ex Orbacenſi monaſterio reduxerat, aliiſque Sanctorum pignoribus ditaverat, de Scholis etiam ab eo ibidem apertis, hæc idem ſubjicit. *Vocato Remigio Antiſſiodorenſi magiſtro, liberalium artium ſtudiis adoleſcentes clericos exerceri fecit; ipſeque cum eis lectioni, ac meditationi ſapientiæ operam dedit, ſed & Hucbaldum Sancti Amandi monachum, virumque diſciplinis ſophicis nobiliter eruditum accerſivit, Eccleſiamque Rhemenſem præclaris illuſtravit doctrinis.* Huic autem tanto paſtori, ut idem auctor tradit hoc eodem anno Heriveus, ſive Herveus dictus, vir pariter ab eodem ſatis laudatus ſucceſſit.

3. He-

Jesu Chr. an. 900.

Excommunicationis formula in Fulconis interfectores lata.

Balut. capitul. tom. 2. pag. 670.

3. Heriveus vero Fulconis ſucceſſor ordinatus, in ſceleris auctores, Epiſcopis, qui ad ejus ordinationem advenerant, adſtantibus, excommunicationis ſententiam dixit, eoſdemque diris devovit, anathematis formulam inter plures ejuſdem generis exhibet Balutius, his verbis conceptam. *Anno nongenteſimo Dominicæ Incarnationis, pridie nonas Julii, primo ſcilicet die quando ordinatus eſt Heriveus in Archiepiſcopatu Rhemenſi Epiſcopus, lecta eſt excommunicatio hæc, quæ ſequitur in eccleſia S. Mariæ Remis præſentibus Epiſcopis infraſcriptis Heriveus &c. Notum ſit omnibus ubique ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus tam Clericis, quam Laicis, quod nos, & commiſſa nobis omnis Eccleſia nimia perturbatur triſtitia, pro inaudita re poſt perſecutionem temporis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum; de occiſione nimirum Patris, & Paſtoris noſtri Fulconis ab impiis perpetrata, qui pro regni utilitate, & totius ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, pro viribus die, noctuque deſudant, ac ſeipſum in defenſione omnium Eccleſiarum in hoc Regno conſiſtentium muro protectionis opponens. Res enim earum a Balduino Comite filio Balduini ac Judith contra omnem legem, & divinam, & humanam pervadebantur: ideo ab ipſius Balduini hominibus Vinemaro, Everardo & Ratfrido, ceteriſque eorum complicibus interfectus crudeliſſime occubuit. De ejus morte totius Eccleſiæ ordo, atque profeſſio merito contriſtatur, & lamenta compaſſionis ex intimis cordium ſuſpiriis emittit. Quia igitur tale ſcelus noſtris temporibus perpetrare non timuerunt, quod antea, niſi forte a Paganis, in eccleſia non auditum, quia non eſt actum; In nomine Domini, & in virtute Sancti Spiritus, nec non auctoritate Epiſcopis per B. Petrum Principem Apoſtolorum divinitus conlata, ipſos a ſanctæ matris Eccleſiæ gremio ſegregamus, ac perpetuo maledictionis anathemate eos condemnamus &c.* Ac ingeminatis adhuc maledictionibus, quæ eoſdem ubique in domo, in agro &c. comitarentur, tandem. *Nullus eis Chriſtianus ave dicat. Nullus Presbyter miſſas aliquando celebrare, nec ſi infirmati fuerint, confeſſiones eorum recipere, vel ſacroſanctam communionem eis, niſi reſipuerint, etiam in ipſo vitæ ſuæ fine præſumat umquam dare, ſed ſepultura aſini ſepeliantur, & in ſterquilinium ſuper faciem terræ ſint, ut ſint in exemplum opprobrii, & maledictionis præſentibus generationibus, & futuris, & ſicut hæ*

lucer-

lucernæ de noſtris projectæ manibus hodie extinguuntur , ſic eorum lucerna in æternum extinguatur . Quibus patet Epiſcopos ibidem congregatos lucernas tenentes , eaſdem in terram projectas abjeciſſe , quo loco alias excommunicationis formulas idem Balutius recitat , ſicuti paulo ſupra alias plurimas exorciſmorum , in vulgaribus præcipue probationibus adhibitas , aquæ ſcilicet calidæ , vel frigidæ , ferri ferventis , ſive ad furta reprimenda , vel detegenda ; ad revocandas diſperſas apes , vel ad maleficia reſolvenda , quarum ſane plurimæ utpote ſuperſtitionis labe , vel periculo ſuſpectæ , ab Eccleſia receſſerunt , ac etiam prohibitæ ſunt .

Jesu Chr. an. 900.

4. Heriveus vero nonis Julii in Remenſem Archiepiſcopum ordinatus , Fulconis prædeceſſoris veſtigia ſequens , miſſis ad Joannem nonum litteris , Apoſtolicam ſedem conſuluerat de pœnitentia Normannis imponenda , qui poſt ſuſceptum baptiſma gentiliter vixerant , eique reſcribens Pontifex , ejuſdem prudentiæ , & arbitrio totam rem committit . *Equidem* , ſubdit , *ſi tirones ad fidem non forent , canonica experirentur judicia . Unde quia ad fidem rudes ſunt veſtro utique libamini , veſtræque cenſuræ committimus experiendos , qui & illam gentem veſtris confiniis vicinam habentes , ſtudioſe advertere , & illius mores , actuſque omnes pariter , & converſationem agnoſcere præ ceteris valeatis . Quod enim mitius cum eis agendum ſit , quam ſacri cenſeant canones , veſtra ſatis cognoſcit induſtria , ne forte inſueta onera portantes , importabilia illis fore , quod abſit , videatur , & ad prioris vitæ veterem , quem expoliaverunt , hominem , antiquo inſidiante adverſario , relabantur &c.* Ac munera cum litteris miſſa ſe accepiſſe narrat , eique fauſta precatur .

Joannis Papæ epiſt. ad Heriveum Rhemen. Archiepiſc.

Labb. tom. 9. pag. 483.

5. Herivei quidem epiſtola ad Joannem nonum data periit , at alia ejuſdem extat ad Vidonem Rothomagenſem Epiſcopum eodem de argumento ſcripta , de pœnitentia ſcilicet Nortmannis ſive baptizatis , vel non baptizatis imponenda , qui paganico errore Eccleſias vaſtaverant , Chriſtianoſque ex Clero , & populo occiderant , ac mitius cum iis agendum eſſe , quam canonum auctoritas , & ſeveritas exigebat , ab Vidone interrogatus reſpondet , multiſque exemplis confirmat , ac primum Joannis Apoſtoli exemplum affert , dum facinoroſum juvenem latronem , & homicidam levi

Herivei Rhemens. Episc. epiſt. ad Vidonem Rothomag.

JESU CHR. AN. 900.

Euſeb. hiſt. eccleſ. lib. 3. cap. 23. Labb. to. 9. pag. 491.

levi impoſita pœnitentia eccleſiæ reconciliavit, ut apud Euſebium legitur, ex apocryphis Silveſtri Papæ actis Conſtantini Imp. exemplum addit, deinde ex S. Gregorio Papa, Ambroſio, Auguſtino, Remigio, Vedaſto, Baſilio, Leone, Celeſtino Pontificibus, ac conciliorum Nicæni, Carthaginenſis, Ancyrani confirmat, ut ibidem videre eſt.

Joannis Papæ noni obitus, cui Benedictus ſuccedit.

6. Quouſque poſt datas ad Heriveum Remenſem Epiſcopum litteras ſuperſtes fuerit Joannes Papa nonus, non conſtat, hoc tamen anno eum e vivis abiiſſe, & quidem ineunte Auguſto contendit Pagius, deſinente tamen anno ex inſcriptione Romæ e tenebris eruta, & a Creſcimbenio in hiſtoria S. Mariæ in Coſmedin lib. 2. cap. 10. pag. 81. inſerta eum e vivis exceſſiſſe tradit Manſius in nota ad hunc annum, quod etiam ex epiſtola ab Heriveo Remenſi Archiepiſcopo accepta, & ad eum data confirmat, nam nonis Julii is ordinatus, ut diximus, litteras ejus nequaquam accipere, multoque minus eis reſpondere potuiſſet, ſi Auguſto ineunte e vita exceſſiſſet, neque ex Ludovici coronatione in Imperatorem a Benedicto Joannis ſucceſſore, Auguſto ineunte facta, idem evincit, nam etſi eam hoc ineunte anno peractam fuiſſe multis argumentis probare conetur Pagius, eam nihilominus commodius, ac veroſimilius ad annum ſequentem alligari poſſe ait Muratorius, ac Pagii opinionem ex plurium diplomatum nota facile everti adnotat Manſius hoc anno.

Hungarorum irruptio in Italiam. *pag. 500.*

7. Inter cetera a Sclavis, ſive Maranenſibus objecta crimina Bavariæ populis, ac ab Theotmaro in ſupracitata ad Joannem Pontificem epiſtola, tamquam ſibi per calumniam affictа id erat, quod ferociſſimam Hungarorum gentem, ad Italiæ perniciem immiſiſſent. *Quod nos præfati Sclavi criminabantur cum Hungaris fidem catholicam violaſſe, & per canem, ſeu lupum, aliaſque nefandiſſimas, & ethnicas res, ſacramenta, & pacem egiſſe, ut Italiam tranſirent, pecuniam dediſſe*; quod ſane falſum eſſe addit. Id tantum cum iis tranſactum. *Ut quia Chriſtianis noſtris longe a nobis poſitis ſemper imminebant, & perſecutione nimia affligebant, donavimus illis nullius pretioſæ pecuniam ſubſtantiæ, ſed tantum noſtra linea veſtimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus, & ab eorum perſecutione quieſceremus &c.*, ac Sclavos potius cum Hungaris conjun-

junctos, innumeras iis in regionibus edidiſſe ſtrages addit Theotmarus, ſeque potius ad Italiæ defenſionem adverſus Hungaros paratos fuiſſe his aliis verbis adnotat. *Quando vero Hungaros Italiam intraſſe comperimus, pacificare cum iiſdem Sclavis, teſte Deo, multum deſideravimus, quatenus tamdiu ſpatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare, & res Sancti Petri defendere, populumque Chriſtianum divino adjutorio redimere liceret, & nec ipſum ab eis obtinere potuimus.* Hactenus Thotmarus Suvarenſis, ſive Salisburgenſis Epiſcopus ad Joannem Papam, ſeipſum, ac Bavaros, ſive Pannonios excuſans, totamque culpam in Sclavos contra refundens; quia tamen hæc prima Hungarorum in Italiam irruptio, torrentis inſtar fuerat, quæ omnia ſibi obvia vaſtat, ac diripit, indeque ad ſua paulo poſt tranſierant, hinc in epiſtolæ fine, pecuniam Romanæ eccleſiæ debitam, quam *per infeſtam Paganorum ſævitiam, nec per me poteram, nec per alios tranſmittere. Sed quia Dei gratia liberata eſt Italia, quando citius potero, vobis tranſmittam.*

Jesu Chr. an. 900.

8. Quam luctuoſa hæc prima Hungarorum irruptio fuerit, hoc, vel præcedenti anno in Italiam facta, cum adhuc Joannes Papa nonus viveret, narrant paſſim hujus temporis ſcriptores, ex his Annaliſta Fuldenſis a Frehero editus, his verbis opus ſuum abſolvit. *Avari, qui dicuntur Hungari tota devaſtata Italia* (excurrentes) *itaut occiſis Epiſcopis quamplurimis, Italici contra eos depellere molientes, in uno prælio, in una die eeciderint viginti millia. Ipſi namque Hungari, eadem via, qua intraverant, Pannoniam, & maxima parte devaſtantes regreſſi ſunt.* Inter Italiæ Epiſcopos in ea Hungarorum irruptioue occiſos, Ludmardum, ſive potius Liutardum Vercellenſem Regino numerat, quem in via, dum cum theſauris ſuis fugeret, interceptum, Hungari occiderunt, prætioſamque ſupellectilem aſportarunt. Fuſiori ſtylo rem totam narrat Luitprandus, ac nonnullis de Italici belli apparatu præmiſſis addit, inſtante vix vere: *Cum immenſo atque innumerabili exercitu collecto Hungari Italiam petunt, Aquilejam, & Veronam pertranſeunt munitiſſimas civitates, & Ticinum, quæ nunc alio excellentiori vocabulo Papia vocatur, nullis reſiſtentibus veniunt &c.* Tam inopinato hoſpite perterritus Berengarius, *Italorum, Thuſcorum, Volſcorum, Camerinorum, Spoletinorum* exercitum gre-

Quam luctuoſa Italiæ fuerit Hungarorum irruptio.

Luitprand. hiſt. lib. 2. *cap.* 4. 5. 6.

Jesu Chr. an. 900. congregavit, *factuſque eſt exercitus triplo Hungarorum validior*, ait is auctor. Quare Hungari perterriti Habdnam flumen natando tranſierunt, *itaut nimia feſtinatione plurimi ſubmergerentur*, ac conſilio inito, Hungari *Chriſtianos rogant, quatenus præda omni cum lucro reddita, ipſi incolumes remeare poſſent &c.* At repulſam paſſi, fuga ſibi Hungari conſulentes, in Veronenſes campos perveniunt, ubi a Berengarii militibus in fuga vexati, ac pene obſeſſi, iterum pacem petierunt, ac datis obſidibus ſe non ſolum omnem ſupellectilem, captivos, arma omnia, equos reſtituturos promittunt, ſi liberum iis aditum ad propria daretur, ſed etiam Italiam numquam amplius ingreſſuros, filiis ſuis obſidibus datis promiſerunt. *Verum heu Chriſtiani ſuperbiæ tumore decepti, minis paganos, ſeu jam victos inſequuntur.* Ob quam rem in deſperationem acti, ac pro vita certantes audaciores effecti, ex improviſo Italorum exercitum ex itinere fatigatum, & victoriæ ſecurum aggreſſi, obvios quoſque jugularunt, magnaque ſtrage edita, in fugam verterunt, ac immenſis onuſti Italorum ſpoliis ad ſua ſecuri redierunt, unde ad Italiæ perniciem non ſemel poſtea ſunt reverſi, de quibus infra.

Ludovicus Provinciæ Rex in Italiam redit. *Luitpr. lib. 2. 10.*

9. Italiæ calamitates, continuis bellorum tumultibus afflictæ auxit ſecundus Ludovici Provinciæ Regis in Italiam tranſitus, anno quippe proximo in eam vix ingreſſus, inde exceſſerat, ut ibidem adnotavimus. At ut Berengarium adverſus Hungaros exercitum moviſſe cognovit, melioris fortunæ ſpe illectus, aut etiam ab Italorum Principibus adverſus Berengarium excitatus, juramenti immemor, iterum in Italiam hoc anno erupit. Hinc Luitprandus anni proximi expeditione narrata, mox ſubdit. *Modica temporis tranſcurſa intercapedine, Rex Berengarius nominato Adalberto gravis eſt viſus. Cui rei Berta conjux ſua, Hugonis Regis, qui noſtro poſt tempore in Italia regnavit mater, non modice fomitem miniſtravit. Unde factum eſt, ut conſulto eodem Adalberto Marchione, cæteri Italienſes Principes propter eumdem Ludovicum, ut adveniret, tranſmitterent. Qui cupiditate regnandi, oblitus juriſjurandi, venit concitus in Italiam. Videns itaque Berengarius, quod Ludovicus tum ab Italienſium, quam a Tuſcorum ſuſciperetur Principibus, Veronam profectus eſt; Ludovicus vero cum Italienſibus eum proſequi non deſi-*

Luitpr. ut ſupra.

deſiſtens, *Verona etiam illum expulit*, *totumque Regnum ſibi viriliter ſubjugavit*. His addit Luitprandus in Thuſciam uſque Ludovicum tranſiiſſe, ac Lucam ingreſſus, *decenter miroque paratu ab Adalberto* (Marchione) *ſuſcipitur*. Pagius vero Romam uſque Ludovicum hoc anno profectum, a Benedicto Papa ibidem Imperiali corona donatum fuiſſe ſcribit, multiſque argumentis confirmare ſatagit, at anno tantum proximo Imperialem coronam a Benedicto Pontifice promeruiſſe Ludovicum certioribus argumentis probat Muratorius, cui etiam ſubſcribit Manſius ad hunc annum. Multa quippe prælia inter Berengarium, & Ludovicum præceſſerunt, antequam Romam victor Ludovicus ingrederetur, de quibus hæc narrat Regino. *Inter Ludovicum*, *&* *Berengarium in Italia plurimæ congreſſiones fiunt*, *multa certaminum diſcrimina ſibi ſuccedunt*. *Noviſſime Ludovicus Berengarium fugat*, *Romam ingreditur*, *ubi a Summo Pontifice coronatus imperator appellatur*, anno ſequenti, ut mox dicturi ſumus.

Pagi an. 900. not. 14. 15. 16.

10. Interea ne ullus a bellorum tumultibus hoc tempore ab Alpibus Cottiis ad Fretum Siculum, in Italia locus immunis eſſet, in Campania quoque res eouſque turbatæ fuerunt, ut Radelchius, ſeu Radelgiſus ſecundus e Beneventano ducatu ejectus, Athenulpho Capuano Comiti locum cedere coactus fuerit, ut ex Anonymo Beneventano aliiſque narrant Peregrinus, & Muratorius.

Ducatus Benvent. ex Radelgiſo ad Athenulphum tranſit.

Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 1.

11. *Hoc* quoque *anno nonagenteſimo*, ait Aſſerus in vita Alfredi Regis Angliæ. *Elfredus veridicus, vir in bello per omnia ſtrenuiſſimus*, *Rex Occidentalium Saxonum nobiliſſimus*: *prudens vero*, *&* *religioſus atque ſapientiſſimus*, *hoc anno poſtquam regnaſſet viginti novem annis*, *&* *dimidium ſuper totam Angliam*, *præter illas partes*, *quæ ſubditæ erant Dacis* (ideſt Danis): *cum magno ſuorum dolore*, *viam univerſitatis adiit die VII. Kalendarum Novembrium*, *anno regni ſui vigeſimo nono*, *&* *dimidio*: *anno vero ætatis ſuæ quinquageſimo primo*, *Indictione quarta*. Ethelverdus lib. 4. cap. 3., qui Eahelredo Regi, Alfredi fratri, e filio nepos fuit, ait eum de hoc mundo tranſiiſſe *ſeptima die ante ſolemnia Sanctorum omnium*: uterque vero Chronographus Saxo, *ſex noctes ante feſtum omnium Sanctorum*, quod die prima Novembris celebratur, qua in enumeratione alter diem emortualem includit, alter excludit.

Alfredus Rex Angliæ moritur, eique Eduardus ſuccedit.

13. Is

Jesu Chr. an. 901. De geſtis Alfredi Regis.

12. Is porro rebus in bello, & pace geſtis claruit, nam Danorum copias continuo in Brittaniam irruentes repreſſit, & in maximis occupationum fluctibus, non ſolum diſciplinarum liberalium ſtudia non intermiſit, ſed etiam omnes conatus ad litteras in Anglia reſtituendas convertit. Plures libros e lingua latina in Saxoniam vertit, inter quos Hiſtoriam Bedæ de gente Anglorum. Idem autem Alfredus in præfatione ad Paſtorale S. Gregorii Magni, loquens de ignorantia, quæ ſuorum ſubditorum animos obnubilabat, ait: *Adeo funditus concidit apud gentem Anglicanam* (nempe ſapientia, & doctrina) *ut pauciſſimi fuerint ex Humbris, qui vel preces ſuas communes in ſermone Anglico intelligere potuerunt, vel ſcriptum aliquod e latino in Anglicum transferre. Tam ſane pauci fuerunt, & ne unum quidem recordari poſſint ex auſtrali parte Thameſis, tum cum ego regnare occæperam. Gratiæ Deo Omnipotenti ſint, quod nunc tandem aliqui in Sede ſint, qui docere queunt.* Alfredo ſucceſſit Eduardus filius, *litterarum ſcientia multum inferior patre, ſed regni poteſtate incomparabiliter glorioſior*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. Quia vero poſt eum, plures ejuſdem nominis Reges in Anglia fuere, Eduardus Alfredi filius *Eduardus ſenior* communiter appellatur; eoque cognomine ab Eduardo martyre, & ab Eduardo Confeſſore, ſanctiſſimis Regibus diſtingui ſolet.

JESU CHRISTI annus 901. Benedicti 4. Papæ 2. Ludovici 3. Imp. 1. Leonis Sapientis Imp. 16.

Benedicti Papæ litteræ ad Galliarum Epiſcopos, & Principes.

1. Joannes Papa nonus datis tum ad Carolum ſimplicem Francorum Regem, cum ad Clerum, & populum Lingonienſem literis Argriuum in Lingonienſem Epiſcopum canonice ordinatum, ut in ſua reciperetur Sede, unde depulſus fuerat, juſſerat, ſuæ tamen Sedis poſſeſſionem, adverſariorum factione prohibitus inire nequaquam is potuit; ob quam rem Benedicti Pontificis auxilium imploraverat, qui coacto Romæ in Lateranenſi Eccleſia concilio, prædeceſſoris ſui Joannis geſta confirmavit, ac datis ad Epiſcopos, & Principes Galliarum, & ad Clerum, populumque Lingonienſem litteris, ut tandem Argrino ſuam recuperare Sedem li-

liceret, hortatus eſt, quin ſub anathematis pœna adverſus quoslibet, qui eum prohibere præſumpſiſſent, juſſit, ac data dicitur, *per manum Sergii Sanctæ Romanæ eccleſiæ ſcriniarii in menſe Auguſto, indictione tertia, data* 12. *Kal. Septemb. per manus Leonis Dei pietate Primicerii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, Anno Domni Benedicti Papæ primo, anno ſecundo poſt obitum Lamberti Imp. Auguſti indict.* 3., eademque die ſecunda Kal. Septemb. indict. 3. ſignata eſt epiſtola altera ad Clerum, & Populum Lingonienſem.

Jesu Chr. an. 901. Benedictus Papa Argrinum Lingonienſem Epiſc. ſuæ Sedi reſtituit. *Labb. to. 9. pag.* 511. & 512.

2. Ludovicus vero Provinciæ Rex Italiam anno proximo, ut diximus, ingreſſus, ac victricibus armis Bononiam uſque Januario ineunte hujus anni progreſſus, ut ex diplomate ejuſdem probat Muratorius, Romam tandem pervenit, ubi a Benedicto Pontifice, Romanoque Senatu, & Populo honorifice exceptus, Imperii coronam ab eodem Benedicto accepit, cujus Februario ineunte extat judicialis ſententia Romæ data. *Anno Imperii Domni Ludovici primo, Menſe Februarii indictione quarta*, initium vero his verbis conceptum. *Dum Domnus Ludovicus Sereniſſimus Imperator Auguſtus a regale dignitate Romam ad ſummum Imperialis culminis apicem per ſanctiſſimi ac ter beatiſſimi Summi Pontificis, & univerſalis Papæ Domni Benedicti dexteram adveniſſet, atque cum eodem reverendiſſimo Patre cum ſanctiſſimis Romanis, ſeu Italicis Epiſcopis, atque Regni ſui Ducibus, & Comitibus, ceteriſque Principibus &c. in Palatio quod eſt fundatum juxta baſilicam Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis in Gaabia majore ipſius Palatii*, ſeu ampliori aula, *pariter cum eodem Summo Pontifice in judicio reſediſſet &c.* Atque ex his patet, quod cum in judiciis ferendis juriſdictionem Romæ exerceret Imperator, annuente Romano Pontifice, qui ejus lateri inhærebat, id feciſſe. An autem Februario ineunte coronatus fuerit Ludovicus, ut ex eodem inſtrumento probatur, incertum reddunt ſupra relatæ Benedicti Papæ epiſtolæ ſecundo Kal. Septemb. inſcriptæ, dum adhuc vacaret Imperium, ac proinde datæ *anno ſecundo poſt obitum Lamberti Imp. Auguſti &c.* Hinc eas anno proximo datas fuiſſe Pagius contendit, cui facile ſubſcribimus, ne in Chronologica unius anni quæſtione diu immoremur.

Ludovicus tertius Imperator a Benedicto Papa coronatur.

Fiorentini memorie di Matilde in append. Murat. hoc an.

3. Cum hactenus cum dignitate Imperium Leo ſapiens per annos 16. adminiſtraſſet, hoc anno conjuratio in eum de-

Conjuratio in Leonem

JESU CHR. AN. 902. Imp. qui in capite percutitur. detecta eſt, ac in vitæ diſcrimen adductus fuit, ut his verbis narrat Curopalates. *Poſt hæc autem in magnum vitæ diſcrimen adductus eſt hoc eodem anno idem Leo Imperator, dum procedens ſolemni pompa ad Eccleſiam ſancti Mocii martyris ex antiqua Imperatorum conſuetudine, ab inſano percutitur vecte in capite, cui prædicitur a Marco Abbate fore ut non moreretur, ſed ad decennium vitam propagaret. Quod & factum eſt. Porro ſolemnis illa proceſſio ab eodem Imperatore ſublata eſt*. Eademqne fuſiori ſtylo Simeon Logotheta, & Theophanis continuator pag. 225. Leo etiam Grammaticus, nullum conjurationis complicem tunc detectum fuiſſe adnotat. Nam *apprehenſus qui percuſſerat Imperatorem, & examinatus, pœnas plurimas, & tormenta in dies aliquot prolata ſuſtinuit, & ut nullum conjurationis participem confeſſus eſt, manibus & pedibus demum præciſis, ad Circi metam combuſtus eſt*. Aliam a Zautze quodam, filioque ejus paulo ante adverſus Leonem conjurationem excitatam, & a Zoe Imperatoris pellice detectam, narrant iidem Chronologi Leo, & Theophanis continuator, ut ibidem videre eſt, ac plura de ejuſdem uxoribus, illicitiſque amoribus narrant, quæ noſtri inſtituti ratio, ut exſcribantur, non patitur.

pag. 481.

pag. 478. & 222.

JESU CHRISTI ANNUS 902. BENEDICTI 4. PAPÆ AN. 3. LUDOVICI IMP. 2. LEONIS SAPIENTIS IMP. 17.

Ludovicus Aug. Italia pellitur. 1. Eadem facilitate, qua Ludovicus provinciæ Rex Italiæ Regnum, ejecto ex ea Berengario, Imperiiique coronam a Benedicto Papa obtinuerat, eadem, inquam, facilitate paulo poſt cum dedecore, ac oculis orbatus Italiæ finibus ejectus eſt. Itaque cum totam pene Italiam ſuæ ſubjeciſſet poteſtati, poſt coronam Imperii Romæ adeptam, inde digreſſus, in Longobardiam tranſiens, Februario ineunte Papiæ erat, ut ex ejuſdem diplomate probant Muratorius, & Pagius, cujus hæc eſt inſcriptio *Dat.* 11. *idus Febr. an. Domini* 902. *indict.* 5. *anno primo Imperante Domino Ludovico in Italia actum Papiæ*: ex Papienſi urbe Veronam tranſierat Ludovicus ubi de Italiæ Regno adepto exultans, ſecurus morabatur eo quod præſertim Berengarium Italia profugum in Bojariam abiiſſe

ſe fama vulgaverat, ut auctor Panegyrici in laudem Berengarii his verſibus narrat. Jesu Chr. an. 902. apud Murat. rer. Ital. to. 2. part. 1. pag. 40.

Nil veritus, metuendo nimis, quia ſuſtulit ipſum,
Fama Berengarium lethi diſcrimina paſſum.

At nec ſpem abjecerat Berengarius, deque Regno Italiæ recuperando ſollicitus erat; hinc cum Veronenſes Ludovico infeſtos eſſe ſciret, eo quod eorum, Italorumque agros militibus ſuis undequaque diſperſis tradidiſſet, ut his verſibus ſupracitatus poeta deſcribit.

Interea Ludovicus ovat, Regnumque fatigat,
Faſtibus, ideſt cenſu, *ac tantos ſibimet blanditur honores,*
Hoſte velut necto ſpoliis potiatur opimis,
Infauſtos Veronæ etiam contendit ad arcem,
More pii Regis tamen, ut ſubſedit apertis.
Mœnibus, antiquos ſociis determinat ægros.

Berengarius autem cum ſelecta militum manu, ex Bojaria per Tirolenſes alpes Veronam ex improviſo adveniens, ac ab Veronenſibus in urbem profunda nocte receptus Ludovicum e Templo, in quo ſe receperat, abſtractum, cum jam dies illuceſceret, oculis orbavit, ac in Galliam redire permiſit, de quibus iterum Berengarii panegyriſta audiatur.

Ludovicus excœcatus in Gallias redit.

Talibus adveniunt urbem muroque propinquant.
Scilicet admiſſi penetrant miſerabile Templum,
Quo Ludovicus erat (S. Petri ſcilicet) *ſubito rapiuntque ligantque,*
Et pulchros adimunt oculos, ſecurus in aula,
Forte ſedebat enim, idcirco pia lumina lucis,
Perdidit, obſeſſus tenebris quoque Solis in ortu.

excœcatus ſcilicet, dum jam illuceſceret dies. Cum eo Joannes quidam Veronenſium præcipuus, qui Ludovico faverat, quem poeta Curtum a femoribus dictum fuiſſe, ac a Muratorio Joannes a Bracacurta dictus periit, unde ſubdit.

Tu

Jesu Chr. an. 902.

Tu ponens etiam curtum femorale Joannes,
Alta tenes turri, in qua ſe receperat, *ſi forte reſumere vitam,*
Sit potis: hinc traheris tamen ad diſcrimina mortis,
Et miſer in patria nudus truncaris arena.

Milites vero Ludovici per Veronenſium, aliorumque agros diſperſi, ut triſtem ejuſdem caſum, fama vulgante, acceperunt, qua breviori via potuerunt, in Gallias redire conati ſunt, ac nivis inſtar adveniente vere, dilapſi, quos etiam in Alpium tranſitu Adalbertus Iporegiæ Marchio, infeſto agmine inſectatus eſt, ut idem poeta verſibus ſuis enarrat. Sicque Ludovicus, qui fide fracta, ſpretoque jurejurando, quo paulo ante Berengario promiſerat, ſe in Italiam non rediturum, etſi ſumma felicitate in eam ingreſſus, totam pene obtinuiſſet, verſa vice lumine orbatus, perjurii pœnam ſubiens, inde cum dedecore ejectus eſt. Cum tamen ſequentibus adhuc annis diplomata ſub nomine Ludovici Imp. edita extent, hinc aliqualem ſaltem Regni Italici partem poſt hunc annum retinuiſſe conjicit Muratorius, partem tamen maximam Berengarius hoc eodem anno recuperavit, ut ex ejuſdem diplomatibus in Italia datis conſtat, atque de geſtis in Italia, ac de Ludovici luctuoſo caſu Luitprandus fuſiori ſtilo agit lib. 2. cap. 9. & 10

Murat. antiq. Ital. t. 1. diſſert. 14.

Saracenorum in Calabria irruptio, ubi Abrahim fulmine percuſſus obiit. *apud Murat. tom. 1. & 5. rer. ital. & hoc anno.*

2. Hoc autem anno, ut Muratorius, & Pagius adnotant, Saraceni, Abrahimo duce, Italiæ littoribus diripiendis jamdiu aſſueti, ex Africa digreſſi in Calabriam tranſierunt, ubi *Abraham Rex Saracenorum deſcendit in Calabriam, & ivit Coſentiam civitatem, & percuſſus eſt ictu fulguris*, ait Lupus protoſpata in Chronico ad annum proximum 901. quem Abufeda Arabs ſcriptor in Chronologia, hoc anno, dyſenteria in Calabria obiiſſe narrat, anno Hegiræ 289. Fulgure quippe percuſſus, paulo poſt dyſenteria fortaſſe obiit, poſtquam regnaſſet annos 25. ut habet idem Abufeda; ac is ultimus fuit Regum Aglabidarum, jam a ſeculo pene in Africa imperantium, nam poſt ejus obitum *Almandi*, qui ſe a Fatemida, Mahometis pſeudoprophetæ filia, exortum dicebat: in Africa imperavit, ſeque Calipham, ſeu Imperatorem appellavit.

Mutadidæ

3. Hoc quoque anno *Mutatidus Billa* Babilonenſis Calipha

lipha mortuus eſt, ait Pagius, teſte Elmacino lib. 1. qui tradit, eum demortuum *anno Hegiræ CCLXXXIX. die Lunæ vigeſimo ſecundo Babiei poſterioris*, ideoque die quinta Menſis Aprilis currentis Chriſti anni. Cum tamen Eutychius Patriarcha Alexandrinus Mutadido coætaneus prodat, mortem ejus accidiſſe die XXI. *Rabii poſterioris, die Dominica*, quæ hoc Chriſti anno in diem IV. Aprilis incidit; ejus ſententia præferenda eſt. Eo imperante plures in Geometricis, & Aſtronomicis, ut notavit Abul-Pharajus, inter Saracenos floruere. Continuator autem Anonymus Theophanis in vita Leonis Sapientis ait: *Tauromenium in Sicilia ab Afris capitur, ingenſque Romanorum clades agitur. Lemno quoque potiti Agareni: magnam captivorum multitudinem abducunt*. Simeon autem Logotheta, *Lemnum* inſulam an. XV. Leonis Sapientis captam fuiſſe ſcribit, ideoque utraque clades a Mutatido Chriſtianis illata. Porphyrogeneta lib. 2. de Occidentis Themalibus X. aſſerit *Thauromenium* inſignem fuiſſe ſuo tempore Siciliæ Urbem, & ſub Leone Imp. in Saracenorum poteſtatem tranſiiſſe. Mutadido Patri ſucceſſit *Muctaſis Billa*, ſeu Moktaphi Billah; de cujus geſtis, vel patris ejus plura narrant Arabicæ hiſtoriæ ſcriptores, atque ex his Derbellotius, & Marigni in hiſtoria Arabum gallice ſcripta tomo tertio.

Jesu Chr. an. 903. Babilonienſis Caliphæ obitus cui Muſtaſi. Billa ſuccedit. *Pagi not. 16. an. 902.*

JESU CHRISTI an. 903. Christophori Papæ 1. Ludovici 3. Imp. 3. Leonis Sapientis Imp. 18.

1. Triennio in Pontificatu vix exacto Benedictus Papa quartus, hoc anno vivere deſiit, cum annos tres, menſes duos, dies aliquot Romanam eccleſiam ſanctiſſime rexiſſet, cujus elogium Flodoardus his verſibus texuit.

Benedicti 4. Papæ obitus, & elogium. *Flodoard. de Rom. Pontif. tom. 3. p. 2. rer. Ital.*

Tum ſacra conſurgunt Benedicti regimina quarti,
Pontificis magni merito, qui nomine tali,
Enituit cunctis, ut dapſilis atque benignus,
Huic generis nec non pietatis ſplendor opimus,
Ornat opus cunctum, meditatur juſſa Tonantis,
Prætulit hic generale bonum lucro ſpeciali,
Deſpectas viduas, inopes, vacuoſque patronis,
Aſſidua ut natos proprios bonitate fovebat,
Mercatuſque polum indigenis ſua cuncta refudit.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 903.

Frodoardi elogio conſonat Epitaphium ejuſdem ſepulchro inſcriptum, ac ex Manlio a Baronio anno 907. relatum, cujus hoc eſt initium.

Membra Benedicti hic quarti ſacrata quieſcunt &c.

Benedicto ſuccedit Leo quintus, Leoni autem Chriſtophorus. *apud Murat. ut ſupra.*

2. Benedicto quarto ſucceſſit Leo hujus nominis quintus, cujus Pontificatus paucorum dierum fuit, triginta, ſcilicet, aut quadraginta, de qua hæc tantum Flodoardus narrat.

Poſt quem celſa ſubit Leo jura notamine quintus.
Emigrat ante ſuum, quam Luna bis impleat orbem.

At quod deterius eſt, violenta abreptus morte a Chriſtophoro familiari ſuo, & in Pontificatu ſucceſſore, veneno vel laqueo, aut ærumnis in carcere toleratis e vivis ſublato, ut Sigebertus, aliique recentiores tradunt; Eoque interempto Chriſtophorus Romanus civis, Leonis filius, ac Romanæ eccleſiæ Presbyter Cardinalis, ſacrilegus, & homicida Romanam Sedem tyrannice invaſit, quam diu retinere non potuit, nam poſt menſes ſex, aut ſeptem, eadem, quæ nefarie adverſus Leonem prædeceſſorem geſſerat, a Sergio paſſus eſt, ut anno ſequenti dicturi ſumus, hinc breviſſimi Pontificatus Chriſtophori vix occurrit memoria, quem pro Corbejenſi monaſterio diploma hoc definente anno ediſſe ſcimus, cujus hæc eſt ſubſcriptio. *Scriptum per manum Sergii Scrinarii S. Rom. eccleſiæ in menſe Decembri indict. ſeptima*, quam in duodecimam mutavit Labbeus, *ſeptimo Kal. Januarii, Imperante Domno noſtro piiſſimo Auguſto Ludovico a Deo coronato Imp. &c.* Cum adhuc vacaret Imperium, cujus umbram adhuc retinebat Ludovicus, qui etſi ab Italia ejectus fuiſſet, tamen locis quibuſdam potiebatur, hinc haud mirum ejuſdem nomen in diplomate appoſitum fuiſſe.

Labb. to. 9. pag. 517. Dacheri t. 6. ſpicil.

Saraceni Theſſalonicam diripiunt.

3. Cum continuis fere incurſionibus Arabes, ſeu Saraceni Orientale Imperium vexarent; hoc vel ſequenti anno, decimoctavo Leonis Imp., ut narrat Logotheta: *Aſcendit navalis Agarenorum exercitus cum Tripolita adverſus Bizantium &c.* de eadem expeditione agens incertus auctor geſtorum

rum Leonis Sapientis hæc narrat. *Cum Bulguſi incurſionibus rem Romanam attererent, Agareni occaſionem nacti, claſſem, navaleſque copias miſerunt, Leone Tripolita claſſario Duce Attalea urbe oriundo, ſed qui chriſtianam ejuraverat pietatem*, & ad Saracenos, & Mahumetanos defecerat. Nuncio accepto, quod Agareni cum claſſe Conſtantinopolim peterent, animo perterritus Imp., *Euſthatium rei tunc navalis Drungarium*, five Ducem, *cum claſſe adverſus Tripolitam mittit, qui pugnæ cum illo impar vacuus rediit, eum inſecutus Tripolita intra Abidum penetravit, ac uſque Parium venit*, qua re cognita Leo Imp. *Hirnerio a ſecretis primario claſſem adverſus Tripolitam committit ducendam*, qui Abidum prætervectus, Ægeoque mari emenſo, prope Lampſacum, hoſtes aſſequutus, claſſem quidem hoſtilem aggredi non eſt auſus, effecit nihilominus, ut Tripolita reflecteret iter: *Venienſque Theſſalonicam, & comprehenſo, qui illi Prætoris jure præerat, Leone cognomento Cataziliaco, ingentem ſtragem, ac neces plurimas egit*; urbem vero ab omnimoda direptione, & everſione, dato prætio, Simeon Logotheta, Metaphraſtes vulgo dictus, vix eripuit, ut idem auctor enarrat.

4. Luctuoſam Theſſalonicenſium ſtragem ab Leone Tripolitano chriſtianæ fidei apoſtata factam Joannes Caminiata Theſſalonicenſis clericus, cum paucis incolis ſuis in captivitatem ductus, lamentabili ſtylo proſequutus eſt, ab Gregorio rogatus, ut eam ſibi hiſtoriam mitteret, ut in præfatione adnotat, cujus hiſtoriam Combefiſius inter ſcriptores Bizantines poſt Theophanem vulgavit: *Rem porro non tam ſcribere, quam pingere, ponereque ante oculos videtur Caminiata*, inquit Allatius in diatriba de Simeonum ſcriptis. Ut rem paucis complectamur, cum jam Demetrias urbs celebris, haud longe a Theſſalonica diſſita, non multo ante, ſeu anno 896., vel decimo Leonis Imp., ut narrat Logotheta, in barbarorum poteſtatem veniſset, eamque cum civibus Saraceni deleviſſent, hoc, vel ſequenti anno omnem armorum ſuorum impetum adverſus Theſſalonicam converterunt, quam tardius, fruſtraque Imperator munire, ac tueri conatus eſt: *Quatuor quippe ſupra quinquaginta ſimul eſſe naves barbaricas nunciabatur*, ait Caminiata, *quæ ſingulæ urbibus magnitudine, ac reliquo apparatu exæquabantur, in quibus promiſcua veſa-*

Excidium Theſſalonicæ a Caminiata deſcriptum.

Hiſt. Bizant. ſcript. poſt Theoph pag. 315.

pag. 149.

Quantam ſtragem Saraceni Theſſalonicæ egerint.

Jesu Chr. an. 903. *norum hominum, ac furentium turba veheretur, tum Iſmaelitarum, qui Syriam inhabitant, tum Ætyopum Ægypto confinium, cruentorum omnium, feriniſque animis, atque indole præditorum, qui cædium arte plurimum exercitati eſſent, latrociniiſque olim dediti, fuſi noxam cruoris, neciſque ſtudium omne habentes*. Iis in anguſtiis poſiti Theſſalonicenſes ad Ædem Martyris *Demetrii* Urbis Patroni confluunt, ſublatoque ad eum clamore rogabant, ut adverſus ingruentem Barbarorum furorem ſibi præſto eſſet, interim venit quidam, *qui Barbaricas naves jam proxime acceſſiſſe nunciat*. *Dominica tunc illuceſcebat* IV. *Kalendas Auguſti, anno ab Orbe condito Vicies* CCCCCXII. (ideoque currente Chriſti anno). *Fama igitur extemplo per totam Urbem divulgata, turbari omnes, titubare, trepidare, alius aliud inclamare cœpit*. Cumque barbarici exercitus Dux ad urbem acceſſiſſet, eamque circuiſset, ut murum omnem, & portus fretum ferrea catena, immerſiſque navibus undique munitum animadvertit, inde tamen adoriri Urbem decrevit, ac dato pugnæ ſigno, etſi barbarorum impetum aliquandiu fortiter certantes cives ſuſtinuiſſent, non multo poſt urbe expugnata per omnia Urbis loca diſperſi ſunt Barbari, qui, ut belluinam, ac indomitam feritatem ſatiarent, nec mulieribus, neque pueris ipſis pepercerunt, paulo poſt cum a cœde indiſcreta ceſſatum eſſet, *Decretum a Tyranno profertur in hanc ſententiam*. Quiſquis ex captis pecunias repoſitas haberet in medium procedens, ſalutem redimeret; qui veto nullum vitæ ſuæ redemptionis pretium habere deprehenſus eſſet, cæſo capite, e viventium albo excideret. *Id vero imperabat, cum audiſſet a Barbaris, ſe cum primum in urbem ingruerent, nemini peperciſſe, niſi illis dumtaxat, qui ipſi, habere ſe pecunias abſconditas, nulli obnoxias indagini, affirmaſſent. Quotquot igitur inter captivos, eorum quæ abſcondiſſent, certo ſibi conſcii erant, ipſi ſe ſtatim prodentes, dare urgebant, ut qui rem vitæ pignus ſibi noverant*; qui vero nihil tale habuit mortem expectabat. Protracta ſunt hæc per totos decem dies, noctéſque, cum pecuniarum multitudo continue ex urbe exportaretur, atque una cum pecunia, quidquid ex ſupellectile pretioſum erat ex auro, & argento, vel ſerico, ac tota ſupellectilis delata tunc eſt. Cum reliqua autem captivorum multitudi-

tudine captus quoque fuerat quidam Imperatoris Eunuchus, unus ex Primatibus, *cui Rhodophylo nomen erat. Is paulo ante periculum in Occidentem miſſus cum neceſſariis quibuſdam ex cauſis in urbem veniſſet, pari nobis eventu incluſus*, inquit Caminiata, *malorum quæ dicta ſunt, ipſe quoque conſors efficitur. Nempe vim magnam auri portabat, quam in ſumptus, & ſtipendia exercitus Siculi, continue cum Africanis Barbaris manus conſerentis, eamque ob rem multa ope egentis, ſe deferre ajebat*. Captus igitur *Rhodophylus*, & ad Tyrannum perductus dixit, ſe talenta duo, quæ in Siciliam deferre juſsus fuerat, cum videret urbis periculum, alibi depoſuiſſe, eam ob rem tamdiu fuſtibus percuſſus eſt, ut animam efflaverit. Iiſque geſtis, & urbe expoliata, atque direpta juſſit Dux Navarchis, ut juniores maſculos æque, ac feminas in naves inferrent. Ducebatur itaque juvenum univerſa cohors, hoc ſolum onerata crimine, quod florenti ætate eſset, aut eleganti, ac venuſta facie. Omnes porro naves hoc modo onuſtæ ſunt, etſi quatuor, & quinquaginta eſſent, cum tamen hominum copia redundaret, Tarſum eos mitti Dux, & juſſit, ut cum totidem Saracenis commutarentur, at Simeon, Metaphraſtus dictus, illuc poſt urbis excidium adveniens, cautione data, ſeque etiam obſidem Tarſum profecturum offerens, obtinuit, ut ducenti ibidem remanerent, totidem Agarenos eorum loco ſe daturum promittens. Theſſalonica autem exceſſurus Barbarorum Dux, ut adhuc pecuniam exigeret, ſeu potius extorqueret, alia uſus eſt induſtria, ſeu fictione, juſsit quippe omnem civitatem incendi: ſciebat enim eos, qui captivos redimebant, id nunquam omnino permiſſuros, & ſane qui remanſerant cives, ut reliquias ſervarent, promittunt, ſe ea, duo auri talenta daturos, quæ Eunuchus fuſtibus mactatus Strymonem dimiſerat, iiſque per veloces curſores cito advectis, atque Barbaris numeratis, eo modo civitatem ab incendio illæſam ſervaverunt, quot vero, quantave incommoda Theſſalonicenſes cives utriuſque ſexus, ac omnis ætatis inde abſtracti, & in captivitatem ducti pertulerint, oratione explicari vix poteſt, ut lamentabili ſtylo proſequitur auctor horum particeps.

Jesu Chr. an. 903.

5. Jam vero Simeonis Metaphraſtis mentio, cujus indu-

De Simeonis Metaph-

JESU CHR. AN. 903.

raſtes ætate geſtis, & ſcriptis.

Pag. not. 2. ann. 902.

duſtria factum eſt, ut Theſſalonica cum incolis penitus non excideret, ejus inquam mentio exigit, ut de tanto viro nonnulla adnotemus, cujus non ſolum geſta, & ſcripta, ſed etiam ætas ante Allatium, & Bollandum in præfatione ad vitas Sanctorum tomo primo Januarii, parum cognita fuit, uti Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis fuſe oſtendit; ſed nec de ea, ſubdit Pagius, Allatium inter, & Bollandum ſatis convenit; ultra annum hujus ſæculi decimi 975. ſupervixiſſe, ex hiſtoria Leonis Diaconi manuſcripta, & in Regia Pariſienſi biblioteca ſervata probat Pagius, cumque panegyricam orationem in Simeonis laudem paulo poſt ejus obitum Pſellus quidam recitaverit, quæ apud Surium, die 27. Novembris legitur, ac Pſellus alter Leonis Philoſophi, cujus opera Barda Cæſar medio ſeculo elapſo, uſus fuerat ad reſtituendas Conſtantinopoli litteras, magiſter fuerit, ex his inquam duobus Pſellis in unum confuſis factum eſt, ut præterito ſæculo Simeonem Metaphraſtem floruiſſe crederetur. Quamobrem ad annum 859., de Leone philoſopho Pſelli diſcipulo agens Baronius, adnotat; *Ex quo pariter addiſces, quo tempore vixerit Metaphraſtes, in cujus laudem Pſellus orationem habuit*; At hunc Pſellum Metaphraſtis panegyriſtam, ab altero Leonis philoſophi magiſtro diſtinguendum eſſe Leo Allatius in Diatriba de duobus Pſellis, & deſcriptis Simeonum probat, quem paſſim eruditi ſequuntur, Pagius, Dupinius, Caveus &c. Is porro non ſolum litteris ab ineunte ætate operam dedit, ac in colligendis Sanctorum vitis, iiſque pro captu, arbitrioque ſuo exornandis ſtudium adhibuit, ſed militiam etiam ſecutus eſt; unde hoc tempore Himerio Duci contra Arabes ab Leone Imp. miſſo legatus datus eſt, cujus opera, ut in libello de excidio Theſſalonicenſi Joannes Caminiata narrat, ab excidio, & igne infelix urbs erepta eſt, ut ſupra diximus, ubi etiam Simeonem multis exornat laudibus; in aula autem, hoc tempore, cum vix viginti annorum major eſſet, officiis, & dignitate inclaruiſſe teſtatur Pſellus in oratione in ejus laudem recitata, ubi inter cetera, capite quinto hæc narrat; *Num cum Imperatoribus evaſiſſet amabilis, ejus fidei committuntur, quæ ſunt omnium honorabilia, ut qui prope tribunal quidem ſtaret propter ſapientiam, Reipublicæ autem adminiſtrationem* *pro-*

Pag. an. 902. Dupin. secul. 10. pag. 8.

Simeon Metaphraſtes Himerii Ducis legatus.

propter ingenii ſolertiam, & rerum curam acceperit, & primo quidem præfuit rebus arcanis, & ſecretorum conſiliorum fuit particeps cum Imperatoribus, adeo ut Imperatori renunciarent ea, quæ afferebant exteri, & rurſus exteris ea, quæ jubebat, & erat velut quoddam accuratum vinculum adminiſtrationis, deinde militaribus expeditionibus adfuiſſe addit, *ut barbaros procul propulſaret a finibus Romanorum, alios autem ſuperaret, aut copiis, aut artibus &c.* Diu autem Simeonem in aula ſub Conſtantino Porphyrogeneta Leonis filio, & Nicephoro ſucceſſore militaſſe infra videbimus.

Metaphraſti Simeon monachus occurrit. *Sur. die 10. Novemb.*

6. Interea cum Simeon Metaphraſtes Himerio in Cretam proficiſcenti adverſus Arabes legatus pergeret, accidit, ut in Pariam inſulam ventorum vi dejectus progredi ultra prohiberetur, ubi cum eſſet, dum Virginis Mariæ Templum pario lapide ſtructum, ſtratumque inviſeret, quod ab Arabibus deſtructum pene jacebat, accidit, ut ei Simeon quidam monachus e proxima ſolitudine egreſſus occurreret, *Vultu pallidus, genis macilentus, nudis pedibus totus ſquallidus, tunica pilis contenta ſuperhumerali, & capitis tegumento tunicæ ſimilibus, zona pellicea cinctus circa lumbos perinde, ac fera hirſuta &c.* Cumque ſe mutua ſalutatione excepiſſent, in eam ſolitudinem ſe recepiſſe narravit Simeon, cum illuc venationis cauſa deſcendiſſet, eaque occaſione in ſolitudinem progreſſus, fœminam quamdam Theotiſtam nomine ejuſdem eremi incolam caſu inveniſſe narravit, ad quam properans, ne accederet prohibitus fuit, nam ait: *Audivi vocem dicentem ſiſte gradum, neque ultra progrediaris, o homo, neque accedas propius: erubeſco enim cum ſim fœmina a te nuda conſpici*, ac cum ab eo pallium poſtulaſſet, eoque ſe operuiſſet, accedens tandem Simeon vitæ ſuæ ſeriem ab eo rogata, his verbis Theotiſta expoſuit.

Simeon Theotiſtam eremitam fœminam invenit.

Theotiſtæ vitæ ſeries.

7. *Mihi*, inquit, *patria eſt Lesbos, Methymna civitas, nomen Theoctiſte, vitæ inſtitutum monachatus. Cum autem eſſem adhuc infans, orbata parentibus, a cognatis tradita ſum in monaſterium virginum, & induta ſum habitu monaſtico. Nata vero decem, & octo annos in diebus Paſchalibus excurri in vicum propinquum civitatis ſalutatum ſororem: habitabat enim in vico cum conjuge. Noctu autem irruentes Ara-*

JESU CHR. AN. 903. *Arabes Cretenſes, quorum dux erat Nyſtris, omnes adduxerunt captivos: Mane autem cum pæana ceciniſſent, enavigarunt, & huic inſulæ appulerunt. Adductis autem captivis, cum quærerent pecuniam, & pretia ſtatuerent, ego accepta occaſione, contendens in ſilvam, curſu feror in intima ſilvæ, & de cætero non deſtiti fugere, donec petris, & acutis lignis pedes perforavi, & conſcidi, & ſanguine terram infeci, & tandem defecta viribus, cecidi ſemimortua, & totam quidem noctem, non ferens dolorem vulnerum, acerbe tranſegi. Mane autem cum ſceleſtos prædones vidiſſem navigantes, liberata ſum ab omni dolore, & repleta ſum maxima animi voluptate. Et nunc jam trigintaquinque annos, & paulo plus hic alor perpetuo lupinis, & herbis quæ naſcuntur in ſolitudine, vel potius Dei verbo, recordata divinorum eloquiorum, quod non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit per os Dei. Nuda autem evaſi confractis mihi pannis, cum quibus adducta ſum captiva. Induor autem, & tegor manu divina, quæ continet omnia. Hæc cum dixiſſet, & manus in cælum ſuſtuliſſet, egit gratias*; cumque rogavit, ut anno proximo cum iterum venationis cauſa illuc pergeret, ſibi Euchariſtiam ferret; quare navigaturus iterum ad venationem: *Accepta in pixide parte divinæ carnis Domini eam tuli ad Beatam &c.* quam cum eodem loco inveniſſet: *Ego autem e ſinu meo eduxi pixidem cum carne Domini, cum illa autem in terram cecidiſſet divinum donum accepit*; redditiſque gratiis, ac Simeonis cantico recitato Simeon ab ea receſſit; poſt paucos vero dies ad eam revertens mortuam invenit, cujus funus cum lacrymis proſequutus, manum ejus amputavit, & linteo texto involutam cum ſociis navem diſceſſurus aſcendit; at etſi proſpero vento ſolviſſent, mane tamen facto: *Inventi ſumus rurſus ſtantes in eodem portu perinde, ac ſi anchora, aut aliqua remora teneretur navis &c.* cumque rem cuncti admirarentur, se ideo ob ſacrum furtum ibidem teneri intellexit Simeon, quare comitibus inſciis ad locum revertens reliquias ibidem depoſuit, manumque corpori aptavit, iisque geſtis, *ad navem deſcendimus, & a terra ſolventes domum abivimus, Deum laudantes, & hymnis celebrantes, qui ſemper facit res magnas, & admirabiles &c.* Hæc alter

ex

ex Simeone Monacho, alter vero Simeon Metaphraſtes dictus litteris fuſiori ſtylo mandavit, cujus hiſtoriæ partem maximam Annalibus ſuis inſeruit Baronius, quo loco de Simeonis Metaphraſtis geſtis, officiis, vel ſcriptis Pagius multa addidit, quæ hic ſummatim expoſuimus, de quo iterum ſermo redibit, ad annum præcipue 913., quo de vitis ſanctorum ab eo digeſtis occurret ſermo.

Jesu Chr. an. 904.

Bar. an 901. nu. 1. ad 6. Pagi not. 1. ad 12.

JESU CHRISTI annus 904. Sergii Tertii Papæ 1. Ludovici Tertii Imp. 5. Leonis Sapientis Imp. 19.

1. Cum Chriſtophorus Papa Romanam Sedem nefariis artibus anno proximo invaſiſſet, hoc anno inde dejecto, ac in monaſterio, vel etiam carcerali ergaſtulo ad agendam pœnitentiam clauſo, Sergius Tertius Romanus Pontifex iterum electus, & ordinatus eſt: de Chriſtophoro in fragmento de Rom. Pontificibus, hæc narrat Flodoardus: *Chriſtophorus mox ſecutus, moderamina Sedis, dimidio, ulteriuſque parum diſpenſat in anno*, quem ſex, vel ſeptem menſes Romanam Sedem tenuiſſe Rom. Pontificum catalogi tradunt, quouſque vero in monaſterio, vel carcere clauſus vitam tenuerit, in obſcuro eſt, non diu tamen ſuperſtitem fuiſse creditur.

Chriſtophorus PapaRoman. Sede dejicitur.

Leo Oſtiens. lib. 1. 50.

2. Eo autem a Pontificio Solio depulſo, Sergius Tertius electus, & ordinatus eſt, is porro jam ab anno 898. in Romanum Pontificem ab cleri parte renuntiatus, Joanni Nono cui potior, & dignior pars favebat, locum cedere coactus, ſpontaneo exilio in Tuſciam tranſiit, unde revocatus in Chriſtophori locum ſuffectus fuit, de quibus hæc narrat Flodoardus:

Sergius Tertius Roman. Pontifex ordinatur.

Apud Mur. rer. Ital. t. 3. par. 2.

Sergius inde redit, dudum qui lectus ad artem
Culminis, exilio tulerat repente repulſam,
Qui profugus latuit ſeptem volventibus annis.
Hinc populi remeans precibus, ſacratus honore
Pridem adſignato, quo nomine tertius exit
Antiſtes, Petri eximia quo ſede recepto
Præſule, gaudet ovans annis ſeptem amplius orbis.

Digitized by Google

Jesu Chr. An. 904. Flodoardo conſentit Epitaphium Sergii Tertii ſepulchro inſcriptum, quod perperam Baronius Sergio Primo adtribuit, atque his verſibus conſtat.

Limina quiſquis adis Papæ metuenda Beati
Cerne pii Sergii excubiaſque Petri:
Culmen Apoſtolicæ Sedis is jure paterno
Electus tenuit, ut Theodorus obiit.
Pellitur urbe pater, pervadit ſacra Joannes

(nonus ſcilicet, ut anno 898. diximus)

Romuleoſque greges diſſipat ipſe Lupus,
Exul erat patria ſeptem volventibus annis.
Poſt populi multis urbe redit precibus
Suſcipitur, Papa ſacratur, ſede recepta
Gaudet: amat paſtor agmina cuncta ſimul.
Hic invaſores, ſanctorum falce ſubegit,
Romanæ Eccleſiæ, judiciiſque Patrum.

Hæc auctor Epitaphii de Sergio Tertio Pontifice.

Sergii Tertii corrupti mores, & geſta.

Luitprandi hiſtor. lib. 2. cap. 13.

3. Dubiam nihilominus poſt ſe memoriam Sergius Tertius Papa reliquit, quem corruptis moribus, ac effuſa libidine fuiſſe Luitprandus adnotat, de Marotia quippe, & Theodora, nobili quidem origine fœminis, obſcœnitate autem hac ætate inter Romanas pellices celeberrimis agens, addit. *Theodora ſcortum impudens hujus Alberici, qui nuper hominem exuit, avia (quod dictu etiam nefandiſſimum eſt) Romanæ civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat, quæ duas habuit natas, Maroziam, atque Theodoram, ſibi non ſolum æquales, verum etiam Veneris exortivo promptiores. Harum una Marozia ex Papa Sergio, cujus ſupra fecimus mentionem, Joannem, qui poſt Joannis Ravennatis obitum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio.* Hæc de Sergio Pontifice Luitprandus, ob quam cauſam tantum Romanæ Eccleſiæ dedecus exhorrens Baronius, ac juſto exeſtuans zelo: *Exurgit rurſus, hoc ejecto*, ideſt (Chriſtophoro) ait, *Sergius ille nefandus, quem audiſti in Formoſum Papam ita ſæviiſſe. Potens iſte armis Mar-*

Marchionis Tuſciæ Adalberti, homo vitiorum omnium ſervus, facinoroſiſſimus omnium, quæ intentata reliquit? Invaſit iſte Sedem Chriſtophori, non Formoſi (ut memoria lapſus aſſeruit Luitprandus), quem quidem conſtat poſt malum ingreſſum, deterioremque progreſſum, peſſimum demum eſſe conſecutam egreſſum &c. Huic tamen Pontifici geſta adverſus Formoſi memoriam ab Stephano Sexto, falſo ut diximus ab Luitprando adſcripta ſunt, quem etiam nonnulla laude digna in Pontificatu egiſſe ſcimus. — Jesu Chr. an. 904.

4. Inter cetera Mabillonius in appendice ordinis Romani, quæ eſt Joannis Diaconi Junioris, de Eccleſia Lateranenſi agens, eumdem Sergium Pontificem, multa cum ſollicitudine, magniſque impenſis eamdem Eccleſiam inſtauraſſe narrat. *Permanſit ab eodem tempore* (Conſtantini ſcilicet Imp.) *licet ſeparatio parietum, & tectorum curvatio ejus ruinam ante oſtenderent, per aliquot annos uſque ad tempus Stephani piæ memoriæ. Tempore autem illius ruit, & fuit in ruinis diſſipata, & comminuta uſque ad tempus, quo revocatus eſt Dominus Sergius Presbyter, & electus de exilio, & conſecratus eſt Romanorum tertius Præſul &c.* Qui poſt ordinationem ſuam ab antiquis pene fundamentis inſtauravit, multisque donis ornavit. Varia etiam diplomata pro Eccleſiarum libertate, & immunitate ab eruditis vulgata extant, a quo etiam, tamquam a ſupremo Eccleſiæ Præſule, Petrique ſucceſſore, Colonienſis Archiepiſcopus pallium petiit, & obtinuit, ut Krantius lib. 3. narrat. Aldegarius vero Hamburgenſis Archiepiſcopus, Bremenſem Eccleſiam, ab Formoſo, Colonienſi ſubditam, in ſuam iterum poteſtatem recepit, teſte Adamo Bremenſi lib. 24. at de his hactenus. — Sergius tertius Lateran. Baſilicam reſtaurat.

5. Anno 894. datis ad Angliæ Epiſcopos litteris Formoſus Papa juſſerat, ut ingruentibus ibidem corruptelis medelam ferrent, & ut vacantibus Eccleſiis Epiſcopos ordinarent, excitaverat, cumque, repugnante Eduardo Rege, juſtæ Formoſi expoſtulationi ſatisfactum non fuiſſet, Sergius Papa hoc anno, excommunicationis ſententia in contumaces lata, ut tandem juſſis parerent, effecit, idque paſſim ſcriptores Angli tradunt, ac Regis juſſu Flegmundus Cantuarienſis Epiſcopus, ſynodo congregata, Epiſcopos ſeptem conſecravit. quam ſynodum etſi incerti temporis dixerit Lab- — Synodus Anglicana ab Flegmundo Cantuarienſi Epiſc. congregata.

Jesu Chr. An. 904. Labb. tom. 9. p. 429. Bar. 894. Pagi. ibid. Vilkins concil. Britan. tom. 1. pag. 199.

beus, eamque ad annum 894. ſub Formoſo Papa alligaverit Baronius, ad hunc tamen annum 904., vel ſequentem 905. revocandam eſſe Pagius, aliique probant, de qua Malesburienſis lib. 2. de geſtis Regum Anglorum cap. 5. ubi de Eduardo Rege Angliæ, filio Alfredi agens, narrat. *Anno, quo a nativitate Domini tranſacti ſunt anni nongenti quatuor miſit Papa Formoſus*, lege Sergius, *in Angliam epiſtolas, quibus dabat excommunicationem, & maledictionem Regi Eduardo, & omnibus ſubjectis ejus &c. Nam per ſeptem annos plenos deſtituta fuerat Epiſcopis omnis regio Gerviſiorum, ideſt VeſtSaxonum &c.* His addit, quod eo nuncio accepto, Eduardus ſynodum, Flegmundo Cantuarienſi Epiſcopo præſide, celebrari juſſit, qua Epiſcopi per ſingulas Gerviſiorum provincias ordinati ſunt, actoque concilio Epiſcoporum legationem Romam miſiſſe, qua bene ab Sergio accepta, pax & unitas Romanam inter, & Anglicanam Eccleſiam reſtituta eſt, ut acta teſtantur, a Baronio, Labbeo, aliiſque recitata, nomina autem Epiſcoporum, eorumque ſedes non ſolum ſynodi acta recitant, ſed etiam excerpta quædam hiſtoriæ Anglorum a monacho quodam ante exitum ſeculi decimi conſcriptæ referunt, his verbis, *Anno 904. quia per annos plene ſeptem tota Veſtſaxonia vacaſſet Epiſcopis, Auſtralium etiam Saxonum Provinciæ, & Auſtralium Merciorum; Rex cum Archiepiſcopo Plegmundo ſingulis Provinciis Geviſſorum ſingulos Epiſcopos ordinare conſtituit, in quinque ſcilicet parochias ſedes diſtribuens, quod antea duo poſſederant. Ordinati ſunt ergo ſeptem una die, Tribeſtanus ad Vintonienſem, Ethelſtanus ad Cornubienſem primus, Verſtanus ad Schireburnenſem, Ethebelmus ad Fontanenſem primus, Eadulphus ad Cridiatunenſem primus, Suthſaxonibus quoque Beornocus, & Suthmerciis Cenulphus apud Doraceſtram noſtram &c.* Hæc is auctor apud Valtonium Angliæ ſacræ part. 1. pag. 554. cetera quæ fuſiori ſtylo ibidem de hujus ſynodi epocha, & ingenuitate adnotat Pagius nota 6. ad 17. brevitatis ſtudio præterimus.

Leges Eccleſiaſticæ ab Edvardo Rege promulgatæ.

6. Id unum hoc loco adnotare juvabit, Eduardum ſcilicet Anglorum Regem, Sergii, ſeu Formoſi Papæ litteris excitatum, ac Epiſcoporum, Synodique hortatu, ad ſaniora conſilia revocatum, leges Eccleſiaſticas, alias ab Edvardo ſeniore, vel patre ſuo Alfredo vulgatas, iterum pro-

promulgaſſe, earumdemque obſervantiam, pœna renovata, vel aucta in contemptores ſtatutuiſſe, eæque capitibus duodecim conſtant, quorum primum cultum Dei ſpectat, & Eccleſiæ pacem, deinde Apoſtatis fidei Chriſtianæ pœna ſtatuitur, Presbyteri etiam, ceterique ex clero, pro qualitate criminum, vel negligentiæ, juxta canonum regulas, debitæ pœnæ ſubjiciuntur, ſicuti etiam capite altero quicumque ſe inceſtis conjunctionibus polluiſſent; ut ad mortem damnatis pœnitentia non denegetur, capite 5. jubetur. De decimis, & de denario Petri ſolvendo ſequenti capite agitur. De feſtorum obſervatione, jejuniiſque ſervandis ſeptimus, & octavus agit; nono capite de juramentis, & de Ordalio feſtis diebus non exigendo. Ordalium vero idem eſt, ac vulgaris probatio, quæ olim per aquam, ignitum ferrum, aliiſque modis fiebat, uti alias ſupra admonuimus. Si quis membro judicis ſententia mutilatus, ſi ſupra tres dies ſupervixerit, ut mederi eidem poſſit, venia eidem ex Epiſcopi arbitrio donari permittitur, ac ut Sagi, Incantatores, Perjuri, Venefici, publicæque meretrices ubique relegentur, & ut gens, & terra Anglorum ab his ſordibus expurgaretur caput undecimum jubet. Duodecimum tandem, de initiatis in ſacro ordine, vel alienigenis, qui crimen commiſerint, agit, ac ut Regi, vel Epiſcopis pro criminis qualitate compenſent, ſtatuitur, ut ibidem videre eſt.

Jesu Chr. an. 905. Labb. tom. 9. pag. 312. Vilkins concil. Britann. tom. 1. pag. 202.

7. Hoc etiam anno, ut poſt Mabillonium adnotat Muratorius, Caſſinenſe monaſterium, quod ante annos circiter vigintiduos, a Saracenis deſtructum, igneque traditum fuerat, unde Theanum Caſſinenſes monachi tranſierant, Leonis Abbatis induſtria, & opera inſtauratum eſt, anno præfecturæ ſuæ quinto, atque monachos ad habitandum miſit, dum ipſe in Theano perſeveravit.

Caſſinenſe monaſterium inſtauratur. *Mabill. Annal. lib. 41. num. 25. Leo Oſtiens. Chr. Caſſin. lib. 1. 51.*

JESU CHRISTI AN. 905. SERGII TERTII PAPÆ 2. LUDOVICI TERTII IMP. 6. LEONIS SAPIENTIS 20.

1. Etſi Leo hujus temporis Imperator ſapiens paſſim dicatur, illicita tamen cum Zoe conſuetudo, cum adhuc uxor ejus Theophanon viveret, ac quartæ nuptiæ ab eo initæ, inſipientem reddiderunt. Vivente patre, Theophanonem inſigni pietate fœminam uxorem is duxerat, cum qua

Leo Sapiens quartam uxorem ducit. *Leo Grammat. p. 482.*

Jesu Chr. an. 905. Theoph. continuator pag. 222.

qua duodecim annos vixerat, unde ad annum ſeptimum Leonis Imp. hæc narrat Simeon Logotheta. *Hoc anno Theophanon Auguſta diem obiit, cum imperaſſet annos duodecim. Hanc Deus poſt non multos dies miraculorum effectricem reddidit, idcirco nimirum quod Zelotypiæ vitio nihil laborans*, dum Leo Zoe amoribus implicatus erat, *nec injuriarum quidquam memor, eleemoſynis, & orationibus Deo aſſidue vacaret*. Cujus memoriæ utpote a Græcis ſanctorum catalogo inſcriptæ, ædem ſacram idem Imperator extruxit, ejuſque panegyricum Nicephorus Gregoras inſcripſit, apud Lambecium biblioth. Cæſarea lib. 4. ait Pagius.

Quatuor Leonis Imp. uxores.

2. Mortua Theophanone Zoem viduam Stiliani filiam ſibi ſociavit Leo, cujus cauſa Generum honoribus eouſque auxit, ut Imperatoris pater dici meruerit, eaque poſt annum cum dimidio e vivis ſublata, tertiam ſibi conjugem Leo ſociavit, Eudociam ſcilicet, quam etiam Auguſtam dixit, ut iidem Leo Grammaticus, aliique Græci ſcriptores tradunt, cumque ea obiiſſet, quartam duxit uxorem Zoem ſcilicet Carbonopſinam dictam, quod anno decimoſeptimo Imperii Leonis contigiſſe ſcribit Simeon Logotheta, uno, ſcilicet, aut altero ab hinc anno: de quarto Leonis matrimonio hæc adnotat Zonaras. *Quartam etiam uxorem ducit Carbonopſinam Zoem, quam non ſtatim honore Imperatorio eſt dignatus, ſed diu ſine diademate habuit, donec filiolum peperiſſet, qui a Patriarcha Nicolao ſacro baptiſmate eſt initiatus* in feſto luminum, ſeu Epiphaniæ, ait Leo grammaticus.

NicolausCP Episc. exilio relegatur.

3. Cumque apud Græcos tertiæ, multoque magis quartæ nuptiæ prohibitæ eſſent, quouſque Zoem uxorem tamquam privatam fœminam retinuit Leo, Nicolaus CP. Patriarcha factum non ſolum diſſimulavit, ſed etiam filium ex Zoe ſuſceptum baptizavit; at cum eamdem Zoem *declaravit Auguſtam Imperator, Eccleſiæ liminibus eum prohibuit Patriarcha*, ait idem Leo Grammaticus, & Theophanis continuator; *vocatum vero ad ſe Nicolaum Patriarcham Februarii die primo precibus inſtabant*, Imperator, & Zoe, *ut in eccleſiam reciperentur, ut vero flectere non potuerunt, a convivio publico ad quod vocatus fuerat, ejectum, & per Bucoleuntem ductum, lintrique impoſitum in Hieriam trajecerunt, e qua pedes ad Galacrenos uſque nive multa delibatus pervenit*.

pag. 483. & 222.

4. In

4. In ejus locum Euthymius Syncellus vir gravis ſuffectus eſt, quem dicunt divina revelatione id muneris ſuſcepiſſe. *Volebat enim Imperator hæreſim, & legem ponere, qua virum tres, quatuorque uxores ducere liceret*, ait idem auctor, ut ſcilicet ea lege, quam hæreſim auctor appellat, peccatum ſuum excuſaret, qui alias, dum ſapiens eſſet, ſibique ſaperet, lege lata tertias nuptias reprobaverat, ac ut pœna a ſacris canonibus ſtatuta trigami ſubjicerentur juſſerat. Euthymius autem in Nicolai locum CP. Epiſcopus ordinatus, Iſauricus genere erat, profeſſione monachus, qui in monte Olympio monaſticam diu vitam duxerat, translatus inde ad monaſterium in ſinu Aſtatonum poſitum, ae in Leonis Imp. gratiam receptus, Syncellum Patriarchæ conſtituerat, eoque ejecto, totius Eccleſiæ ſuffragio, Patriarcha electus eſt, ut narrat Areta Cæſarienſis Archiepiſcopus in oratione funebri in ejus translatione habita. Is nihilominus *Imperatorem a pæna fecit immunem, atque a vinculo diuturno liberat, & ad communionem admittit, ſed erant adhuc multi Pontifices, qui diſpenſationi Patriarchæ non aſſentiebantur, præſertim ii, qui ab expulſi Nicolai partibus ſtabant*. Unde in CPolitana Eccleſia ſchiſma exortum eſt, dum alii in Nicolai communione perſeverarunt, ceteri vero cum Euthymio communicabant, de quibus infra ſermo redibit, cum de Nicolai epiſtola ad Romanum Pontificem, cum jam non ſolum ſuæ ſedi reſtitutus eſſet, poſt Leonis Imp. obitum, ſed etiam inter Conſtantini Leonis filii Imp. impuberis tutores adſcriptus, eaque epiſtola exilii ſui cauſas exponens, de legatis Romanæ Eccleſiæ CPolim cum diſpenſatione pro quarto matrimonio miſſa acerbe conqueritur, quam ſuo loco exſcripturi ſumus.

Euthymius CP. Epiſc. Nicolao ſubrogatur. *Theoph. continuator pag.* 228.

Leonis lex de trigamis.

JESU CHRISTI an. 906. Sergii tertii Papæ 3. Ludovici Imp. 7. Leonis Sapientis Imp. 14.

1. Anno hujus ſeculi primo ſeu 900. in Italiam tunc primum infauſtum Hungarorum nomen auditum fuiſſe, eamque excurſionibus totam pene excurſiſſe, ac vaſtaſſe diximus, Italicis interea ſpoliis inhiantes, hoc anno in eam iterum irruentes, ab alpibus Noricis ad Gottias excurrerunt, ut his verbis narrat Dandulus in chronico. *Hoc tempore*

Altera Hungarorum in Italiam irruptio. *Murat. rer. Ital. tom.* 12. *pag.* 197.

JESU CHR. AN. 906.

pore videlicet anno 906. Hungarorum pagana, & crudeliſſima gens in Italiam veniens, incendiis, & rapinis cuncta devaſtans, maximam multitudinem hominum interficiens, nonnullos etiam captivos reſervavit. Contra quos Berengarius Rex direxit exercitum XV. millium hominum, & pauci ex eis reverſi ſunt. Hungari vero pertranſeuntes Tarviſium, Patavium, Brixiam, ceteroſque fines Papiam, & Mediolanum venerunt, & uſque ad montem Job, vel Jovis, depopulantes cuncta. Hungari interea Venetias introgreſſi cum equis, atque pelliceis navibus, primum Civitatem novam, fugiente populo, igne concremaverunt, deinde Equilum, Finem, Clugiam, Caput Ageris incenderunt, littoraque maris depopulaverunt; verum etiam tentantes Rivoaltum, & Mathemaucum ingredi per loca, quæ Albiolu vocantur, in die paſſionis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Petrus dux cum navali exercitu Dei protectus auxilio prædictos Hungaros in fugam vertit. Fuit namque hæc perſecutio in Italia uno anno continuo, ait is auctor, ac addit, cum Italorum præda inde exceſſiſſe, Nam *Rex Berengarius datis obſidibus, ac donis, prædictos Hungaros retrocedere fecit cum omni præda quam fecerant.* Infauſtæ Hungarorum irruptionis in Italiam mentio etiam apud Luitprandum occurrit. *Hungarorum interea rabies,* ait, *quia per Saxones, Francos, Sveos, Bojarios nequibant, totam per Italiam nullis reſiſtentibus dilatatur. Verum quia Berengarius firmiter ſuos milites habere fideles non poterat, amicos ſibi Hungaros effecerat.* Mutinam quoque ab iis afflictam fuiſſe narrat auctor vitæ S. Geminiani Epiſcopi, ubi de Hungarorum gente ſcribit. *Quam ex horrendo Scytharum genere originem duxiſſe comperimus, & in noſtris valde tribulationibus compertum habemus &c.*

Luitpr. hiſt. lib. 2. cap. 11. pag.

Apud Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 2. pag. 687.

Nonantulanum monaſterium ab Hungaris deſtructum.

2: Inter cetera loca ab Hungaris in hac, vel in prima irruptione anni 900. diruta, & vaſtata, de celebri Nonantulano monaſterio prope Mutinam, hæc narrat auctor chronici ejuſdem monaſterii. *Anno 899. venere Hungari in Italiam de menſe Auguſti indict. 3. octavo Kal. Octobris junxerunt ſe Chriſtiani,* ideſt pugnarunt, *cum eis in bello ad fluvium Brentum, ubi multa millia Chriſtianorum interfecta ſunt ab eis, & alios focavere, & venerunt uſque ad Nonantulam, & occidere monachos, & incenderunt monaſterium, & Codices multos concremavere, atque omnem depopulati*

Ughelli Ital. sacr. tom. 2. Murat. rer. Ital. tom. 1. part. 2. pag. 195.

pulati ſunt locum . Prædictus autem venerabilis Leopardus Abbas cum cunctis aliis monachis fugere, & aliquandiu latuere . Hæc de Italiæ calamitatibus, quæ ſæpius hoc labente ſeculo renovatæ ſunt . Unde non ſemel adnotat Muratorius, immerito nos de temporum noſtrorum acerbitate, vel calamitatibus conqueri , cum ſi præteritis temporibus noſtra comparentur, aurea & felicia dicenda ſint.

Saraceni Fraxinetum occupant, Burgundiam, & Italiam excurrunt.

3. His alia ad Galliarum, & Italiæ perniciem acceſſit calamitas, nam Saraceni Fraxinetum ex Hiſpania transgreſſi, ibique ſedem figentes, longo tempore Burgundiam, & Italiæ limites , & littora excurſionibus ſuis vexarunt. *Circa hæc tempora*, ait auctor chronici monaſterii Novalicenſis in alpibus Seguſiæ, & Sabaudiæ finitimis , *maxima pars Saracenorum mare navium vehiculis transfretantes ingreſſi ſunt Fraxinetum ad habitandum, ubi plurimos annos commorantes inexpugnabilem reddiderunt . Erat enim circumſeptus nemore perdenſo maxime ſilvarum plurimarum : eſt autem locus ipſe ſitus ſuper ora maris in provincia prope Arelatem*. His addit, quod iis undequaque excurrentibus Domnivertus abbas monaſterii Novalicenſis, inde cum monachis, & theſauris ſuis fugiens, Auguſtam Taurinorum perrexit , ac in Eccleſiam, quæ tunc S. Benedicti dicebatur, ad portam Seguſiam conſedit , eoque tempore , *in Taurinenſi civitate translatio facta eſt ſancti Secundi martyris intra civitatem, qui fuit Dux legionis Thebeorum, facta a Domino Vilelmo Taurinenſi Epiſcopo anno* 906. His addit. *Hic compoſuit paſſionem ſancti Solutoris cum tribus reſponſoriis, & ab Apoſtolico Romanæ ſedis, & cunctorum Epiſcoporum, qui in ſancta ſynodo convenerant , tribus annis ob pœnitentiæ cauſam ab Epiſcopatu ſuſpenſus eſt*. Quibus innuere videtur , eum ob conficta falsa ſancti Solutoris acta , triennalis ſuſpenſionis pœnam promeruiſſe, Joannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ exemplo, qui Presbyterum Aſiæ officio privavit , eo quod in Pauli gratiam, ut poſt Tertullianum narrat etiam Hieronymus, Theclæ martyris falsa acta confixerat , atque hæc ad vetera dilectæ patriæ monumenta illuſtranda adnotavimus.

Apud Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 2. pag. 730.

Saraceni Novalicense monaſterium destruunt.

4. *Diſcedentibus*, ait auctor, *monachis ab ipſo cœnobio, ſtatim diriſſima gens Saracenorum occupavere locum , qui illico deprædantes univerſa, quæ invenire poterant concremaverunt, omnes eccleſias ac domos univerſas . Invenerunt ſiquidem ibi*

Jesu Chr. an. 907. *duos monachos ſenes, qui illic ob cuſtodiam eccleſiarum, domorumque relicti fuerant, quos arripientes ad necem uſque vulnerantes, vapulaverunt*. De Domniverto autem tunc Novalicenſi Abbate, *Nihil boni de eo dicere quimus*, ait is auctor, ac addit. *Hic perſecutionem barbarorum fugiens, a monaſterio novæ lucis*, ſive Novalicenſi, *Taurinum veniens*... in præfato monaſterio Taurinenſi, *ſarcinam depoſuit carnis, vixit autem in regimine Abbatiæ 42. annis*. De Saracenorum

Luitprand. hiſt. lib. 1. cap. 1. Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 1.

tranſitu in Fraxinetum agens Luitprandus, eoſdem non plures, quam viginti fuiſſe adnotat, qui ex improviſo irruentes, *Villamque clam ingreſſi Chriſticolas (proh dolor) jugulant, locumque ſibi proprium vindicant*. Ac nonnullis de loci aſperitate adnotatis, ſocios alios numero centum advocaſſe ſcribit, eorumque aucto numero, undique excurſiones feciſſe narrat, tunc etiam Saracenorum, & Hungarorum excurſionibus Italiam afflictam fuiſſe lamentatur.

lib. 2. cap. 12.

Quamvis enim miſera Italia, inquit, *multis Hungarorum, & ex Fraxincto Saracenorum cladibus premeretur, nullis tamen furiis aut peſtibus, ſicut ab Africanis agitabatur &c.* ab Saracenis ſcilicet, qui ex Africa adventantes *Calabriam, Apuliam, Beneventum, Romanorum etiam civitates ita occuparunt, ut unamquamque civitatem mediam Romani obtinerent, mediam Africani*. Ac prope Garilianum munitionem extruentes, neminem inde tranſire ſinebant, *quin ab his aut non caperetur, aut immodico pretio dato dimitteretur*, ait Luitprandus de infeliciſſimo Italiæ ſtatu multa adnotans.

JESU CHRISTI ANNUS 907. SERGII TERTII PAPÆ 4.
LUDOVICI IMP. 8. LEONIS SAPIENTIS IMP. 2.

Concilia in Galliis celebrata. *Labb. concil. tom. 9. pag. 518.*

1. Varias pro componendis diſſidiis ſynodos in Galliis hoc tempore, ſeu anno 906., & labenti 907. celebratas exhibent conciliorum acta. Cujuſmodi fuere Barcinonenſis, *Anno Domini 906.. cui præfuit Arnuſtus Narbonenſis Archiepiſcopus*, ibique Epiſcopi ſeptem adfuerunt, ac diſputatum eſt. *Utrum Auſonenſis eccleſia tributaria eſſe deberet eccleſiæ Narbonenſi*. Cumque ibidem quæſtio finita non fuiſſet, iterum pro eadem cauſa convenientes Epiſcopi, Auſonenſis Eccleſia a tributo præſtando Narbonenſi Eccleſiæ inmunis declarata eſt, ut his verbis acta teſtantur. *Anno domini 907. apud*

apud S. Triberium in diœceſi Agathenſi, aliud eadem in cauſa coactum eſt concilium, cui præfuit idem Arnuſtus Narbonenſis Archiepiſcopus, & Epiſcopi novem interfuerunt. In eo terminata eſt cauſa Epiſcopi Auſonenſis, decretumque, Auſonenſem eccleſiam liberam in poſterum fore a tributo, quod pendebat eccleſiæ Narbonenſi. Cui decreto ſponte conſenſit Arnuſtus. Huic ſimilis erat controverſia inter monachos, ſeu canonicos S. Vincentii Matiſconenſis, & monachos S. Eugendi, pro quadam capella, quorum cauſa Auſterius Archiepiſcopus Lugdunenſis, & Gerardus Epiſcopus Matiſconenſis, ad Eccleſiam S. Augendi ſupra fluvium, qui vocatur Borbontia, convenientes, contra S. Eugendi monachos ſententiam tulerunt, ut ibidem, vel apud Mabillonium videre eſt

JESU CHR. AN. 908. Synodus apud Sanctum Triberium.

Labb. ut ſupra Mabill. Annal. Bened. lib. 41. 34. & 46.

2. Hoc eodem Jeſu Chriſti anno ſeu *Gratiæ* 907., ut ait Veſtmonſterienſis, *Rex magnificus Edvardus, congregato exercitu copioſo, ſubjugavit ſibi Eaſtſextiam, Eaſtangliam, Merciam, Northumbriam cum multis aliis provinciis, quas Dani multo tempore poſſederant, & omnes ex eorum dominio potenter extorſit. Scotorum etiam Cumbrorum, & Galvalenſium, omniumque occidentalium Britonum fines, & eorum Reges in deditionem accepit, & ſic cum gloria, & honore ad propria remeavit &c.* His alia de Hungarorum variis per Germaniam irruptionibus adnotant hiſtorici, at propoſiti noſtri memores, qui Eccleſiaſticam hiſtoriam ſcribendam ſuſcepimus, conſulto hæc prætерimus.

Edvardus Rex Angliæ Danos ſubjicit.

JESU CHRISTI AN. 908. SERGII 3. PAPÆ AN. 5. LUDOVICI IMP. AN. 9. LEONIS SAPIENTIS IMP. 23.

1. Cum Romanorum Pontificum chronologia confuſa ſit, hinc eorumdem quoque hiſtoriam involutam, intricatamque eſſe conſequitur; diverſum omnino a Baroniano temporum, rerumque ordinem in noſtra hiſtoria nos ſequi mirum nemini eſſe debet. Etenim qui primus hic annus apud Baronium Sergii Papæ tertii eſt, quintus a nobis dicitur, ſicque in præcedentibus, & ſubſequentibus probabiles auctores, & monumenta ſequuti ab eo diſcedimus. Dum vero hujus temporis acerbitatem, Romanæque eccleſiæ ſtatum, ab invaſoribus non ſemel fœdatæ deplorat Baronius, acer-

Rom. Pontificum chronologia apud Baronium confuſa.

Jasu Chr. an. 908. biori cenſura Sergium tertium hujus temporis Pontificem vexaſſe non ſemel adnotat Muratorius; quem inter Apoſtolicæ Sedis invaſores, & graſſatores recenſet, cum alioquin, legitime electum, & ordinatum fuiſſe dubitari vix poſſit; de quibus cum de ejuſdem ordinatione ſuo loco egimus, nonnulla adnotavimus, ac laude etiam digna eum geſſiſſe, in reſtauratione præſertim Baſilicæ Lateranenſis, addidimus.

Acerbior Baronii cenſura in SergiumPapam.

Regino chronicon ſuum abſolvit. Quis eſſet. *Mabill. Annal. lib. 41. cap. 48.*

Cum Regino Prunienſis Abbas chronicon ſuum duobus libris diſtinctum, ab Incarnatione Domini ad hunc annum perduxiſſet, ac abſolviſſet, Adalberoni Epiſcopo, Trevirenſi perperam dicto, ut ait Mabillonius, dicavit, ut in præfatione teſtatur. Is porro Prunienſis primum monachus, deinde Abbas, inter præclaros Galliarum ſcriptores hujus ævi recenſetur, variam nihilominus fortunam expertus, e Prumenſi monaſterio, ac Præpoſitura dejectus, Treviros apud Radbodum Archiepiſcopum tranſiit; a quo Præfecturam monaſterii S. Martini accepit, ibique anno 915. vivere deſiit, ejuſque corpus ad monaſterium S. Maximini translatum honorifice ſepultum eſt, cujus epitaphium recitat Broverus in annalibus Trevirenſibus, ait Mabillonius; Præter chronicon ab eo editum, & Adalberoni Ausburgenſi Epiſcopo dicatum, ut ab auctoribus hiſtoriæ litterariæ Galliarum ſcribitur, aliud inſigne ejuſdem Reginonis opuſculum ſupereſt, *De diſciplinis eccleſiaſticis, ac religione chriſtiana* inſcriptum, ac duobus quoque libris diſtinctum, nongentis & ultra capitibus conſtans, quod verius Canonum collectio, ſeu ſumma dici poteſt; eccleſiæ autem, ſeu conciliorum canonibus, Romanorum Pontificum decretales epiſtolas addidit, quibus genuinas cum falſis, ſeu Iſidorianis inſeruit. Regum quoque Francorum capitularia, legeſque Codicis Theodoſiani, juxta Aniani collectionem pro opportunitate addidit, ut apud eoſdem auctores hiſtoriæ litterariæ Galliæ videre eſt.

Broveri Annal. Trevir. tom. 1. pag. 442. Hiſtoire letter. de la France to. 6. pag. 151.

Romanorum bella cum Saracenis.

2. De geſtis in Oriente hoc anno cum Theophane adnotamus. *Anno vigeſimo tertio*, Imperii nempe Leonis Sapientis, ſeu hoc anno, *Saracenorum claſſis Romanam ditionem invaſit. Imperator vero Himerium Logothetam navalium omnium copiarum Ducem, ac caput præfecit: ſcribitque Rodronico Duci, ut ſe adjungeret Himerio. Porro Samonas* (qui omnia poterat apud Imperatorem) *implacabili in Andronicum odio, omnique modo ei labem inferre ſtudens auctor eſt cuidam*

Jesu Chr. An. 908.

dam, ut occulte ad eum ſcribat, Cave ſis naves ingrediaris, & ab Himerio capiaris. *Multis itaque rogans urgenſque Andronicum, ingruentibus Agarenis, ut ſecum ingrederetur, id vero impetrare non potuit. Solus ergo Himerius in S. Thomæ ſolemni die cum Agarenis congreſſus magnam victoriam reportavit. Qua re cognita Andronicus in deſperationem adductus, cum affinibus ac comitatu, in defectionem adactus eſt.* Idem tamen Himerius imperii Leonis anno xxv. *producto ad octo menſes*, navali bello a Saracenis victus, vixque incolumis, fugiendo evaſit.

Obitus Muſtaſis Caliphæ Saracenorum, cui Abulfaldus ſuccedit. *Elmaci: hiſt. Saracen. lib. 2. cap.* 18.

3. Hoc quoque anno Hegiræ 295. Muſtaſis Billa Babylonienſis Calipha die ſolis obiit, juxta Eutychium Patriarcham Alex. vel juxta Elmacinum, ut adnotat Pagius, die 13. Dulciade, ſeu 12. Augnſti, eique Giaſar Abulfaldus ſucceſſit ejus filius, qui inter Caliphas trigeſimus nonus recenſetur, de quorum geſtis Arabicæ hiſtoriæ ſcriptores conſulat lector curioſus, vel ſaltem Derbellotium in bibliotheca Orientali, vel auctorem Gallum Arabicæ hiſtoriæ Abbatem Dorigni.

Bella cum Saracenis in Italia geſta.

Leo Oſtien. lib. 1. 50.

Murat. rer. Ital. tom. 1. *part.* 2.

4. Cum Saraceni, qui jamdiu apud Carilianum prope Trajectum ſedes fixerant, excurſionibus ſuis Campaniam vexarent, adverſus eos Athenulphus Beneventi, & Capuæ Princeps, cum Gregorio Neapolitanorum Duce ſociatis armis, exercitum hoc anno eduxit, ut narrat Leo Oſtienſis; re tamen infecta, ni dicam cum ignominia, ad ſua abiiſſe addit; nam nocte intempeſta in eos illapſi Saraceni, non ſine Chriſtianorum ſtrage Athenulphus cum ſuis elapſus eſt, quo etiam tempore ex Africa in Siciliam, & Calabriam Saraceni iterum advenientes multas ibidem ſtrages ediderunt, de quibus hæc ſummatim chronicon Voltnrnenſe narrat. *Civitas Regium a filio Regis Afar*, ſeu Africæ, *capta eſt. Urbs Tauromenis capta eſt a Saracenis. Rex vero Africus ſuper Coſcentiam reſidens, nocte quadam Dei judicio mortuus eſt.* Hæc ibidem de Saracenorum geſtis, de quibus etiam mentio fit ab auctore chronici Arabici, cujus textum loco ſupracitato exhibet Muratorius tom. 1. part. 2. rerum Italicarum.

JE-

Jesu Chr.
an. 909.

JESU CHRISTI an. 909. Sergii 3. an. 6.
Ludovici 3. Imp. 10. Leonis Sapientis Imp. 24.

Synodus Trojelana ab Heriveo Rhemenſi Archiep. celebrata. *Labb. to. 9. pag.* 520.

Herivei ad ſynodum allocutio.

1. Cum a bellorum tumultibus Galliarum provinciæ hoc tempore immunes eſſent, ad eccleſiaſticam diſciplinam reſtaurandam Heriveus Remenſis Archiepiſcopus ſynodum in pago Sveſſonico, Troileja dictum, nunc Trol ad Axonam fluvium, celebravit, *Anno Dominicæ Incarnationis* 909., *indict.* 12. *ſexto Kal. Julii &c.*, cum Heriveo Epiſcopo Rhemenſi undecim alii Epiſcopi ſubſcripti leguntur, iiſque congregatis hæc præfatus eſt Heriveus. *Quoniam per aliquot annos partim infeſtatione paganorum, partim etiam graviſſimis Regni perturbationibus, ac quorumdam falſorum Chriſtianorum inſectationibus præpediti, juxta decreta Canonum nequivimus congregari; nunc quia annuente Domino congregandi nobis facultas, juxta decreta canonum, data eſt, cum Dei gratia convenientibus nobis in unum &c.* In primis autem ſub oculos poſuit præſentis temporis miſerrimum ſtatum, tamquam tempus ultionis Domini, nam inter alia: *Videtis quam ſit evidens furor Domini, & manus ejus ad feriendum extenſa? Ecce enim quot anni ſunt, ex quo terram noſtram ſterilitate damnatam aſpicimus: quibus cladibus quotidie intereat populus: jam vidimus depopulatas urbes, deſtructa vel incenſa monaſteria. Agri in ſolitudinem ſunt redacti, itaut dicere poſſimus, pervenit gladius uſque ad animam &c.* His lugubri ſtylo expoſitis de Epiſcoporum correctione ſaluberrima inſtitutio imprimis edita eſt, quæ incipit: *Denique ne nobis parcere videamur, qui aliorum errata corrigere debemus &c.* His prælocutis, primum omnium de honore, & cultu Eccleſiarum ponitur conſtitutio. Deinde ipſi Regi, ut potiſſimo poſt ſacerdotes Eccleſiæ membro, præſcribitur recta, ſecundum pietatem, norma vivendi ex ſanctorum Patrum ſententiis concinnata, atque ex iiſdem fontibus exhortatio ad eumdem Regem ſubijcitur, quæ ſic incipit, *Et quoniam a nobis ratio exigitur omnium, & Principum, & ſubditorum ab eo, qui ſine exceptione judicat perſonarum, & pro ipſis Regi Regum ſumus reddituri rationem, ſermo exhortationis ad veſtram, domine Rex, nobis habendus eſt excellentiam &c.* Tertio vero loco Regularium ponitur reformatio, & diſciplinæ col-

lapſæ

lapſæ integra reſtitutio, de quibus agentes Patres, primum omnium, quo miſerando ſtatu eſſent tunc monaſteria Gallicana, verbis iſtis immenſo dolore deplorant. *De monaſteriorum vero non ſtatu ſed lapſu, quid dicere, vel agere debeamus, jam pene ambigimus. Dum enim mole criminum exigente, & judicium a domo Dei incipiente, quædam a paganis ſuccenſa, vel deſtructa, quædam rebus ſpoliata, & ad nihilum prope ſunt redacta: Si tamen quorumdam adhuc videntur eſſe veſtigia, nulla in eis regularis normæ ſervantur inſtituta: ſive namque monachorum, ſive canonicorum, ſive ſint ſanctimonialium, propriis, & ſibi jure competentibus carent rectoribus, & dum contra omnem Eccleſiæ auctoritatem prælatis utuntur extraneis, in eis degentes, partim indigentia, partim malevolentia, maximeque inhabilium ſibi præpoſitorum facientium inconvenientia, moribus vivunt incompoſitis, &c.* Deplorant præterea quod laici eadem a Regibus in beneficia præter jus, faſque acceperant, adduntque: *Nunc autem in monaſteriis Deo dicatis, monachorum, canonicorum, & ſanctimonialium Abbates laici cum ſuis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur, & canibus &c.* Hæc deteſtati admodum Patres, ex ſacris Canonibus, Conciliorum, & Francorum Regum Capitularbus corrigunt. Sed quoniam ſicut in Urbe, ita in orbe quoque ſacrilegii illud genus invaluit, ut defuncto Epiſcopo, ejus bona ab omnibus publice diriperentur, ne id fieret amplius, conati ſunt reprimere Patres canonicarum obice ſanctionum. Hæc, & alia emendantes, quindecim ſcripſere capita, multiplicibus Canonibus, & ſententiis Patrum contexta, ut quot capita, tot diceris eſſe catecheſes ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam, & evellendos, qui irrepſerant in omnes hominum ordines, abuſus.

Jesu Chr. an. 909.

2. Inter alia autem in fine decimiquarti capitis, quam accepiſſent ab Apoſtolica Sede admonitionem de perverſa Orientalium doctrina auctore Photio, his verbis teſtantur. *Sane quia innotuit nobis ſancta Sedes Apoſtolica, adhuc errores, & blaſphemias cujuſdam vigere Photii in partibus Orientis in Spiritum Sanctum, quod non a Filio, niſi tantum a Patre procedat blaſphemantis: hortamur veſtram fraternitatem, ut una mecum, ſecundum admonitionem Domini Romanæ Sedis Præſidis, ſinguli noſtrum, perſpecti Patrum*

Epiſcoporum Galliæ in Rom. eccleſiam obſequium.

Ca-

JESU CHR. AN. 909.

Catholicorum ſententiis, de divinæ Scripturæ pharetris acutas proferamus ſagittas, potentes ad conficiendam belluam monſtri renaſcentis, & ad terebrandum caput nequiſſimi ſerpentis. Hæc ſanctiſſimi Patres illi. Quibus in primis declaratur perſeveraſſe eos, qui quomodocumque præſidebant Romanæ Eccleſiæ in Photii deteſtatione & anathemate, ut qui in nullo addito titulo Patriarchali, nominetur ut laicus. Sed & ex iiſdem commendatur modeſtia, & reverentia Gallicanorum Epiſcoporum erga Romanam Eccleſiam, dum minime merita iſta ſcribentis Sergii attendentes, ea tantum quæ ab eo dicerentur conſiderantes, ipſius obediunt juſſionibus, ſecundum quod fuerant olim admoniti a Chriſto diſcipuli de ſedentibus ſuper cathedram Moyſi Scribis, & Phariſæis, ut facerent, quæ illi dicerent, & non quæ facerent.

Synodi Trojelanæ de fide catholica retinenda, moribuſque corrigendis exhortatio.

3. His multa alia ad morum emendationem clero, & populo aptiſſima, ad Eccleſiarum decorem, & diſciplinam tuendam addiderunt, quæ brevitatis ſtudio prætérimus, & ut catholicam fidem, quam a Romana eccleſia omnium prima, & magiſtra ſuſceperant, ab omnibus retineretur, hortati ſunt Patres ibidem congregati, inter cetera admonent, *Et quoniam eccleſia, noſtris quoque partibus (ut dictum eſt) ſuper hanc petræ ſoliditatem non tantum fundata, ſed ab eo,* Petro ſcilicet, *ejuſque ſucceſſoribus etiam eſt edocta: cum Dei gratia ipſius B. Petri ſuffragantibus meritis, firmitatem fideli, quam primo percepit, hactenus inconcuſſam ſervare ſtuduit, nullaque perfidorum conſortia recepit*; & ut fidem quam profitebantur, dignis etiam moribus comprobarent, hortati ſunt, atque hæc de ſynodo Trojelana hoc anno celebrata dicta ſufficiant, cui poſt Heriveum ceteri Epiſcopi ſubſcripſerunt. Quamplurimas vero alias ab eodem Heriveo Rhemenſi Archiepiſcopo ſynodos hoc tempore celebratas fuiſſe narrat Frodoardus his verbis. *Conventus denique ſynodales ſæpe cum Epiſcopis Diœceſeos habuit, in quibus de pace, & religione ſanctæ Dei eccleſiæ, ſtatuque Regni Francorum ſalubriter, competenterque tractavit &c.*

Frodoard. hiſt. Rhemen. lib. 4. c. 13.

Athenulphi Ducis Beneven. legatio ad Leonem Aug.

4. Cum imparem ſe Saracenis ex Campania abjiciendis, vel ipſa experientia didiciſſet Athenulphus Beneventi, & Capuæ Dux, nec in Neapolitanorum, aut Cajetanorum auxiliis quidquam ſperandum cenſeret, qui non ſemel Saracenis ſociati, ad communem chriſtianorum ſtragem con-

conſpiraverant, miſſa ad Leonem Auguſtum legatione, ut Italis opem ferret, poſtulavit, ac filium ſuum primogenitum, & Ducatus hæredem ad eum miſit, ut narrat Leo Oſtenſis, quo cum perveniſſet Landulphus, a Leone Auguſto honorifice exceptus, claſſem ad Italiæ tuitionem parari juſſit, vix tamen hæc exitum ſortita ſunt, nec in melius Italorum conditio eſt immutata, cum præcipue non multo poſt tum Leonis Auguſti, cum Atenulphi Ducis mors ſecuta fuerit, ut infra dicturi ſumus.

Jesu Chr. an. 910.

lib. 1. *c.* 52.

JESU CHRISTI an. 910, Sergii 3. Papæ 7.
Ludovici Imp. 11. Leonis Sapientis 25.

Adalberonis Epiſcopi Auguſtenſis obitus.

1. Plures Adalberones hoc ſeculo Epiſcopali dignitate floruiſſe ſcimus, quorum primus Rhemenſis Archiepiſcopus, alter Laudenſis Epiſcopus, tertius Ausburgenſis, ſeu Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, cujus obitum Ermannus Contractus ad hunc annum alligavit. Dum ait. *Adalbero venerabilis, & famoſus Auguſtæ vindelicæ Epiſcopus obiit: poſt quem Hiltine annis XIII. præfuit*. In fragmento Chron. Laureshamenſis monaſterii Tom. III. Ducheſnii pag. 502. ſummopere laudatur Adalbero, qui curam ejuſdem Monaſterii ultro dimiſit, ut Eccleſiæ Auguſtenſi totus vacaret. Adalberonis mortem Auctor brevis Chronici S. Galli, & Hepidannus in Annal. in hunc etiam annum referunt, quem Hugo Mainardus, & Bucelinus ad diem XII. Junii inter Sanctos inſcripſerunt. De quo hæc etiam refert Gerardus Presbyter in vita S. Alderici a Mabillonio Sæculo V. Benedictino, ac ab Henſchenio ad diem ſecundam Maii recitata, Udalricum ſcilicet a parentum domo ad Sancti Galli Monaſterium perductum. *Quia ibi nobilium Dei ſervorum multitudo, & religioſitas diſcendi, docendique ſtudium tunc temporis habebatur*. Paulo poſt: *cum Præſulis Auguſtenſis Eccleſiæ Adalberonis dominio ſubdiderunt, quem multa tunc temporis ſapientia repletum, muſicaque arte præ cæteris præditum gubernaculaque regni pene omnia cum Rege* (Ludovico Arnulphi Germaniæ Regis filio) *diſponentem agnoverunt*. De Ulderico hæc ſubdit: *Interea vero libuit eum limina viſitare beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Cumque illuc perveniſſet, a venerando Papa Marino bene ſuſceptus eſt, & ab eo interro-*

Jesu Chr. An. 910. S. Uldaricus limina SS. Apoſtolorum viſitat.

terrogatus, de qua provincia vel civitate eſſet nativus. Qui reſpondens dixit: De Provincia Alamanis, & de Civitate Auguſtana oriundus ſum, verſorque in ſervitio Adalberonis ejuſdem civitatis Epiſcopi. Ne turberis, inquit, animo, o frater reſpondit Pontifex, Adalbertus migravit a ſæculo, & Deo jubente te ejuſdem matriculæ decet eſſe Paſtorem. Eo quidem renuente inquit: cur recuſas deſtinationem Dei? Si nunc inconcuſſam, & indeſolatam accipere, & gubernare refragaris in tranquilitate, in antea vero deſtructam, & deprædatam in perturbatione accipies, & cum labore gubernabis, & reædificabis. Altera vero die ſine licentia Papæ, propter triſtitiam defuncti Domini ſui, & ne ab eo plus verbis conſtringeretur, exivit e Roma, Auguſtamque reviſitavit: & invenit ita ſicut præfatus Papa prædixit. Tunc Hiltine ſucceſſor Adalberonis effectus eſt: qui tamen tantæ non fuit celſitudinis, ut ſuo ſe vellet applicare ſervitio &c. Marini Pontificis mentio, a quo benigne exceptum, & Adalberoni ſucceſſorem deſignatum Uldaricum fuiſſe dicitur, non minima de ſinceritate actorum ſuſpicionem ingerit, cum nullus Marini nomine hoc tempore Romanus Pontifex uſque ad annum 942. occurrat. At pro Romano Pontifice, Pontificis Vicarium Marinum tunc fuiſſe ſuſpicatur Mabillonius, ad dictum locum, Pagius vero quæſtionem facilius ſolvit, dum adnotat, memoriæ lapſu actorum exſcriptorem, pro Sergio, Marinum ſcripſiſſe, aut cum legiſſet a Romano Pontifice exceptum Uldaricum, de ſuo Marini cognomen addidiſſe, quod ſane nec inveriſimile eſt, nonnulliſque exemplis confirmat, ut ibidem videre eſt, aut etiam Pontifex Marinus dictus eſt, qui poſtea Rom. Pontifex fuit.

Pagi not. 5. 6.

Franci ab Hungaris victi.

2. De geſtis autem in Francia, ſeu potius in Germania, ubi Ludovicus præerat, hæc ad hunc annum 910. adnotat Reginonis continuator. *Franci in confinio Bavariæ, & Franciæ cum Hungaris congreſſi miſerabiliter aut victi, aut fugati ſunt*, eadem narrat Ermannus Contractus.

Cluniacenſis ordinis primordia.

3. Benedictino ordini illuſtrem hunc an. 910. fuiſſe, ob Cluniacenſis monaſterii primordia adnotat Mabillonius, ac addit, antequam cœnobium ibidem conderetur, duas illic eccleſias fuiſſe, unam Beatæ Virgini, alteram Apoſtolo B. Petro dicatas. Hic autem locus Cluniacus dictus cum ſuis eccleſiis Avc ſoror Villelmi Aquitaniæ, & Gothiæ ducis in partem

Mabill. Annal. O.B. lib. 41. n. 60.

partem ei ceſſerat, quem Gulielmus frater a ſorore receptum, teſtamento facto, ſeu inſtrumento, locum ipſum cum eccleſiis, & juribus, ac poſſeſſionibus, pro ædificando monaſterio ſub regula S. Benedicti deſtinavit, atque in eo Gulielmus, ſive Vvillelmus pro ſalute animæ ſuæ, pauperes ſibi amicos facere cupiens, Monaſticæ profeſſionis viros congregare, ac ſuis ſumptibus ſuſtentare ſtatuit, ut ſi ipſe cuncta contemnere, ac relinquere nequibat, ſaltem mundi contemptores ſuſcipiens, juſtorum præmium, ac mercedem acciperet. Quapropter Cluniacum villam, quæ ſita eſt in pago Matiſconenſi ſuper fluvium (*la Grône*) Graunam, cum capella ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri, & ſuis juribus, *Pro anima ſenioris ſui Odonis Regis, pro animabus etiam genitoris, ac genitricis ſuæ, fratrum, & propinquorum, pro ſe denique, & uxore, & pro Ava ſorore ſua dono dedit, eo pacto, ut illic in honorem ſanctorum Apoſtolicorum Petri, & Pauli monaſterium regulare conſtruatur*, & ut ibidem monachi juxta regulam beati Benedicti congregarentur, & orationis domicilium fieret, præcepit, atque ut illis maxime hæc prodeſſet donatio ad refugium, qui pauperes de ſæculo egreſſi, nihil præter bonam voluntatem attulerint, *ſintque ipſi Monachi cum omnibus prædictis rebus ſub poteſtate Bernonis Abbatis, poſt cujus deceſſum monachi facultatem habeant alterius Abbatis eligendi quemcumque ſui ordinis voluerint, ſecundum placitum Dei, & regulam ſancti Benedicti*, locum vero ſubjecit *Romanæ Eccleſiæ, cui per ſingula quinquennia decem ſolidi ad luminaria Apoſtolorum perſolvantur. Actum Biturica civitate*, quæ ad Villelmi ducatum pertinebat, datumque *tertio idus Septembris, anno undecimo regnante Carolo Rege Indictione XIII.* poſt Villelmum, & Ingelbergam ejus uxorem, Madalbertus Bituricenſis Archiepiſcopus, Adalardus Lemovicenſis, & Atto Epiſcopi, ac Villelmus ejuſdem Villelmi nepos ſubſcripſerunt, ut fuſiori ſtilo narrat Mabillonius.

Gulielmi Aquitaniæ Comitis teſtamentum pro fondatione monaſterii Cluniacenſis. *apud Labb. tom. 9.*

4. Id autem præcipue Gulielmo cordi fuit, ut ſupradictum monaſterium, a qualibet extranea poteſtate liberum eſſet. *Placuit etiam*, ait, *huic teſtamento inſeri, ut ab hoc die, nec noſtro, nec parentum noſtrorum, nec faſcibus regiæ magnitudinis, nec cujuslibet terrenæ poteſtatis jugo ſubijciantur iidem monachi ibidem congregati. Neque aliquis Principum ſe-*

Gulielmi proteſtatio.

Jesu Chr. an. 910. *ſecularium, non Comes quiſquam, nec Epiſcopus quilibet, non Pontifex ſupradictæ Sedis Romanæ, per Deum, & in Deum, omneſque ſanctos ejus, & tremendi judicii diem conteſtor ac deprecor, invadat res ipſorum Dei ſervorum, non diſtrahat, non minuat, non procambiet, non beneficiet alicui perſonæ, non aliquem prælatum ſuper eos contra eorum voluntatem conſtituat &c.* Dirisque cum Dathan, & Habiron, cum Heliodoro, & cum Juda proditore quoslibet devovet ejuſdem loci invaſores, vel perturbatores, ut ibidem videre eſt.

Cluniacenſis ordinis Berno primus Abbas.

5. Primus itaque Cluniacenſis congregationis, ſeu potius monaſterii Abbas Berno fuit, qui primum Ligniacenſis monaſterii ordinis S. Benedicti Abbas, a Guilelmo fundatore Cluniacenſibus monachis Abbas datus eſt. Quare mirari ſe merito ait Mabillonius in elogio hiſtorico S. Bernonis paragrapho ſeptimo, cur Cluniacenſes Odonem inter Cluniacenſes Abbates, & fundatores primo loco recenſuerint, deinde Majolum, Odilonem, & Hugonem, cum certe non Odo, ſed Berno primus ibidem Præfecturam tenuerit, quem nec inter Cluniacenſes Abbates recentiores non pauci adſcripſerunt. Apud Petrum Venerabilem lib. 6. epiſt. 15. *Odo primus Cluniacenſis ordinis pater* laudatur, & merito quidem iſte honos Odoni tribuitur, ſi plurimorum Monaſteriorum regimen, & inchoatam ſocietatem ſpectes: ſi ritus ipſos, ac vigorem diſciplinæ regularis, non minus Berno, quam Odo ejus rei auctor. Odo quidem Cluniacum perfecit, auxitque. At Berno feliciter incœperat, eique per annos XI. præfuit, atque in Bernonis gloriam cedere debet, quidquid Odo ejus diſcipulus egit, ſive ejus hortatu, atque imperio, quales ſunt libri tres Collationum, flagitante Turpione Epiſcopo, de mandato Bernonis Abbatis ab Odone ſcripti, ſive ex ejus inſtitutione: ſed Odoni id fere in Bernonem contigit, quod ſancto Bernardo Abbati Clarævallenſi in Robertum, & Stephanum primos Ciſtercienſes Abbates, quorum gloriam Bernardus ſplendore ſuo obſcuravit, ait Mabillonius: atque hæc de Cluniacenſis ordinis origine, & progreſſu dicta ſufficiant, quem temporis decurſu mirifice auctum, ut non ſolum in Europa, ſed etiam in Oriente monaſteria habuerit, ut infra dicturi ſumus, cujus tamen eadem cum ceteris ſors fuit, ut cum aliquandiu regulari obſervantia inclaruerit, tem-

temporis tractu, & ætate ſancti Bernardi, a priſtina vivendi ratione jam exciderat, de quibus plurima ibidem.

Giraldus monaſterium Aurelianenſe condit.

6. Quo tempore Gulielmus Arvernorum Comes, & Aquitaniæ Dux Cluniacenſe monaſterium fundavit, *Sanctus Giraldus Aureliacum fundavit monaſterium; Ebbo quidam Princeps partium Bituricenſium Dolenſe cœnobium ædificavit*, ait chronicon Floriacenſe, itaut plane dici potuerit *poſt duras hyemes*, ideſt poſt diruta, & incenſa Normannorum incurſionibus monaſteria in Galliis, *flores apparuerint in terra noſtra*, cum nova hoc tempore ædificata ſunt, vel vetera inſtaurata. Giraldi Comitis vitam, qui in Aquitania die 13. Octobris inter ſanctos recolitur, ſcripſit Odo Cluniacenſis Abbas, quem cœlibem vitam duxiſſe adnotat, cujus amicitiam, & affinitatem viri Principes exquiſierunt. Inter eos Gulielmus Dux Aquitaniæ, de quo Ademarus in chronico ad hunc annum 910. hæc narrat. *Cum non haberet prolem*, Gulielmus, *& ſororem ſuam in matrimonium deſideraret S. Giraldo conjungere, nullatenus quivit. Quippe cœlibem vitam Giraldus ducens, cum ſemper ad copulam ſuaderetur amore filiorum*, reſpondit. *Utile eſt ſine filiis mori, quam relinquere malos hæredes &c.* plura de S. Giraldo dabit Mabillonius ſeculo quinto benedictino pag. 6. & ſeqq. cujus obitum cum anno labenti alligat.

Conſtantinus Porphyrogeneta Auguſtus dicitur.

7. Etſi jamdiu fratrem ſuum Stephanum Imperio Leo ſapiens ſociaſſet, ante obitum tamen, qui anno proximo contigit, filium quoque ſuum Conſtantinum Porphyrogenetam dictum, eadem Auguſtea dignitate exornaſſe tradunt paſſim Byzantinæ hiſtoriæ ſcriptores, atque hoc anno 25., ſeu 24. Leonis Sapientis eamdem inaugurationem peractam fuiſſe tradit Simeon Logotheta his verbis. *Imperio Leonis anno vigeſimoquinto, die ſancto Pentecoſtes coronat Leo Imp. filium ſuum Conſtantinum in Porphyra natum*. Porphyra autem maximum in Palatio Imperiali triclinium erat, in quo Imperatrices parere ſolebant, unde Porphyrogeneti dicebantur. De eo triclinio a Conſtantino magno ædificato, hæc narrat Luitprandus. *Conſtantinus Imp., ex cujus nomine CPolis eſt ſortita vocabulum civitas. domum ædificari juſſit, cui Porphyra nomen impoſuit, voluitque ſucceſſuram nobilitatis ſuæ ſobolem iſthic in lucem prodire, quatenus qui ex ſuo ſtemmate naſcerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti*

Luitprand. lib. 1. c. 2.

JESU CHR. AN. 911.

niti appellarentur. Continuator Theophanis lib. 3. num. 44. ubi de Theophili Imp. in palatio conditis Tricliniis, de Porphyra ſcribit: *quæ quidem ita appellatur, quod illic more olim recepto Auguſta nobiles matronas, ſeu Senatorum uxores, ſub brumalium tempus, coccino, purpuraque donaret.* Hac de re plura Ducangius libro ſecundo cap. 4. num. 7. Conſtantinopolis Chriſtianæ.

Alphonſus Regnum Garziæ filio renuntiat, ejus obitus.

Mariana hiſt. Hiſp. lib. 7. pag. 298.

8. Pacis, bellique artibus Alphonſus Hiſpaniarum, ſeu Aſturiarum Rex hactenus inclaruerat, ut non immerito Magni nomen promeruerit. Mauris nihilominus repreſſis, oppidis, & arcibus extructis, domeſticum, & civile bellum a Garzia filiorum maximo ſuſtinuit, quo preſſus, & pacis ſtudio excitatus, ſponte Regnum filio Garziæ renunciavit, ac religionis cauſa Compoſtellam profectus, anno proximo Zamoræ obiit. Aſturiæ primum cum uxore Semena ſepultus, deinde Ovelium in Templum Beatæ Mariæ translatus, ait Mariana, cujus obitum non anno 908. cum Baronio, ſed labente cum Pagio alligat; in Regno igitur Garziam ſucceſſorem habuit, Ordonio filiorum altero Galleciæ Principatum tradidit.

AbdalæCordubenſis Regis obitus, cui Abderamnus ſuccedit.

Mariana ut ſup.

9. Eodemque tempore Abdala Saracenorum, ſeu Arabum Rex Cordubæ obiit, cui novo exemplo ſucceſſit Abderamnus ex Mauhomade filio nepos, etſi filios plurimos, filiaſque ſuperſtites reliquiſſet: viginti tres annos natus erat Abderamnus cum ad Regnum acceſſit, & quinquaginta annis in Hiſpania regnavit, magni etiam inter Arabum Reges nominis, utpote domi, foriſque clarus. Almanſor etiam Alla vocatus, hoc eſt defenſor legis Dei, ſeu Mahumetanæ, Miramumenin etiam dictus, ſeu Miramolinus, quæ vox Regem credentium ſignificat, ſic magnificis his titulis Mahumetanum Imperium in fruſta diviſum exornabant, nam per integrum, & ultra ſeculum ſub uno Dinaſta, ſeu Calipha Mahumeti Pſeudoprophetæ ſucceſſore ſubſtiterat, hoc autem tempore in partes diviſum erat, ac in tres Dynaſtias, ſeu Caliphatus diſtinctum, quorum primus Bagdadi ſedem habens, Aſiæ, Syriæ, Paleſtinæ, aliiſque locis dominabatur. Alter in Ægypto, & Africa, tertius in Hiſpania ſedem fixerat, atque hæc ad eccleſiaſticæ hiſtoriæ illuſtrationem hoc loco dicta ſint.

Mahumetanorum Imperium in partes diviſum.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI AN. 911. ANASTASII PAPÆ I.
LUDOVICI IMP. 12. ALEXANDRI IMP. I.

1. A funeribus annus inſequens 911. exorditur, nam Sergius Papa tertius, cum Romanam ſedem tenuiſſet per annos ſeptem menſes tres cum diebus 16. ut habet Romanorum Pontificum catalogus, vivere deſiit. Hunc quidem annos tres tantum tenuiſſe ſcripſit Baronius, veterum tamen monumenta a Muratorio, Pagio, aliiſque relata, octavum quoque attigiſſe demonſtrant, de quibus plura non addimus. Defuncti quippe geſta, & epitaphium, cum de ejuſdem ordinatione actum eſt, exſcripſimus, famamque ejus vindicavimus. Sergio Anaſtaſius hujus nominis tertius, poſt paucos vacationis dies, ſucceſſit, qui annos duos, menſes duos Romanam eccleſiam adminiſtravit, vir caſtis, ſuavibuſque moribus uti Frodoardus coævus auctor his verſibus indicans.

Sergii tertii Papæ obitus, cui Anaſtaſius ſuccedit.
Bar. an.910. Pagi Manſi, Georgius ib.

Quo rebus adempto, ideſt Sergio e vivis ſublato.
Humanis in Anaſtaſium ſacra concinit aula,
Tertius hoc Præſul renitet qui nomine Romæ,
Sedis Apoſtolicæ blando moderamine Rector,
Sentiat ut Chriſtum veniæ ſibi munere blandum.

Ejuſdem nihilominus geſta, ob ſcriptorum inopiam, in obſcuro ſunt, nam quæ paſſim a Platina, Ciacconio, Piatti, aliiſque in vitis Rom. Pontificum, abſque veterum ſcriptorum teſtimonio, adferuntur, Annalibus noſtris vix digna cenſemus.

2. Funeri Sergii Pontificis Leonis Imperatoris obitum addimus, qui hoc anno Imperii ſui vigeſimoquinto, vel ſexto inchoato vivere deſiit; *Imperator cœliaco morbo correptus*, ait Theophanis continuator pag. 232., *eoque in ſummam redactus invaletudinem, ut vix potuerit jejuniorum tempore ex Imperatorum more concionem in hæc verba habere. Videtis me contabuiſſe, & morbo conſumptum eſſe, nec forte ad Chriſti Reſurrectionem vobiſcum vitam producam*, & narrato incendio eccleſiæ Cerularii ſubdit. *Maii undecima*,

Leonis Imp. obitus.

Jesu Chr. an. 911. *ma, die tertia*, a prædicto incendio ſcilicet, *Indictione decimaquinta diem obiit Leo Imperator, tradito fratri ſuo Alexandro Imperio. Etiam vero atque etiam illum rogavit, ac* Leo grammat. p. 486. *obteſtatus eſt, ut filium ſuum Conſtantinum ſervaret*, ait is auctor, eademque ceteri hiſtorici Græci, Leo Grammaticus, Simeon Logotheta, Georgius monachus &c.

Leonis Imp. opera. 3. Nec immerito Philoſophus, & Sapiens Leo Imperator dici meruit, quin inter hujus ſeculi ignorantiæ tenebras, fax quædam, ac lucerna dici poteſt, teſte Bellarmino, Bellarm. de ſcript. eccleſ. cujus quamplurima ſuperſunt opuſcula partim edita, partim manuſcripta. Eorum, quæ in bibliotheca Vaticana ſua ætate extabant, catalogum exhibet Baronius ad hunc annum, quibus alia ſuperaddita ſunt. Inter quamplurimas varii generis orationes ab eo editas, in Jeſu Chriſti honorem, vel B. Virginis, ſanctorumque Apoſtolorum, aliorumque veteris, & novi teſtamenti Sanctorum, a Gretzero, Combefiſio, aliiſque latinitate donatas, duæ præceteris ſpeciali memoria dignæ ſunt, quarum prima omnes ſibi ſubditos, cunctoſque fideles ad vitam ſancte, recteque inſtituendam hortatus eſt, eamque Baronius annalibus ſuis inſeruit; altera vero Apoſtolico ſtilo digeſta ad Omarum Saracenorum Calipham inſcripta eſt, eaque Chriſtianæ religionis veritatem, myſteriorumque ſanctitatem exponit, & Saracenicæ, ſeu Mahumetanæ religionis impietatem, & deliramenta coarguit, extatque in bibliotheca Patrum tom. 17. Ejuſdem etiam extat de Tactica, ſeu de re militari liber a Meurſio Græce, & latine editus, quo etiam pietatis indicia dedit, nam in eo exercitum admonet, ut matutinis horis hymnum triſagium recitet, & ut inſtante pugna, exercitus a Sacerdotibus luſtrali aqua, ſeu benedicta expietur. Præceteris vero Leonis operibus, Baſilia recenſentur, quibus Juſtiniani exemplo, præcedentium Imperatorum leges in unum collegit, & in ſexaginta libros diſtribuit, nonnullaſque præterea ſuas conſtitutiones, ſeu Novellas, juris corpori additas vulgavit, quæ omnia jamdiu Græce, & latine vulgata ſunt. Baſilicorum opus in ſeptem volumina diſtinctum Fabrotius Pariſiis edidit an. 1647. ut apud Labbeum, Caveum, Oudinium, alioſque videre eſt.

Leoni Imp. ſuccedit Alexander. 3. Leone ſublato frater ejus Alexander, quem etiam Leo Imperio ſociaverat cum Conſtantino Leonis filio impubere

Digitized by Google

bere ſucceſſit. Annum vigeſimum tunc egiſſe Alexandrum ſcribit Curopalates, & ejuſdem exſcriptor Cedrenus, at errorem in textu poſt Baronium adnotat Pagius, nam anno 870. Alexander in lucem editus, quadrageſimum ſaltem annum attigerat, vir alioquin Imperiali corona indignus, nam ut ſcribit Leo grammaticus. *Venatibus continuis, & per varia Palatia diſcurſibus vacabat uſquequaque, nihil Imperatore dignum meditatus, aut executus, ſed ſemper deliciis, luxuriæ, & ebrietatibus indulgens, totum ſe hujuſmodi tradiderat*. Eo etiam perfidiæ delapſus, ut nepoti inſidias ſtrueret, nam paulopoſt is auctor. *Conſtantinum etiam Leonis filium eunuchum reddere conſuluit, & frequenter id aggreſſus, ab iis, quos Leo beneficiis affecerat, modo infantilem ætatem, modo infirmitatem prætendentibus præpeditus fuit*. Et ne immane ſcelus exequeretur, mors ejuſdem anno ſequenti in cauſa fuit.

5. Alexander autem Imperium adeptus, *Nicolaum ex Galacrenis* (ubi exulaverat) *revocavit, deturbatoque Euthymio, eum iterum in Patriarchali ſolio collocavit*, ajunt continuator Theophanis, ceterique ſcriptores Græci, Curopalates, Leo grammaticus, & Gregorius monachus. Habito autem in Magauria concilio, Euthymius Sacerdotalibus veſtibus ſpoliatus, injuriiſque, contumeliaque affectus, tamquam adulterum, eo quod vivente Nicolao Conſtantinopolitanam Sedem aſcenderat, *ad Agathi ædes relegatus, vitaque functus, in monaſterio ſuo in urbe ſepultus eſt*, ac clericum qui Euthymium probris affecerat, canoſque capitis evulſerat, ac in exilium duxerat, divina vindicta percuſſum fuiſſe addit idem auctor, nam ejus domus eo reverſo igne conſumpta, filiaque ejus toto corpore languens, & loquela carens, reliquo vitæ ſuæ tempore diurnum cibum mendicare coacta fuit. Quid Nicolaus poſtliminio Conſtantinopolim reverſus, in eamque Sedem receptus ad Romanum Pontificem pro hac cauſa ſcripſerit, anno ſequenti dicturi ſumus, nunc cetera hoc anno geſta proſequimur.

Alexander Imp. Eutymium Patriarcham e Sede CP. ejicit, et Nicolaum revocat. *pag. 233. & pag. 487.*

6. Hoc interea anno, vel etiam ſequenti 912. pro diverſa computandi annos ratione Ludovicus Germaniæ Rex, cum nondum ætatis annum vigeſimum attigiſſet, immatura morte ereptus eſt *duodecimo Kal. Julii*, ait Albericus mona-

Ludovici Germaniæ Regis obitus.

Jesu Chr. an. 911. Mabill. an. 912. not. ad a. 922. Pagi, Murat. an. 911.

chus trium fontium in chronico, ac addit: *qui propter tyrannorum in Italia inſolentiam, & malorum multorum ingruentiam non meruit Imperialem benedictionem*, Rex tantum Germaniæ, & Lotharingiæ dictus, ultimus Principum Carolinæ ſtirpis in Germania is fuit; abſque liberis quippe obiit.

Conradus Rex Germaniæ eligitur.

7. Quamobrem Germaniæ Proceres Regem ſibi elegerunt, Conradum Orientalis Franciæ Ducem, cum Otho Saxoniæ Dux, in quem Germanorum vota concurrebant, gravis ætatis excuſatione, oblatam dignitatem recuſaſſet: *Ludovicus Rex adoleſcens moritur*, ait Ermannus Contractus, *& Ratiſpona ſepelitur*, ubi ejus ſepulchrum in Eccleſia S. Emmerammi viſitur; *Poſtquam deficiente noſtris in partibus ſtemmate regio, Conradus filius Conradi Rex electus, & unctus regnavit annis ſeptem*.

Rollo Nortmannorum Dux, pace cum Francis inita, baptizatur.

8. Hoc etiam tempore vel anno Galliarum provinciæ ab Nortmannorum vexationibus aliquantulum reſpirare cœperunt; cum enim, Rollo Duce, in eas ultra viginti annos bacchati fuiſſent, Franci a Nortmannis oppreſſi, Carolum Simplicem Regem rogarunt, ut funeſto bello finem imponeret, quorum votis ſatisfaciens Carolus, Franconem Rothomagenſem Epiſcopum ad Rollonem Nortmannorum Ducem miſit, *promiſitque terram maritimam ab Eptæ flumine, uſque ad Brittannicos limites, cum ſua filia, nomine Giſla*, inquit, Gemmeticenſis lib. 2. cap. 17. ea tamen conditione, ut Rollo Chriſtianus efficeretur, additque, *quibus nobiliter expletis, Rex lætus ad ſua regreditur, & Rollo cum Roberto Duce ad Rothomagenſis urbis mœnia proficiſcitur. Anno igitur Incarnat. Dominicæ nongenteſimo duodecimo, benedicto fonte in nomine Sanctæ Trinitatis, Rollo a Francone Archiepiſcopo baptizatur. Quem Robertus Dux a fonte excipiens ei nomen ſuum impoſuit. Rollo autem, poſtquam baptizatus eſt, per ſeptem dies, quibus in albis manſit, Deum, & Sanctam Eccleſiam devote datis muneribus honoravit*; tractuque temporis, locis ſacris illata hactenus damna Nortmanni compenſarunt, ait Mabillonius, cum Eccleſias, ac monaſteria, alia ex cineribus excitarunt, alia nova ædificarunt, atque Rollonis Ducis exemplum ſecuti ſunt Nortmannorum pars maxima tum Procerum, cum infimæ conditionis, *ac unanimes ad ba-*

baptiſmum convolant, ait ſupracitatus auctor, ſicque Lugdunenſis ſecunda, Nortmandia ex eo tempore ab Nortmannis poſſeſſoribus dicta eſt, proprioſque Reges, aut Duces habuit usque ad Philippum quartum, qui eamdem provinciam Gallorum Regno reſtituit. JESU CHR. AN. 911.

9. Quot autem, quantave mala Gallorum Regnum, & Eccleſia ab diutina Nortmannorum infeſtatione pertulerint, non ſemel Epiſcopi in Synodis congregati hoc tempore deplorarunt, de quibus Troslejana Synodus anno 909., hæc præ ceteris habet: *De monaſteriorum non ſtatu, ſed lapſu quid dicere, vel agere debeamus, jam pene ambigimus. Dum enim mole criminum exigente, & judicium a Domo Domini incipiente, quædam a Paganis* (nempe Nortmannis) *ſuccenſa, vel deſtructa, quædam rebus ſpoliata, & ad nihilum prope ſint redacta, ſi tamen quorumdam adhuc videntur ſupereſſe veſtigia, nulla in eis regularis formæ ſervantur inſtituta. Sive namque monachorum, ſeu Canonicorum, ſeu ſint Sanctimonialium, propriis, & ſibi jure competentibus carent Rectoribus, & dum contra omnem Eccleſiæ auctoritatem Prælatis utuntur extraneis, in eis degentes, partim indigentia, partim malevolentia, maximeque inhabilium ſibi Præpoſitorum faciente inconvenientia, moribus vivunt incompoſitis, & qui ſanctitati religionique cœleſti intenti eſſe debuerant, ſui velut propoſiti immemores, terrenis negotiis vacant: quidam etiam neceſſitate cogente monaſteriorum ſepta derelinquunt, & volentes nolenteſque ſecularibus juncti, ſecularia exercent, cum e contra dicat Apoſtolus:* Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus 2. Tim. 2. Paulopoſt: *Nunc in Monaſteriis Deo dicatis, Monachorum, Canonicorum, & Sanctimonialium Abbates Laici, cum ſuis uxoribus, filiis, & filiabus, cum militibus morantur, & canibus*. Quare Nortmannorum converſio in magnum Eccleſiæ Gallicanæ emolumentum ceſſit.

Quot mala Regnum, & Eccleſia Gallicana ab Nortmannis pertulerint.

JESU CHR. AN. 912.

JESU CHRISTI ANNUS 912. ANASTASII TERTII AN. 2. LUDOVICI IMP. AN. 13. CONSTANTINI IMP. AN. 1.

Alexandri Imp. obitus.

1. Vix annum unum cum diebus aliquot in Imperio tranſegerat Alexander Leonis frater, cum hoc anno obiit, ad Imperium elatus vir ſuperbus, & imprudens, legationem Simeonis Bulgarorum Regis de pace ineunda ſpreverat, ait Theophanis continuator, quam ob cauſam: *Simeon arma movere adverſus chriſtianos ſatagebat, ceterum Alexander large pranſus, vinoque ingurgitatus ſub caniculæ ardoribus, cum ad pilae ludum deſcendiſſet, Deo ultore percuſſus, multoque per nares, & veretrum cruore fuſo, poſt biduum vivis exceſſit menſis Junii ſexta, die Dominica indictione prima*, ſeu potius 15. deſinente, *tutoribus relictis Nicolao Patriarcha, & Stephano, Joanneque magiſtris Elada, & Joanne rectore, & Euthymio, & Baſilea, & Gabrilopulo, translato in Conſtantinum Leonis filium Imperio*. His conſentiunt ceteri bizantinæ hiſtoriæ ſcriptores, Leo grammaticus, Curopalates Cedrenus, quem etiam non ſolum luxuriæ, venationibuſque deditum fuiſſe tradunt, sed etiam omni impietatum genere obrutum, ut Idololatria quoque ſeſe foedaverit. *Ceterum Alexander ſe ipſe impoſtoribus, ac præſtigiatoribus dedens*, ait Theophanis continuator, *ab eis in eam mentem adductus eſt, ut Aprum æneum in circo erectum ſuum ille ſignum eſſe exiſtimaret, ajebant enim Leoni fratri adverſari, ejus porcorum affinem vitam, moreſque inſinuantes. Hoc ergo deceptus errore, pudenda, denteſque porco, qui deſiderabantur, inſtaurari curavit. Eadem erroris fallacia, equeſtri edito certamine, ſacris eccleſiaram auleis, & candelabris Circum ornavit, Dei honorem miſer Idolis tribuens: unde, & cito divina ultione honorem amiſit*; eademque habet Leo grammaticus.

pag. 234.

Leo grammat. pag. 486.

Alexandri Imp. impietas notatur.

Conſtantinus Imperium obtinuit.

2. Poſt Alexandri interitum, ii, quibus Conſtantini impuberis cura demandata fuerat, Zoem ejus matrem, quam ex palatio Alexander ejecerat, ab exilio revocata in Imperii adminiſtratione ſociarunt, quod variis Procerum factionibus, turbatum fuiſſe, & præcipue Conſtantini Ducis, narrant hiſtorici, Leo grammaticus, aliique; at Conſtantino Duce, conjuratio-

tioniſque ſociis, poſt cruentum in urbe prœlium, extincto, Romanus Lacapenus Præfectus, occupato Palatio, cuſtos Imperatoris dictus, aliiſque honoribus auctus, & pater Imperatoris declaratus, Imperii adminiſtrationem ſolus pene obtinuit, longoque tempore retinuit; cujus filiam Helenam Conſtantinus Imp. ſibi deſpondit, & tertia poſt Paſchatis feſtum die anni ſequentis, ambo ab Nicolao Patriarcha nuptialibus corollis exornantur, de quibus plura narrant tum Leo grammaticus pag. 495. Curopalates pag. 617. Luitprandus in hiſtoria Longobardorum lib. 3. 8.

JESU CHR. AN. 912. *pag. 490 & ſeqq. Theoph. continuator, pag. 238.*

3. Nicolaus interea CP. Patriarcha in ſuam Eccleſiam reverſus, ac inter pupilli Imperatoris tutores primus, memor injuriæ, quam ſub Leone Imp. ſuſtinuerat, dum ſuadentibus etiam Sedis Apoſtolicæ legatis, e throno dejectus, & in exilium miſſus fuerat, querelis plenam ad Anaſtaſium Rom. Pontificem ſcripſit epiſtolam, qua & rei geſtæ hiſtoriam narrat, & adverſus quadrigamiam multa inferit, cujus hæc eſt inſcriptio: *Sanctiſſimo Papæ veteris Romæ Nicolaus Patriarcha CP. de tetragramia a Romanis recepta. Inde ſcribendi principium ſumam, unde mihi nobis tot mala promanarunt. Poſt tertiæ uxoris obitum ſubiit optimi, atque dilecti nobis Imperatoris animum quartum quoque connubium experiri velle: quod nemo ante nedum privatus, verum etiam amplioris gradus ſub ditione Romana auſus fuerat: quæ enim tam effuſe petulans libido refragantibus ſanctorum canonum ſanctis non cohiberetur, niſi ſummo imperio ſuffulta, licere ſibi cenſeret quidquid concupiſſet? Vicit ergo ad extremum amor, quartaque jam uxor expetita eſt: puer autem obtenui aſſumptus, qui pridem ab ea genitus, ſucceſſioni Imperii, nullo prolis adhuc ſubſidio innixi deſtinabatur. Quod quidem fieri minime debuerat: neque enim quartus ſubſecutus illegitimam conjunctionem ratam effecit. Alioquin obvium unicuique, & in promptu foret legibus illudere. Hunc Imperatoris conatum Eccleſia Orientalis, pro eo ac gravitas rei poſtulabat, tam moleſte tulit, ut conſpiranti Antiſtitum conſenſu ſolemnem illam pompam, Auguſtorum filiis exhiberi ſolitam (id enim pater flagrantiſſime cupierat) in baptizando puero vetuerit: niſi prius a ſe mulieris miſſionem juraret Imperator. Quod & ore præſtitit promptiſſime, quamvis aliud animo occulte volveret.*

Nicolai CP. Patriarchæ epiſt. ad Anaſtaſium Rom. Pontificem.

JESU CHR. AN. 912.

ret. Nondum enim triduum a baptiſmo filii effluxerat, cum pueri mater in palatium, ut Principis detet nuptam, apparatu regifico accitur: cærimoniæ expediuntur nuptiales, nullius ſacerdotis interventu, Imperatore ipſo & ſponſi, & auſpicis munus exequente. Quod quidem non aliter, ac ſi fundamenta totius fidei convellerentur, non Præſules modo, clericoſque cujuſcumque ordinis commovit, verum etiam totam ſimul civitatem perculit. Me autem quid aliud tunc agere oportuit, quam quod amico, Antiſtiti, excubitori, de Eccleſiæ dignitate, Principiſque ſalute dies nocteſque cogitanti, agere par erat? Primum quidem ad genua ipſius, immo ad pedes uſque provolutus, & monebam eum ut errantem, & ut Imperatorem obſecrabam: vereretur faſtigium dignitatis Auguſtæ, in qua non ſecus, ac in facie, vel tantillum quidem maculæ oculis vix poteſt: agnoſceret, longe ſe ſublimiorem Regem, tam inauditum facinus cælitus ulturum: non ideo Principes legibus exolvi, ut vitam per omne ſcelus impunes, ac infrænes agant, ſed ſibi leges ipſi ſint, virtutis præſcripto mores componentes. Poſtremum conditionem afferebam lacrymis obortis, ut ſaltem ſecubaret a muliere tantiſper, donec acciti Romæ veteris, cæteratumque Patriarchalium Sedium Legati nobiſcum, quid facto opus eſſet, diſceptarent. His ego tunc verbis nihil profuturis (obſtruxerat enim ejus aures amor) Regem fatigabam, cum interim Roma adveniunt Legati, quos ille (ſic enim publice ſermonibus divulgabatur) connubio firmando evocarat. Res ſane, ſi quæris, hominibus noſtris indigniſſima eſt viſa, ſummoque cum dedecore conjuncta: quippe quæ procurationem mihi debitam aliis deferret, provincias Patriarchales, jam pridem inter ſe Patrum ſanctionibus diſcretas, turpiter confunderet; nefarium ſcelus olim ab Eccleſia dira execratione vetitum, in jus denuo nullo ſervato jure revocaret. Non ignoro a calumniatoribus jactatum, me per ſuperbiam, Legatorum conſpectum atque colloquium ſpreviſſe: quaſi vero mihi integrum fuerit, aut palam adire viros ſumma paſſim invidia flagrantes ob rumorem, quem plerique ſparſerant, adeſſe reprobatarum a nobis nuptiarum aſſertores: aut ipſe Imperatori non ſuaſerim, ſecretum nobis in palatio cum Legatis congrediendi locum daret, ubi remotis arbitris de quæſtione iſta nuptiali diſcepta-

re-

Digitized by Google

remus. Quod ille facere neglexit, in meam unius pernicem animo intentus, quam quidem ita conſutis dolis eſt aggreſſus. Primum omnium nonnullos noſtrorum Præſulum partim donis, partim pollicitationibus illectos, quaſi ſuas peculiares adverſus me copias conſcripſit: deinde me juſſit in Regiam acerſiri ad convivium, quod illi inſtruere quotannis in beati Tryphonis feſto moris erat. Accedo imperterrita comite fretus conſcientia, ſolemni cœtui interſum, epulis accumbo: inter ſacra menſæ denique abripior, atque navigio impoſitus in exilium agor immitiſſimum, non amico, non famulo, non libro denique, cujus lectione me ſolari poſſem, fugam comitante: ubi non tam hiemis rigore, rerumque omnium egeſtate preſſus, quam cuſtodem violentia pene enectus diu manſi. Pari inclementia in reliquos ſanioris conſilii ſævitum eſt, carcere, relegatione, vinculis afflicti omnes, deliquiſſe pœna tantummodo creduntur. Acceſſit, ne quid plane nobis deeſſet mali, aut ſupereſſet præſidii; Legatorum aſperitas, qui non ſecus, ac ſi Roma ad indicendum nobis bellum huc delati eſſent, nos indigniſſimis modis oppugnarunt. Tantum miſerorum odium, tantus contemptus ordinis homines inceſſerat. Et quidem decebat, primatum Eccleſiaſticum ſibi vendicantes, rem totam ſerio inquirere, atque ad ſummum Pontificem referre, non autem per ſummam injuriam, atque ludibrium eorum damnationi aſſentiri, qui nullius affines culpæ, Principis indignationem incurrerunt ob id ſolum, quia fornicationis labem ſunt abominati &c. nullamque in hac cauſa diſpenſationem locum habere addit, ac ſibi animarum ſalutem, Principis gratia, aut indignatione potiora eſſe addit; quæ ſane veriſſima ſunt, cum juſta adeſt cauſa. At etſi multa adverſus quartas nuptias referre promittat, unicum tamen Clementis Romani Pontificis, & Petri diſcipuli textum affert, ex neſcio quo libro apocrypho, ac perperam Clementi inſcripto, ac tandem quid ab Romano Pontifice peteret, his verbis exponit: *Neque vero a me in eum ſenſum hæc dicuntur, ut velim diris a vobis impeti Imperatorem, tale nefas auſum, ipſumque Sergium Pontificem prædeceſſorem veſtrum. Non ea mens animo, nec tantus vindictæ amor Dei ſervos decet. Ambo hac vita exceſſere pridem, ſupremi omnium Judicis tribunal adituri: ille vero etiam antequam hinc emigraret, agnovit flebiliter er-*

JESU CHR. AN. 912. *errorem ſuum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore, ac deprecatore (aderam enim tunc forte ab exilio reverſus, ab eoque Eccleſiæ gubernationi reſtitutus). In eos animadvertendum, beatiſſime Pater, qui ſuperſunt, qui tot in me, tantaſque turbas criminationibus falſis excitarunt. Hæ tuæ erunt partes: id a te dignitas primum tua, Romanæque Sedis decus exigit: id qui nunc rerum potitur Imperator, miſſo ad te palatii magiſtro, noſque omnes obnixe petimus, atque obſecramus. Deus ſanctitatem tuam incolumem ſervet.* Hactenus Nicolai Patriarchæ epiſtola, quam integram Baronius recitat, alteram paulopoſt addens, de concordia inter Romanam, & CP. Eccleſiam ineunda, de qua inferius ad annum 920. ſermo fiet.

Rodulphi Burgundiæ Regis obitus, cui filius ſuccedit.

4. Ad hunc annum, ait Ermannus Contractus, *Ungari Bajoariam petentes, congregatis Bajoariorum, & Alemannorum copiis juxta fluvium Ine congreſſi magna ſtrage profligantur, Cometæ hoc anno viſæ. Rodulphus Rex Burgundiæ obiit, & Rodolphus filius ejus regni illius jura diſpoſuit annos* 25. Transjuranæ Burgundiæ Regnum primus tenuit Rodolphus, & cum laude per annos 25. rexit, cui Rodolphus filius ejus ſucceſſit, ait Pagius hoc anno.

Nocheri Balbi obitus, & opera.

5. His addit Contractus ad hunc annum 912. *Apud Sanctum Gallum Nocherus magiſter doctus obiit.* Is receptus admodum puer in Monaſterio Sancti Galli in Helvetia poſito primum Yſonis, deinde Marcelli Hiberni diſciplinæ commiſſus, huic in magiſterio ſcholæ clauſtralis ſucceſſit, ſicut ſocius ejus individuus Ratpertus in regimine Canonicæ, ideſt Clericalis juventutis extra Clauſtra, qui ſucceſſerat Yſoni; in monaſterio autem S. Galli ſeptem liberalium artium ſtudium vigebat. *Habebat vir beatus defectum a pueritia, eo quod tardioris, & impeditioris linguæ eſſet, ſed velociſſimus erat facundia ſpiritus*, inquit Ekenardus Decanus San Gallenſis in ejus Vita, Actis SS. Bollandianis ad diem VI. Aprilis recitata. Nocherus varias compoſuit ſequentias, ideſt rythmicas preces, quales ad Miſſam ante Evangelium in Feſtis ſolemnioribus cantari ſolent. Sed præcipuum ejus Opus Martyrologium a Caniſio tomo ſexto editum, de quo plura dabit Mabillonius tum in Annalibus hoc anno, cum in actis ſeculo quinto, ubi ejuſdem elogium exhibet.

6. Ana-

Digitized by Google

6. Anaſtaſii Papæ Tertii geſta in obſcuro remanſiſſe ſupra adnotavimus, cujus vix memoria ſupereſt in epiſtola, ſeu privilegio Ragemberto Vercellenſi Epiſcopo dato, quo tribuerat, ut vitæ ſuæ tempore pallio uti poſſet; cum enim Metropolitanus non eſſet, ad ſucceſſores idem privilegium tranſire non poterat, quod pro ſingulari merito Ragemberto Anaſtaſius conceſſerat; integram Anaſtaſii epiſtolam, ex Veronenſi Codice recitat noviſſimus editor operum Attonis Vercellarum Epiſcopi; eodemque loco ex Vercellenſi archivio epiſtolam formatam exhibet ejuſdem Ragemberti Vercellarum Epiſcopi ad Andream Mediolanenſem Epiſcopum, qua eidem facultatem tribuit, ut ad votum cleri, & populi Eporedienſis Valfredum Eccleſiæ ſuæ, ſeu Vercellenſis ſubdiaconum, Antiſtitem, ſeu Epiſcopum ordinaret, ex quibus ut idem auctor obſervat, conſtat, ſeculi decimi initio Andream Mediolani, & Ramgembertum Vercellis Epiſcopos fuiſſe, ut a Muratorio etiam non uno in loco adnotatum eſt.

JESU CHR. AN. 913. Anaſtaſius Papæ Ragemberto pallii uſum concedit.

Attonis op. in præfat. pag. 9. pag. 7.

JESU CHRISTI AN. 913. ANASTASII PAPÆ 3. LUDOVICI IMP. 14. CONSTANTINI IMP. 2.

1. Cum annos duos, menſes duos Romanam Sedem adminiſtraſſet Anaſtaſius hujus nominis tertius, ut Ermannus Contractus, & Rom. Pontificum catalogi ſcribunt, Octobre hujus anni ineunte, vivere deſiit, ſucceſſoremque habuit Landonem, cujus Pontificatus ſicuti breviſſimus fuit, ſex ſcilicet menſium, ita geſta in obſcuro remanſerunt: de ipſo Flodoardus coevus auctor hæc ſcribit:

Anaſtaſii Tertii Papæ obitus, cui Lando ſuccedit.

Lando dein ſummam tenet ordine Sedem
Menſibus hanc coluit ſex, ut deniſque diebus
Emeritus Patrum ſequitur quoque fata priorum.

Flodoardi verſus de Rom. Pont.

Landonis ſucceſſor Joannes decimus fuit, qui teſte Luitprando, Bononienſem Epiſcopatum obtinuerat, ac inde paulo poſt antequam Epiſcopus conſecraretur, Ravennatenſis Archiepiſcopus ordinatus fuit: *Locum ejus*, ait is auctor, ideſt Ravennatis Epiſcopi demortui, *Joannes Theodoræ*, im-

Luitpr. hiſt. lib. 2. 13.

Jesu Chr. an. 913.

Joannes ex Bononienſi Eccleſia in Ravennat. tranſlatus.

pudentiſſimæ , *inſtinctu , priore Bononienſi Eccleſia deſerta , ambitionis ſpiritu inflatus , contra Sanctorum Patrum inſtituta ſibi uſurpavit , Romam quippe adveniens mox Ravennatis Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus . Modica vero temporis intercapedine , Deo vocante , qui eum injuſte ordinaverat Papa , defunctus eſt* , Lando ſcilicet , qui cum menſes ſex , dies aliquot Romanam Sedem tenuiſſet , anno ſequenti obiit , ac Joannem ex Ravennatenſi Sede tranſlatum , ſucceſſorem habuit , ut ibidem dicturi ſumus .

Theodoræ nobilis ſcorti dignitas , & auctoritas .

2. Sed unde infami mulieri , ideſt Theodoræ tanta auctoritas , ſeu potius audacia tanta , ut non ſolum pro libitu Epiſcopos Eccleſiis daret , ſed etiam Romanos Pontifices , ut in Joanne Landonis ſucceſſore contigit , eligeret , erat iſta nobilis Romana fœmina ſenatorio genere nata , venuſtate præſtans , ingenio vaferrima , conſuetudine Alberici Spoletini Ducis potentiſſima , ex quo etiam filias ſibi meretricia arte ſimiles procreaverat , cumque Hadriani molem , tamquam inexpugnabilem arcem , Albericus poſsideret , urbi facile dominabatur . Unde hæc peſſima fœmina ea arte dominium urbis obtinebat , *Theodora ſcortum impudens* , ait Luitprandus , *hujus Alberici , qui nuper hominem exuit , avia , quod dictu etiam foediſſimum eſt , Romanæ civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat &c.* de quibus anno ſequenti iterum .

loco ſuprac.

Rainerii Lotharingiæ Ducis diploma apocryphum probatur .

3. Nil aliud , hoc anno refert Baronius , quam diploma Rainerii Lotharingiæ Ducis , qui pœnitentia ductus , eo quod Eccleſiæ bona invaſiſſet , Zacchei exemplo , largiorem Eccleſiis donationem pro damnis illatis , fecit ; Verum charta illa , ait Pagius , ſicuti & plures aliæ , quæ habentur in libro cui titulus eſt . *Stemmatum Lotharingiæ , ac Barri Ducum* tomi ſeptem , ſuppoſititiæ ſunt , nec ullus hac ætate ex eruditis de ea re dubitat ; Nam Blondellus in opere cui titulus *Barrum Campano Francicum* pag. 14. refert , hunc Auctorem anno 1583. die 26. Aprilis , ore proprio crimen confeſſum , veniam ab Henrico III. Galliarum Rege petiiſſe , quod in ea hiſtoria a ſe edita , contra Majeſtatis ſuæ , ejusque Deceſſorum honorem , ac Hiſtoriæ veritatem plura ſcripſiſſet , paratumque se exhibuiſse ad eam , quam ejus Majeſtas vellet , pœnam ſubeundam . Beslius vero in Tractatu de *Vera Origine Hugonis Italiæ Regis* , poſtquam locutus eſt

de

de capitali ſententia, quam paſſus eſt is auctor, ſcribit, eum ſummorum Regum, & Imperatorum dolo malo Teſtamenta deleviſſe, iiſque nonnulla addidiſſe, detraxiſse, teſtimonia falſa dixiſse, & ſigna adulterina feciſſe. Quare Hiſtoriæ tot fabulis totque mendaciis oneratæ nulla fides habenda, quod & pluribus inculcat Spondanus anno 1533. num. 12. Jesu Chr. an. 913.

4. Ex apocrypho ſcripto, ad auctorem non leviter de Sanctorum vitis interpolatis ſuſpectum tranſimus. Is eſt Simeon Metaphraſtes, qui hoc circiter anno Sanctorum vitas ſcribere aggreſſus eſt, initio ducto a vita S. Theotiſtes virginis Lesbiæ, quæ vitam monaſticam in Paro, Græcorum inſula, coluit. Eam autem vitam ab eo poſt mortem Leonis Sapientis elucubratam, ipſemet in eadem evidenter inſiuuat, cum ait. *In Cretam navigabam a Leone beatæ memoriæ eo miſſus, Leone inquam illo vere fortunato Imperatore, qui ipſam Romanorum felicitatem ſecum videtur in ſepulchrum intuliſſe*. Ante illam vitam nihil adhuc Metaphraſtes in litteras miſerat. Michael enim Pſellus in ejus officio, Ode VI. *Prima tua commentatio ex divina providentia, & colloquio facta eſt ſacri Senis & Anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro inſula conſpexiſti*. Ideſt, prima tua ſcriptio, primus liber vel primum opus. Quare Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag. 57. perperam ſcribit Metaphraſtem ante vitam illam, quæ inter alias ab eo editas primum locum obtinet, alia ſcripſiſſe; de Metaphraſte autem cum multa idem Allatius referat, præcipua hic in ſummam contraham, Pſellus in Acraſtichide canonis in eumdem: *Cano te, qui Metaphraſes ſcripſiſti*. Ode IV. *Scripturis incubebas divinis confeſſor, & Sanctorum Vitas veſtigans, horum paſſiones, & certamina laudabas ſapientibus tuis Metaphraſibus*. Sic dictis, quod ex una phraſi, dicendique modo in alium delatæ ſunt. Unde ipſe poſtea ſub Metaphraſtæ nomine poſteris innotuit; hinc patet falli Lipomanum dum tradit eum vitas Sanctorum ex diverſis Auctorum libris in unum volumen redegiſſe; eaſque tamquam ſuas, utpote a ſe ipſo rudi, & inculta ſtylo digeſtas vulgaſſe. Nam Simeon laborem omnem ad ſe aſſumpſit, & ſive vitæ illæ Auctorem præferrent, ſive rudi ſtylo congeſtæ Lectorem deterrerent, eas ipſe ſuo ſtylo exaravit, ut eodem omnes decore, unoque genio fideles ad earum lectionem Metaphraſtes vitas SS. ſcribit.

 allice-

JESU CHR. AN. 913.

alliceret. Symeonis Stylitæ vitam ſcripſerat rudi ſermone Antonius illius Diſcipulus, Theodoretus elegantiſſimo; Metaphraſtes tamen de novo adornatam multis additis in publicum ire juſſit. Stephanus Byzantinus juſſu Epiphanii vitam S. Stephani Junioris, qui ſub Copronymo vixit, collegit & edidit; at Metaphraſtes illius conſcribendæ denuo laborem ſuſcepit. Et ſic de multis aliis.

Cur, & qua ratione Metaphraſtes vitas SS. ſcripſerit.

5. Qua autem de cauſa tantum ſuſceperit Metaphraſtes laborem, Pſellus in ejus encomio exponit; cum etenim Sanctorum vitas, non ſolum ſtyli ruſticitate, ſed etiam ineptiis, fabuliſque fœdatas videret, quarum cauſa cordati, & eruditi viri ab earum lectione abhorrebant: *Juvenile aggrediens facinus, vel felicem potius actionem, Martyrum certamina, & curſus, & monachorum abſtinentiam, & patientiam ornavit, & decoravit, & eamdem, quam adhibens benevolentiam, etiam gratias viciſſim accepit ab omnibus &c.*

Metaphraſtis in ſcribendo diligentia.

6. Non omnes tamen ſanctorum vitas ante ſe a probatis auctoribus ſcriptas, ſtylo ſuo iterum digeſſit, nam falsas, aut male compoſitas veluti indignas, quæ a piis viris legerentur, prætereiit, nonnullas ad antiquorum Codicum, vel ſcriptorum fidem correxit, ſuoque ſtylo exornatas edidit. Alias etiam, nihil de ſententia immutans ſermone ſuo exornatas digeſſit, quæ tandem erant diligenter ſcriptæ, ac digeſtæ, ita eas inter ſuas lucere, veluti ſydera, lapideſque pretioſas reliquit, quibus, & ſuæ celebriores fierent, & piis hominibus, populoque acceptiores. Hinc frequenter inter ejus volumina occurrunt orationes, & Encomia in varias Feſtivitates Sanctorum, uti Athanaſii Patriarchæ Alexandrini, Baſilii Magni, Gregorii Nanzianzeni, & cæterorum. Sed quaſnam *Metaphraſtes* Vitas Sanctorum elucubravit? Hoc definire difficillimum eſt, fatetur Allatius, qui ſimiles vitas ad examen revocarat, & orationem, & lumina in dicendo Simeonis optime callebat. Vindicavit ipse multas huic Scriptori, & genuinos ejus fœtus eſſe oſtendit, plures etiam enumeravit, quæ nonniſi per errorem ipſi adſcriptas fuiſſe demonſtrat. Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis, quas ſub ejus nomine reperit Græcas Sanctorum vitas, Latine verti curavit, ex quibus multas in ſuum opus tranſtulit Laurentius Surius, qui tamen perperam tam in illis, quam in aliis Sanctorum vitis non pauca immutavit,

vit, ut gratiores lectoribus eſſent. De Vitis Sanctorum a Metaphraſte ſcriptis pluribus diſſerit Bollandus in Præfatione ad Tom. I SS. menſis Januarii cap. 1. §. 3. de aliis Simeonis operibus in ejus morte, verba faciemus.

7. Cum Regnum malis a tibus partum, & rebellione in Alphonſum patrem excitata, triennio tenuiſſet Garzias, hoc anno Zamoræ defunctus eſt, ac Oveti ſepultus, ait Mariana anno 913. vel 912. ut ait Pagius, ſucceſſoremque habuit Ordonium fratrem, qui annis novem. menſibus ſex regnavit, vir ſane pius, & in bello ſtrenuus, qui Maurorum ferociam in Hiſpania non ſemel repreſſit, ac Regni ſedem ex Oveto, Legionem tranſtulit, ubi etiam poſt annos aliquot, Epiſcopis ad dedicationem Eccleſiæ in honorem B. Mariæ Virginis ibidem extructæ, vel reſtauratæ convocatis, ipſe Rex Ordonius, novo exemplo, Regni coronam a Fruminio Legionenſi Epiſcopo accepit: de ejuſdem in pace & bello præclare geſtis plura dabunt Mariana lib. 7. cap. ultimo de rebus Hiſpanicis, ceterique ejuſdem gentis ſcriptores.

Garziæ Hiſp. Regis obitus, cui Ordonius frater ſuccedit. *Marian. hiſt. Hiſp. p. 299. Pagi. an. 915. 8.*

8. Inter Epiſcopos pietate illuſtres, qui Ordonio regnante floruerunt, Attilanus Zamorenſis, & Gennadius Aſturicenſis recenſentur, Attilanus ab Urbano ſecundo inter ſanctos relatus eſt, ait Baronius; at unde id demonſtret nobis non conſtat, ac unicum Urbani ſecundi diploma refert Fontanini, ſeu epiſtolam Bizantio Tranenſi Epiſcopo datam anno 1099. qua ei cauſa canonizationis B. Peregrini Tranenſis committit, ut ibidem videre eſt. Gennadius autem Aſturicenſis primum abbas monaſterii Montani S. Petri fuit, ac plurima monaſteria condidit, ex quibus præſtantiſſimi viri prodiere, qui barbaricæ vaſtitatis jacturas aliquatenus reparaꝛunt, ac quadraginta circiter Cœnobia in Epiſcopatu Aſturicenſi, tum ipſe, cum ejus diſcipuli extruxerunt. Aliquot ante obitum annos Epiſcopatui Gennadius renunciavit, & *in ſecretum montem receſſit*, ut Monachorum, & Eremitarum, qui montem illum occupaverant, ſocietati jungeretur, ut ipſemet aſſerit *in Charta data* 1. *Octob.*, æra DCCCCLIII., anno ſc. Chriſti 920. cujus teſtamentum dicitur factum, & confirmatum æra 953. anno nempe Chriſti 915. Ex eo diſcimus, Saracenorum incurſionibus monaſteria deſtructa, Gennadii ſtudio, & exemplo pluribus iu locis excitata fuiſſe.

Attilanus, & Gennadius Epiſcopi in Hiſpania celebres. *Bar. an. 915. 4. Fontanin. Codex Canoniz. pag.*

JESU CHR. AN. 913. ſe. Plura de eo habent Mabillonius Sec. V. Benedictino, & Papebrochius ad diem 25. menſis Maii. Annus ejus emortualis incertus, certum tamen eum perveniſſe ad annum nongenteſimum vigeſimum, poſt quem diu ſuperſtes non fuit.

Saracenorum in Italia irruptiones.

9. Dum Hiſpaniarum pars maxima ſub Maurorum jugo adhuc eſſet, qui etiam in Gallias uſque excurrebant, dumque Hungarorum irruptionibus tota fere Germania vaſtaretur, ipſa quoque Italia continuis Saracenorum irruptionibus vexabatur, nam qui prope Trajectum ad Garilianum flumen ſedes fixerant, Capuanos non ſolum, & Neapolitanos agros excurrebant, ſed Romanorum etiam terras cladibus, cœdibuſque afficiebant, dum alii qui in Galliæ, & Liguriæ finibus ad Fraſinetum, ut ſupra diximus, ſedes fixerant, Liguriæ, & Longobardiæ loca excurrebant; ad Italiæ autem calamitates augendas Hungarorum quoque furor acceſſit, qui alias in Italiam illapſi ingentes ibidem ediderant ſtrages, & Italiæ limitibus adſtantes, ne in eam redirent, Italis timorem injiciebant, quod ut qua ratione poterant, caverent, aut ſaltem ad ſecuritatem loca tuta haberent, hoc tempore innumeras ubique turres, arceſque ædificarunt, ut tota Italia turrita evaſerit. Unde Luitprandus in hiſtoria. *Omnia Ungari Regni*, Italici, *loca ſæviendo percurrunt, neque erat, qui eorum præſentiam, niſi munitiſſimis forte præſtolaretur locis &c.* Hinc plurima Berengarii Italiæ Regis diplomata refert Muratorius hoc tempore Epiſcopis, monaſteriorumque præfectis, vel oppidanorum communitati data, quibus ut ſe arcibus, turribuſque munirent, poteſtatem facit, ſic Biſindæ monaſterii Poſterlæ Papienſis Abbatiſſæ *ad Paganorum deprimendas inſidias, & pro perſecutione, & incurſione paganorum*. Bergomati autem Epiſcopo Adalberto licentiam tribuit urbem muniendi, inſtante *maxima Svevorum, Ungarorum incurſione*. Veronenſibus vero canonicis pro tuenda Cerretæ arce, ſeu oppido *pro perſecutione Hungarorum*, ſicque alia plurima hac, & proxima ætate hujuſcemodi munitionum occurrunt exempla, quæ referre longum eſſet.

Itali turribus, & arcibus ſe muniunt.

Luitpr. lib. 2. cap. 6.

Murat. an. 909. & an. 912. Antiq. Ital. diſſert. 26. alibique.

JESU

JESU CHRISTI annus 914. Joannis 10. Papæ 1. Ludovici Imp. 15. Constantini Imp. 3.

1. Cum menſes ſex, dies aliquot Romanam ſedem tenuiſſet Lando, hujus anni initio e vivis ſublatus, ſucceſſorem habuit Joannem decimum, quem Romanæ ſedis invaſorem, pſeudo-Pontificem, Antipapam Baronius appellat, utpote Theodoræ meretricis factione, ad eam ſedem elatum, ut narrat Luitprandus, qui poſtquam Theodoræ, filiarumque ejus Theodoræ, & Marogiæ impuros cum Sergio tertio Pontifice, & Adalberto, ſeu potius Alberico Camerinenſi, & Spoletino Duce Marchione amores, & ſtupra adnotavit, de Joannis Papæ cum Theodora infami conſuetudine, & malis artibus ad Romanam ſedem obtinendam addit, quod cum eo tempore Petrus Ravennatenſem Eccleſiam gubernaret, Joannem ſuæ Eccleſiæ Diaconum ſæpius, & iterum in ſubjectionis ſuæ ſignum Romam miſit, quo tempore *Theodora, ut teſtatur vita ejus, meretrix impudentiſſima, veneris calore ſuccenſa, in hujus ſpecie decorem vehementer exarſit, ſecumque hunc ſcortari non ſolum voluit, ſed etiam poſt compulit. Hæc dum impudenter aguntur*, cum Bononienſis Epiſcopus obiiſſet, eum Theodora in Bononienſem Epiſcopum elegi curavit; antequam vero ordinaretur, Ravennatenſis Epiſcopus obiit; Quare ab Landone Pontifice obtinuit, ut Ravennatenſis Epiſcopus fieret, ac tandem Landone Pontifice mortuo, eadem *Theodora, ne amaſii ducentarum milliarium interpoſitione, quibus Ravenna ſequeſtratur a Roma, rariſſimo concubitu potiretur, Ravennatis hunc eccleſiæ Archiepiſcopatum coegit deſerere, Romanumque, proh nefas, Pontificatum uſurpare*. Hucuſque is Auctor, quæ exponens Baronius, hujus temporis Romanæ Eccleſiæ ignominiam lugubri deplorat ſtylo, cum Romæ dominarentur potentiſſimæ æque ac ſordidiſſimæ meretrices, quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum, & infandum eſt, intruderentur in Sedem Petri earum amaſii pſeudo-Pontifices, qui, niſi ad conſignanda tantum tempora, in catalogo Romanorum Pontificum ſcripti ſunt. Quis enim a ſcortis hujuſmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe Pontifices? Nuſquam

Joannes decimus Rom. Pontifex ordinatur. *Bar. an.912. num. 7. ad 15.* *Luitpr. hiſt. lib. 2. cap. 13.* *Murat. an. 917.*

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 914. quam Cleri eligentis, vel poſtea conſentientis aliqua mentio; Canones omnes preſſi ſilentio, decreta Pontificum ſuffocata, proſcriptæ antiquæ traditiones, vetereſque in eligendo ſummo Pontifice conſuetudines, ſacrique ritus, & priſtinus uſus prorſus extincti. Sic vindicaverat ſibi inſaniens omnia libido, ſæculari potentia freta, œſtro percita dominandi. Dormitabat tunc plane alto (ut apparet) ſopore Chriſtus in navi, cum hiſce flantibus validis ventis, navis ipſa fluctibus operiretur. Dormiebat, inquam, qui iſta non videre diſſimulans, ſineret ſic fieri, dum non exurgeret vindex. Et quod deterius videbatur, deerant qui Dominum ſic dormientem clamoribus excitarent diſcipuli, ſtertentibus omnibus. Qualeſnam reris delectos ab hiſce monſtris presbyteros, & diaconos Cardinales fuiſſe putandum; cum nihil tam naturæ inſitum ſit, quam unumquemque ſibi ſimilem generare? quos in omnibus iis a quibus delecti fuerint, conſenſiſſe dubitare quis poterit?

Chriſtus eccleſiæ ſuæ ſemper præſens eam tuetur.

2. In tanta nihilominus peccatorum colluvie, ſcelerumque fœditate, ne Petri navicula, ſeu Chriſti Eccleſia mergeretur, aut deperiret, ipſe ſua promiſſione obligatus effecit, cum dixit *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſeculi*, & iterum. *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*; *& Tu es Petrus*, *& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam*, *& portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam*. Ac eos tantum ſcandalum ex his pati adnotat Baronius, qui fidei expertes Chriſtum eam deſeruiſſe putant; Novatores ſcilicet, contra Chriſti promiſſiones Eccleſiam olim demerſam periiſſe putantes, graviori ſane cenſura de infidelitate redarguendi, qua Chriſti diſcipuli in navi periclitantes ab Jeſu Chriſto admoniti, cum eis dixit, *Modicæ fidei quare dubitaſtis*.

Matt. 28. *Luc.* 22. *Matt.* 16. *Matt.* 8.

Joannis decimi Pontificis fama vindicatur.

3. An tanta tamen Joannis decimi Pontificis fuerit vel vitæ improbitas, vel in Romana ſede obtinenda fœditas, dubitari poteſt, ait Muratorius hoc anno, cum tanta Luitprandi, quo unico auctore, hæc in vulgus prolata ſunt, auctoritas non ſit, ut eidem fidem præbere quislibet cogatur; hæc quidem ex Theodoræ pellicis vita ſe didiciſſe teſtatur idem Luitprandus. At quis ignorat, illuſtrium virorum, & fœminarum vitas calumniis ſæpe aſpergi, ac ſatyrico ſtylo exarari, ac quamplurima, quæ fidem vix aut ne

Digitized by Google

ne vix quidem habent, a Luitprando paſſim ſcripto tradita fuiſſe, nec ut in iis, quæ de Joannis Pontificis geſtis refert, eumdem hallucinatum fuiſſe credamus, indicia deſunt, cum præcipue adnotat, eum in Ravennatenſem Epiſcopum vix ordinatum, in Romanam ſedem translatum fuiſſe, *modica temporis intercapedine*, nam ut in Ravennatenſi hiſtoria adnotat Derubeis lib. 5., decennio circiter, ac ab anno 905. ad labentem eamdem Eccleſiam eumdem adminiſtralse, *monumenta Urſiani tabularii complura teſtantur*, eum nihilominus contra canonum ſtatuta, & Romani concilii anni 898. canonem, ex Ravennatenſi Eccleſia, malis etiam artibus translatum fuiſſe, ac etiam pravis moribus, illicitiſque cum Theodora amoribus fœdatum fuiſſe omnino non negamus, at cum nullum de illicita ejuſdem ordinatione, nullum de vi adhibita ad obtinendum Romanum Pontificatum indicium occurrat, aut ab ſcriptoribus recenſeatur, inter Antipapas, & pſeudo-Pontifices numerari non poteſt, quem etiam non inutilem, in Romanæ Eccleſiæ juribus tuendis; operam præſtitiſſe videbimus.

4. Hoc autem tempore, ideſt uno aut altero ab hinc anno, *menſe Auguſto*, ut Simeon Logotheta, & Curopalates narrant, *Simeon Bulgarus cum numeroſo fortique exercitu, Byzantium petiit, ductoque vallo a muro ad mare, fore ut urbis potiretur plurimum confidebat. Innumera autem civium multitudine, armorumque vi, ac munitionum præſidio, ſpe dejectus, pacis fœdera rogans, ad Hebdomum reverſus eſt. Tutoribuſque in rem pacis lubentiſſime annuentibus, Symeon, liberique donis innumeris, maximiſque liberaliter acceptis, in regionem ſuam redierunt.* Cumque iterum adverſus Romanos arma accepiſſet Simeon, ac Thraciam excurreret, ut ejuſdem temeritatem comprimeret, Joannes Bocas Patricii dignitate auctus, Patzinacas, ideſt Dacos, ſeu Tranſilvanos adverſus eum immiſit, atque ad eos profectus effecit, ut Iſtro tranſmiſſo, ſe Simeonem debellaturos fore pollicerentur. Interea Prancratucas quidam Armenius Adrianopolim Simeoni prodidit, quam paulopoſt Zoe Imperatoris mater, *miſſo Baſilio Patricio, & Caniclei Præfecto, & Niceta Eladico Protoſpatario cum multis muneribus*, tandem illam recepit, ait continuator Theophanis, eademque Leo Grammaticus, aliique.

Bulgari CPolim obſident, inde recedunt.
Leo Grammat. pag. 490. Theoph. pagina 239. Pagi. not. 1.
pag. 239.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 914.

Simeon Bulgarorum Princeps ex Monacho Rex.

Luitpr. hiſt. lib. 3. cap. 8.

5. De eodem Simeone Bulgarorum Principe, qui hoc tempore bellum adverſus Romanos gerebat, hæc adnotat Luitprandus. *Is a pueritia Bizantii Demoſthenis rethoricam, Ariſtoteliſque ſillogiſmos didicerat. Poſt hæc autem relictis artium ſtudiis, ut ajunt, converſationis ſanctæ habitum ſumpſit*, ideſt Monaſticum; *Verum paulo poſt regnandi cupiditate deceptus, ex placida monaſterii quiete, ad ſeculi procellam tranſiit, elegitque potius apoſtatam Julianum, quam beatiſſimum Petrum cæleſtis Regni clavigerum imitari*, quem duos filios poſt ſe reliquiſſe addit, Petrum ſcilicet, *qui nuncuſque ſupereſt, potenterque Bulgaris principatur*, alterum vero Bajunum dictum magicis artibus, incantationibuſque uſque adeo deditum, *Ut ex homine fieri lupum, & quamcumque vellet aliam cerneres feram &c.* Ait Luitprandus hæc pro ingenii levitate, aut ejus ætatis facilitate, in fabulis quibuslibet adoptandis, ſcribendiſque, bona fide enarrans.

Principes litteris dant operam.

Malesb. lib. 2. de Reg. cap. 5.

6. Quo loco adnotat Pagius, quod etſi ubique fere divinæ, humanæque litteræ hac ætate vileſcerent, apud Principes tamen in æſtimatione fuerunt. Leo Imperator, ob litterarum, & Philoſophiæ ſtudium ſapiens dictus fuerat, Simeon Bulgarorum Princeps illitteratus omnino non fuit; in Occidente quoque Eduardus Anglorum Rex teſte Malesburienſi. *Filias ſuas ita inſtituerat, ut litteris omnes ab infantia maxime vacarent, mox etiam colum, & arcum exercere conſueſcerent, ut his artibus pudice impubem virginitatem tranſigerent, Filios ita, ut primum eruditio plena litterarum in eos conflueret, & deinde quaſi Philoſophi, ad gubernandam Rempublicam, non jam rudes procederent*: Et ſucceſſit e voto, nam præter *Ethelſtanum*, qui parenti ſucceſſit, & nobiliter regnavit, Eduardus alios duos *Eadmundum*, & *Edredum*, e tertia conjuge, filios habuit, qui Angliam ſumma cum laude adminiſtrarunt, *terrorem hoſtibus, civibus pacem*, Eccleſiæ ſplendorem afferentes.

JESU

JESU CHRISTI ANNUS 915. JOANNIS X. PAPÆ AN. 2. LUDOVICI IMP. 16. CONSTANTINI IMP. 4.

1. Ludovici Imp. annos hactenus ſequenti fuimus, etſi poſt annum 902., quo in Italia victus, & obcœcatus in Gallias redierat, ſuo Regno contentus, Imperatoris titulum vix retinuiſset. Berengarius vero, abſque Imperiali corona ſecurus hactenus in Italia regnaverat, quam Saraceni continuis incurſionibus vexabant, ac præcipue Romanum patrimonium cum Campania, finitimiſque regionibus; Unde Dandulus in chronico, *Quarto Conradi* Regis *anno*, qui cum labenti concurrit, *Saraceni Italiam graviter premunt*; quare ut eorum temeritatem comprimeret Joannes Papa decimus, vir ſi non integerrimi, excelſi tamen animi, adverſus eos non ſolum Gregorium Neapolis Ducem, & Joannem Cajetæ, cum Gaimario Salernitano Principe conjunxit, ac ſuas ipſe copias ſub Alberico Camerinenſium, & Spoletinorum Duce addidit, ſed etiam tum ab Græcorum Imperatore, cum a Berengario Italiæ Rege auxilia obtinuit, ſicque conjunctis undique armis, infeſtam, infamemque Saracenorum gentem tota Campania, Regnoque Neapolitano ejecit, ſecurumque ab eorum deprædationibus Romanum patrimonium effecit, cui etiam expeditioni idem Joannes Pontifex adfuit, quæ quidem hoc anno cœpta, felicem anno ſequenti exitum habuerunt: *Hoc modo*, ait Caſſinenſe chronicon, *auxilio, & miſericordia Dei Saraceni ab his partibus eliminati ſunt, anno Dominicæ Incarnat.* 915. *Indict.* 3. *menſe Auguſto*, anni proximi, ut veroſimile eſt: de eadem expeditione in Saracenos, & victoria agens Luitprandus adnotat, auxiliis Græcorum obtentis, Joannem Papam illuc tranſiisse, *cum Gandulpho pariter Beneventanorum potentiſſimo Principe, Camerinis etiam, atque Spoletinis; Horrida denique inter eos pugna exoritur.*

Joannis Papæ conſilium de ejiciendis ex Gariliano Saracenis.

apud Murat. rer. Ital. tomo 12.

Luitpr. hiſt. lib. 2. *c.* 14.

2. *Verum dum Chriſtianorum partem Pœni prævalere conſpicerent, in Gariliani montis ſummitatem confugiunt, anguſtaſque tantum vias defendere moliuntur. Ex parte vero illa, qua difficilior erat aſcenſus, Pœniſque ad fugiendum aptior, Græci caſtrum die illa conſtituunt, in quo reſidentes Pœ-*

Joannes Papa Saracenos ex Campania ejicit.

Jesu Chr. an. 915.

Pœnos ne fugerent, obſervabant, quotidie oppugnantes, non medioeriter obſervabant. Græcis igitur, Latinisque quotidie conflictantibus, Deo miſerante, Pœnorum ne unus quidem ſuperfuit, qui non aut gladio trucidaretur, aut vivus continuo caperetur. Viſi ſunt autem a religioſis fidelibus in eodem bello Sanctiſſimi Apoſtoli Petrus, & Paulus quorum precibus Chriſtianos credimus meruiſſe, quatenus Pœni fugerent, & ipſi victoriam obtinerent; ſicque tandem factum eſt, ut Saraceni, qui jamdiu, ideſt per annos quadraginta circiter Romanis æque, ac Campanis, finitimiſque populis, non ſine chriſtiani nominis ignominia infeſti fuerant, tandem ab iis ſedibus, prope Trajectum, & Garilianum, penitus extirparentur, quod ſane non minimam Joannis Papæ nomini gloriam attulit.

Joannes Papa Berengario Imperialem coronam offert.

3. Ut rem facilius exequeretur, a Berengario quoque potentiſſimo Italiæ Rege auxilia poſtulaſſe Joannem Pontificem, eumdemque ad id ſub ſpe obtinendæ Imperialis dignitatis excitaſſe, geſta hoc anno, & Alberici Camerinenſium, & Spoletinorum Ducis cum exercitu ſuo adventus ſatis aperte demonſtrant, ac auctor Panegyrici in Berengarii laudem, ſuis verſibus teſtatur, dum ait, miſſa legatione cum muneribus Joannem Pontificem Berengarium Romam advocaſse:

Summus erat paſtor tunc temporis urbe Joannes,
Officio affatim clarus, ſophiaque repletus,
Atque diu talem merito ſervatus ad uſum
Quatenus huic prohibebat opes vicina Charybdis,
Purpura quas dederat majorum ſponte Beato,
Limina qui reſerat caſtis rutilantia Petro.
Dona duci mitti ſacris advecta miniſtris,
Quo memor extremi tribuat ſua jura diei
Romanis, fovet Auſonias quo numine terras,
Imperii ſumpturus eo pro munere ſertum,
Solus, & occiduo Cæſar vocitandus in orbe.

ideſt Imperiali corona donandus, eaque ſpe, & legatione motus ſtatim exercitum collegit, ut ait Poeta.

Ta-

JESU CHR. AN. 915. apud Murat. rer. Ital. t. 2. pag. 1.

Talibus evictus precibus jubet agmine Regni
Quis cum bella tulit, quiſcum ſacra munera pacis
Afferre, quæ tanti greſſum comitentur honoris.

4. Ex variis autem Berengarii diplomatibus hoc anno datis, quorum meminit Muratorius, eumdem hoc anno conventum Procerum Ticini celebraſſe, ac exercitum collegiſſe conſtat, ac inde digreſſus, ſeptimo Kal. Auguſti Senam, ſeu Sinnam tranſiit, die vero decima Novembris Lucæ in Tuſcia erat, cujus extat diploma cum hac præfatione: *Dum Domnus Berengarius ſereniſſimus Rex, pro timore dejecit ſtatum, omniumque ſanctarum Dei Eeeleſiarum electorum populo hic Italicis habitantibus, animæque ſuæ mercede ad juſtitiam adimplendam Romam iret, cumque perveniſſet infra Tuſcia foris hanc urbem Luca &c.* Quouſque hoc anno proceſſerit, incertum eſt. Muratorius quidem Romam eum in Feſto Nativitatis Domini intraſſe, eademque die Imperiali corona ab Joanne Pontifice redimitum fuiſse ſcribit, diſertis tamen verbis Imperii coronam eum in Paſchatis feſto accepiſſe tradat auctor Panegyrici, aut coevus, aut eo tempore proximus, cum itaque is auctor in Paſchatis ſolemnitate id accidiſſe narret; *Luce Deus, qua factus homo proceſſit ab antro tumbali*, ideſt e ſepulchro, hinc ejuſdem Berengarii adventum Romam ad annum proximum differimus, atque hæc de Joannis Papæ geſtis hoc anno adnotaſſe ſat erit, quem etiam is auctor impenſe laudat, utpote *officio*, ſeu paſtorali munere *clarum*, *ſophiaque repletum*, cui ſane Romana Eccleſia, Romanuſque Ducatus, quin tota Italia multum debuit, utpote ejuſdem cura, & opera ab Saracenorum incurſionibus liberata.

Berengarii iter Romam.

JESU CHRISTI ANNUS 916. JOANNIS X. PAPÆ AN. 3. BERENGARII IMP. AN. 1. CONSTANTINI IMP. 8.

1. Uſque ad annum labentem Imperialis majeſtatis umbram ab Ludovico retentam fuiſse anno proximo adnotavimus, novus jam Imperator Berengarius adeſt ab Joanne Pontifice in Paſchatis Feſto hoc anno coronatus, cujus iter Lucam uſque anno elapſo proſecuti ſumus, quanta autem cum

Berengarius Italiæ Rex ab Joanne Papa Imperator coronatus.

Jesu Chr. An. 916. *Apud Murat. rer. Ital. tom. 2. pag. 406.*

cum ſolemnitate, quove ritu peracta fuerit Berengarii inauguratio ſuis verſibus exponit auctor Panegyrici in ejus laudem dicti, ex quo precipua delibamus; Itaque ait. *Jamque iter emenſus poſtquam confinia Romæ attigit, ire jubet celeres ad Templa ſodales, vicinum, qui ſe referant. Sonat ecce Subura vocibus elatis populi, properate faventes;*

Rex venit Auxonis dudum expectatus ab oris
Qui minuet ſolita noſtros pietate labores
Fervere tunc videas urbem, & properare portis,
Quot Roma gremio gentes circumdat avita.
Interea Princeps collem, qui prominet urbi
Præteriens.

ideſt montem Marium, ac Milvium pontem tranſiens, præcedente Senatu a variarum gentium turmis, ſeu ut dicebantur, ab ſcholis exceptus eſt, dum ſingulæ ſua ſigna ferebant, ac ſua lingua advenientis Regis laudes præcinebant, aut pſalmos; variæ quippe nationes, quæ in urbe erant, advenientibus Regibus, ut Imperii coronam acciperent, obviam iis procedebant; hinc paſſim legitur ſcola Francorum, Longobardorum, Græcorum, Friſonum, Saxonum &c. hinc Poeta,

Namque prius patrio canit ore Senatus
Præfigens ſudibus rictus ſine carne ferarum.

cum in ſignis, quæ ferebat Romanus Senatus, varia ferarum genera depicta eſſent, poſt laudes ab Senatu Romano patrio ore, ideſt lingua Latina cantatas,

Dedalcis Grajus ſequitur laudare loquelis.

ſeu Græci ſua lingua canebant.

Quo ritu exceptus Romæ fuerit Berengarius

2. Ad urbem vero accedens Berengarius, vel etiam ingreſſus, a Petro Joannis Pontificis fratre, & Theophilati conſulis filio exceptus, ad Baſilicam Apoſtolorum, ubi in porticu cum Joannes Papa expectabat, deductus eſt:

Hic etiam juvenes nitida reſpergine creti
(Alter Apoſtolici, nam frater, Conſulis alter

Na-

Natus erat) pedibus deſignnt oſcula Regis.
Hinc ubi Præſul erat, greſſum comitantur herilem
Veſtibuli ante fores, graduum, qua pervius uſus
Advenit ornatam cupidos intrare per aulam.
Ille quidem ſacro fulgens reſidebat amictu,
Altariſque ſubibat ovans hinc inde miniſter.
Quid referam populos iſtinc illincque coactos,
Undanteſque gradus, cum Rex ad templa ſubiret,
Evectus Paſtoris equo? Mox quippe ſacerdos
Ipſe futurus erat, titulo res digna perenni
Advenit ut tandem, lecto comitante miniſtro,
Atque pedes ſenſim gradibus conatur ab imis:
Undique turba premit, cui vix obſtare ſatelles
Voce valet nutuque minans. Erat omnibus ardor
Cernere præſentem, cupiunt quem ſæcula Regem.
Ter quoque ſacra pius gradibus veſtigia fixit.

Majeſtate manus cogens ceſſare tumultus undantis populi, ideſt cum in gradibus ter ſubſiſtere ob populi copiam cogeretur, manu circumſtantem repreſſit turbam, ac ad Pontificis conſpectum perveniens, Joannes ex cathedra, ſeu ſella aurea conſurgens Berengarium oſculatus eſt, eique in amicitiæ ſignum dexteram manum porrexit, hinc iterum Poeta;

Poſtquam conſcenderat omnem
Adſcenſum, Aureolo Præſul ſurgens cliathedro
Oſcula figit ovans, dextramque receptat amicam.

atque ibidem antequam ad Eccleſiam pateret ingreſſus, præcedentium Imperatorum donationes Rom. Eccleſiæ factas, præſtito juramento confirmavit, apertis deinde Templi Januis Pontifex cum Rege, tota aula plaudente ingreditur,

Ante fores ſtant ambo domus, dum vota faceſſit
Rex: etenim ſe cuncta loco vovet ultro daturum,
Quæ prius almifici ſacris ceſſere tyranni.

ſeu Reges, Pippinus, Carolus, Ludovicus:

JESU CHR. AN. 916.

Ilicet his verbis, seu hac ſponſione data, *volvuntur cardine poſtes*
Extolliturque ſacer laudes per templa miniſter.

lauto deinde convivio Berengarius ab Joanne Pontifice exceptus fuit.

Templa petit ductor poſthæc, ubi fercula dono
Paſtoris digeſta nitent, Setina propinant,
Ac, decet ut Regem variant tuceta miniſtri.

Berengarius Imp. coronatur.

3. His Sabbato Sancto tranſactis, cum Paſchatis dies advenifset, Imperialem coronam accepit, hinc iterum Poeta:

Mox croceis mundum lampas Phœbea quadrigis
Luce Deus, qua factus homo proceſſit ab antro
Tumbali perſtat, populus occurrit ab urbe
Cernere veſtitum trabea Imperiique corona.
Auguſtum, Replicata cadent ſpectacula totis
Ædibus, auratis ſplendent altaria pannis:
Cum Princeps nitidus Tyrio procedit in oſtro,
Tegmina veſtitus crurum rutilante metallo:
Quale decus terræ ſoliti geſtare magiſtri.
Advenit, & Domini paſtor præpoſtus ovili,
Officio lætus, quamvis reſonaret utrimque
Clamor: Ædes Præſul, totiens quid gaudia differs
Innumeris optata modis? Per vincula Magiſtri
Te petimus, depone moras, & ſuffice votis.
Talibus aræ adeunt geſtis apſida ſacratæ
Lumina terrarum. Modicum poſthæc diadema
Cæſar habet capiti gemmis auroque levatum:
Unguine nectarei ſimul eſt reſperſus olivi:
Cælicolis qui mos olim ſuccrevit Hæbreis,
Lege ſacra ſolitis Rege, atque ungere vates:
Venturus quod Chriſtus erat dux atque ſacerdos,
Omni quem propter cælo reparentur, & arvo.
Jam ſacræ reſonant ædes, fremituque reſultant
Clamantis populi. Valeat tuus aurea Princeps

Ro-

Digitized by Google

Roma diu, Imperiumque gravi ſub pondere preſſum
Erigat, & ſupra ſternat virtute rebelles.
Perſtrepuere nimis. Sed facto ſilentio tandem,
Lectitat Auguſti conceſſos munere pagos,
Præſulis obſequio gradibus ſtans lector in altis
Cæſare quo norint omnes data munera, prædo
Ulterius paveat ſacras ſibi ſumere terras.

Unde iterum ſubdit,

Dona tulit perpulchra pius tunc denique Templo.

ideſt munera obtulit.

Baltea lata Ducum, geſtamina cara parentum
Gemmis ac rutilo nimium prætioſa metallo:
At veſtes etiam ſignis auroque rigentes
Diſtinctum variis ſimul, at diadema figuris,
Quid referam, quantis repleril moenia donis &c.

Atque his Panegyrico ſuo finem is auctor impoſuit, alios excitans ut idem, meliori fortuna, tentarent, quod a Valeſio prius editum, multiſque adnotationibus auctum, hujus temporis hiſtoriam mirifice illuſtrat, quod opus ſi innotuiſset Baronio, in Joannem Pontificem non adeo fortaſſe infenſus fuiſſet, uti alias ſupra adnotavimus. Berengarius interea his geſtis, Roma egreſſus, Ravennam perrexit, cujus extat placitum, ſive diploma. *Decimo Kal. Junii actum in civitate Ravenna.* *Murat. hoc ann.*

JESU CHRISTI ANNUS 917. JOANNIS PAPÆ X. AN. 4. BERENGARII IMP. AN. 2. CONSTANTINI AN. 6.

I. Etſi incertus ſit annus, quo Adalbertus Tuſciæ Marchio obierit, cum labenti tamen 917. paſſim conjungitur ejuſdem obitus, quem Lucæ ſepultum fuiſſe epitaphium ibidem adhuc extans, & a Florentino relatum indicat, atque ex eodem Tuſciæ Marchione Eſtenſes Principes originem duxiſſe, ait Muratorius, quem etiam de turpi cum Marotia nobili Romana ſcorto conſuetudine, ex corrupto Luitprandi te-

Adalberti Tuſciæ Ducis obitus, cui Guido filius ejus ſuccedit.

Jesu Chr. an. 917.
Florent. memorie di Matilde lib. 3. Murat. atiq. Eſtens. lib. 1. 22.

textu inſimulatum fuiſse a Baronio, aliiſque addit, dum ex eadem Albericum genitum fuiſse ſcribunt, ac nomen Alberici, patris Alberici junioris, in Adalberti ſcriptorum incuria mutatum fuiſse, tum ex eodem Luitprando, cum ex aliis ſcriptoribus conſtat, Guidonem filium in Thuſciæ Ducatu ſucceſſorem habuit. Filius ejus Wido, idem ac Guido *a Berengario Rege Marchio patris loco conſtituitur*, ait Luitprandus lib. 2. cap. 15.

Rollo Nortmanniæ Dux obiit, cui Willelmus filius ſuccedit.

2. Idemque hic annus ultimus fuit Rolloni primi Nortmanniæ Ducis. *Completis quinque annis ex quo baptizatus eſt*, obiit ait Ordericus lib. 3., aliique chronologi a Pagio citati hoc anno num. 6., vetus autem chronicon a Ducheſnio tom. 3. pag. 357. editum *Rollo obiit Rothomagi anno Ducatus 42. Regnante Carolo*. Quare cum anno 886. in Franciam tranſierit, ibidem anno currenti vivere deſiit, ſucceſſoremque in Nortmanniæ Ducatu Gulielmum filium ſuum habuit. Is Gemmaticenſe monaſterium, quod S. Philibertus conſtruxerat, ab Aſtingo poſtea deſtructum, in priſtinum ſtatum reſtituit, inquit Ordericus ſupra laudatus.

Infelix Græcorum pugna, cum Bulgaris.

Leo gramm. p. 491. ſeqq. Theoph. continuator pag. 240.

Græcorum exercitus lignum Crucis veneratur, opemque implorat.

3. Bellum interea Romanos inter, & Bulgaros vix interruptum iterum exarſit, cujus cauſa Zoe Auguſta cum tutoribus pupilli Imp. conſilio inito, cum Saracenis, ſeu Agarenis pacem firmavit, ut totius Orientalis Imperii vires ad Bulgarorum perniciem converterentur: *Eductis autem venerabilibus, & vivificis lignis a Conſtantino Palatii Sacerdote primore, Cephala dicto, & Conſtantino e Melelia Tragica, cuncti in terram proſtrati, data juramenti fide ſe pro invicem commorituros, cum univerſis copiis in Bulgaros irruperunt*, ait Leo grammaticus, aliique hiſtorici, ac addit. *Menſis itaque auguſti die vigeſimo, Indictione quinta, ad Acheoloum fluvium Bulgaros inter, & Romanos bellum commiſſum eſt, & ut ſe habent Dei judicia, quæ omnino inſcrutabilia, & imperveſtigata, Romanorum copiæ omnes in fugam vertuntur. Facta eſt, inquam, fuga, & ululatus horrore plenus, aliis alios conculcantibus, pluribus etiam ab hoſtibus interfectis, eaque ſtrages hominum edita, qualis a ſæculo nuſquam audita eſt*, inquit Leo Grammaticus pag. 492. ſubdit Leo pag. 497. exhinc Symeonem Bulgarorum Regem in Græcorum agros factis ſubinde excurſionibus *Adrianopolim vallo circumducto obſidione cinxiſſe, qua ex rei frumen-*

mentariæ penuria capta, *domum receſſit*. Idem habent alii ſcriptores hiſtoriæ Bizantinæ.

Jesu Chr. an. 917.

4. Cumque Simeon Bulgariæ Princeps ſuperbia elatus, Orientali Imperio extrema minaretur, itaut regiam quoque urbem poſt annos aliquot obſidione cinxerit, ut infra dicturi ſumus, Joannes Papa decimus pacis ſequeſter inter Romanos, & Bulgaros factus eſt, & perhonorifica miſſa legatione Simeonem Bulgarorum Principem rogavit, ut pacem tandem cum Romanis iniret, ejuſdemque legationis mentio occurrit in epiſtola Nicolai CP. Patriarchæ ad eumdem Simeonem data, qua eidem exprobrat, quod Apoſtolicæ Sedis conſilia ſpreviſſet, ac præclara in Romanæ Eccleſiæ laudem inſerit, digna ſane ut Annalibus inſerantur, cujus hæc eſt inſcriptio: *Simeoni Principi Bulgariæ* . . . . *& tu mihi quidem filii adhuc loco, dilectiſſime Princeps, licet omnem jampridem obedientiam patri a filio debitam exueris. Hinc fit ut cum priſcus ille, quo te ſum proſecutus, amor, tum etiam ſanctiſſimi Romani Papæ, cui minime parere, nefas, gravis apud bonos omnes auctoritas, me ad lacrymas, & preces ire iterum impellat. Is eum a fama rerum noſtrarum univerſum jam orbem pervagata accepiſſet Chriſtiani populi clades, direptiones, fugas, vaſtitatem, & reliqua belli, quibus affligimur, incommoda, quæ pietas ejus eſt in Regnum Domini ſanguine redemptum, & noſtris ex animo indoluit malis, & eis, ne proſerperent latius, ire obviam decrevit. Legatos itaque miſit Theophylatum primum inter ejus Epiſcopos locum obtinentem, & Carum, ejuſdem ordinis præſtantiſſimos viros, qui te ſuis adhortationibus, aut inducerent ad pacem, fœduſque nobiſcum feriendum, aut ſi juſſa detrectares, Spiritus Sancti nomine inſolubili anathematis vinculo obſtringerent. Hos ego (nam id Beatiſſimus Pontifex injunxerat), ut tuto, & commode ad te pervenire poſſent, addito commeatu, & itineris duce ſedulo curaſſem, ni me deterruiſſet ab incepto malus quidam rumor, qui de te pridem inolevit. Diceris enim, fili mi, ſolere Legatos ad te venientes in vincula conjectos aſſervare, immani plane, & omnem ſupergreſſo barbariem exemplo. Quæ enim eſt tam effera, tam ab omni humanitatis ſenſu remota natio, quæ tale facinus non inter nefaria ſcelera recenſeat? Quapropter eum & Sanctiſſimi Papæ exequi mandata valde cuperem, & Legatorum incolu-*

Joannes Papa pacis mediator fit inter Romanos & Bulgaros.

Nicolai CP. Patriarchæ epiſt. ad Simeonem Bulgariæ Principem.

 mitati

Digitized by Google

Jesu Chr. An. 917. *mitati conſultam vellem, illos quidem ſummis induxi precibus, ut hic apud nos conſiſterent, veritus ne a te poſt longæ peregrinationis tædium, ac laborem aliquid paterentur mali. Apoſtolicas vero litteras ad te perferendas dedi. Quibus exhibebis te facilem, & obſequentem, ſi me audies, immo ſi rationem habueris dignitatis, ſalutiſque tuæ. Cave enim putes, idem tibi plane licere in Sanctiſſimum Pontificem Romanum, quod in me olim licuit, quem ludibrio habuiſti, tam diu. Si quid in eum commiſeris, non impune feres &c.* Ac quanta Romanæ Eccleſiæ dignitas eſſet, quantamque ſibi reverentiam vindicet deinde exponit; hanc epiſtolam poſt annos aliquot datam fuiſſe ſcimus, cum jam perfecta pax, & concordia inter Romanam, & CPolitanam Sedem coaluiſſet, de quibus infra acturi ſumus.

JESU CHRISTI AN. 918. JOANNIS X. PAPÆ AN. 5. BERENGARII IMP. 5. CONSTANTINI IMP. 7.

Corradi Germaniæ Regis obitus. *Bar. Manſi an. 919.* *Murat. an. 918.* *Pag. not. ad ann. 919.*

1. Conradi Regis obitum anno ſequenti 919. contigiſſe ſcribit Baronius, cui conſentit Manſius, at labenti eum obiiſſe Pagius, & Muratorius contendunt. Hepidamnus quippe ad hunc Chriſti annum in ſuis Annalibus ſcribit: *Conradus Rex obiit ante natale Domini, Henricus Saxo Rex electus eſt*; eademque ad hunc annum adnotant, tum chronographus monaſterii S. Galli, cum Ermannus, & Marianus Scotus, qui addit die decima Kal. Januarii Conradum obiiſſe, cumque hoc deſinente anno obierit, ſequentiſque initio Henricus Saxoniæ Dux ſucceſſor electus fuiſſet, in eumdem annum illius electionem, Conradique obitum nonnulli retulerunt, quæ ſane differentia vix dierum aliquot eſt, nam Februario anni proximi ineunte Regnum ſuum jam auſpicatus fuerat, ut ex ejuſdem diplomatibus probant ſupracitati auctores; Morti proximus Conradus Henricum Saxonem, cum quo vivens perpetuas ſimultates geſſerat, nulla fratris ſui Everhardi, aut Franciciæ gentis, ſed ſola virtutis ratione habita, ſucceſſorem deſignavit, eique ſceptrum, & regalem coronam miſit, at Henricus Auceps dictus, eo quod venatione delectaretur, vix Procerum precibus victus Germaniæ coronam ſuſcepit: uxorem Henricus Mathildem habuit prudentia, & pietate inſignem fœminam, cujus vitam juſſu S.Hen-

De Mathilde Henrici uxore.

S. Henrici Imperatoris ſcriptam exhibet Bollandus die 14. Martii, eaque ſcimus Henricum maritum ejus, *Danos*, *Sclavos*, *Boemonos*, ſive Bohemos, *Bojarios*, *ceteraque quamplurima Regna*, *quæ ſuis anteceſſoribus non fuerunt ſubdita*, *ſubjugaſſe*, eademque de barbaris nationibus ab eodem victis narrat Vitchindus hujus ſeculi ſcriptor.

Henricus Rex regalem unctionem recuſat.

2. Henricus autem in Germaniæ Regem electus, regalem unctionem ab Herigero Moguntino Epiſcopo oblatam ſuo damno recuſavit, nam ut narrat auctor vitæ S. Udalrici Auguſtani Epiſcopi, per viſum Udalrico oſtenſi ſunt ab Apoſtolo Petro duo gladii, alter cum capulo, ſine capulo alter, eique dictum eſt. *Dic Henrico Regi*, *enſis ille qui ſine capulo eſt*, *ſignificat Regem*, *qui ſine benedictione Pontificali Regnum tenebit*: *capulatus autem*, *qui benedictione divina Regni tenebit gubernacula*. Hæc in vita ejuſdem Sancti Udalrici: citat eamdem viſionem Udalrici Ditmarus hujus ſæculi ſcriptor, qui de eodem Henrico hæc etiam adnotat: *Henricus pater Othonis filiam Eruini ſenioris viduam velatam ducit uxorem*. *Redarguitur a Sigiſmundo Halberſtadenſi Epiſcopo*, *qui eos ad Synodum citat*, *ſed intercedente Imperatore*, *cujus Henricus auxilium petiit*, *res non eſt ultra progreſſa*. Et inferius: *Audivi quod hic Henricus Romam cauſa orationis petens*, *plus pedibus quam equo laboraret*, *&* *a multis interrogatus*, *cur ſic ageret*, *culpam profiteretur*. Pœnituiſſe enim, & ea relicta, aliam duxiſse uxorem, Matildem nomine, ex qua tres ſuſcepit filios, idem Ditmarus teſtatur.

Arnolphus Bojariæ Dux dicitur.

3. Cum tota pene Germania Henrico ſe ſubmiſiſſet, Arnulphus, Conrado ſublato, Bojariam, cui eo vivente præerat, ad id etiam eum Bojariæ primoribus impellentibus, retinere tentavit; Verum *Henricus Rex*, *cum obtemperare ſuis omnes juſſionibus*, *Arnoldumque*, ſeu Arnolphum, *ſolum reſiſtere cerneret*, *prævalido collecto exercitu in Bajoriam tendit*, *quod Arnoldus*, *ut audivit*, *ejus non paſſus eſt in Bajoaria præſtolari adventum*, inquit Luitprandus lib. 2. cap. 7., qui ſubdit Bajoarios Arnulpho ſuaſiſſe, ut Regi ſeſe ſubjiceret, dummodo inquiunt, *ut quod prædeceſſores non habuere tui*, *tibi concedatur*, *quatenus ſcilicet totius Bajoariæ Pontifices tuæ ſubjaceant ditioni*, *tuæque ſit poteſtatis uno defuncto alterum ordinare*. *Connivens igitur Arnoldus huic optimo ſuorum conſilio*, *Henrici Regis miles efficitur*, *&* *ab*

eo

bertus numerabat, ut Mabillonius in Annalibus lib. 43. n. 68. adnotat, unde poſt hunc annum, Synodum celebratam fuiſſe conſtat. Jesu Chr. an. 918.

5. His de ſynodi legato, & tempore prænotatis, ad eam propius accedentes hæc præfantur Patres ibidem congregati, *Anno ab orbe ſervato* 916. Indict. 4. 12. Kal. Octob., *Regni Conradi piiſſimi, & chriſtianiſſimi Regis quinto, congregata eſt ſancta generalis ſynodus apud Altheim in pago Rhætia, præſente videlicet Domini Joannis Papæ Apocriſario ſanctæ Ortenſis eccleſiæ* (apud Ivonem perperam legitur Sanctæ Oſtienſis Eccleſiæ) *ut diabolica ſemina in noſtris partibus exorta extirpare, & nefandiſſimas machinationes quorumdam nefandorum hominum ſedare, & eliminando purgare deberet. Tranſacto igitur triduano jejunio, & ſacris Litaniis more debito celebratis, convenimus in eccleſia ſancti Joannis Baptiſtæ, & mœſti conſedimus. Tum demum præfati S. Petri, & domini Joannis Papæ Miſſus, proferens chartam Apoſtolicis litteris inſcriptam, qua monebamur* (Ivo male habet commovebamur) *arguebamur, & inſtruebamur, de omnibus ad veram Religionem Chriſtianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia (ut juſtum, & dignum erat) humiliter accepimus, diligenter tractavimus, & devoto affectu omnimodo amplectamur &c.*

Altheimenſis ſynodi, præfatio, qua Epiſcopi ſe peccaſſe confitentur. *Burcard. lib. 11. cap. 68. Ivo parte 14. cap. 26.*

6. Canones aliquot pro morum, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ reformatione addiderunt, quorum primo nuptiæ inter eos prohibentur, cum quo, durante matrimonio, adulterio ſe polluerant, 2. & 3. & quinto Epiſcopis, ceteriſque de clero cum excommunicatis communionem inire prohibent, quartus Epiſcopos, ac Presbyteros admonet, ut populis ſibi commiſſis bonum exemplum præbeant, canon alter de Epiſcopi contumacia ad Synodum venire renuentis, hæc ſtatuit. *Richuvinum Epiſcopum, qui contra ſanctorum canonum ſanctiones Strazburgenſem Eccleſiam invaſit, quem ad ſanctam Synodum per litteras noſtras invitavimus, & venire contemnens, nec Vicarium ſuum miſit, auctoritate S. Petri ego Joannes Vicarius Apoſtolici, ex præcepto ſanctæ præſentis Synodi injungendo vocamus iterum, & præcipimus quatenus ad Concilium, ideſt Mai Moguntiæ indictum a Metropolitano Epiſcopo ſuo ad præſentiam venerabilis Herigeri Archiepiſcopi, & confratrum ſuorum veniat, ſuæ inobedien-*

Canones ſynodi de morum reformatione.

Jesu Chr. an. 918. *bedientiæ & perverſitatis ibidem juſtam rationem redditurus ; Sin autem negligenter , & hoc agere parvipenderit , abſtineat ſe a proprio gradu , donec Romam veniens , coram Domino Papa , & ſancta eccleſia reddat rationem* . Eademque contumacia iu Epiſcopis Saxoniæ redarguitur capite proximo , eo quod ad ſynodum vocati non adfuerint , nec miſſos ſuos , & vicarios miſerint , quare eos iterum vocari præcipit , quod ſi adeſſe recuſaverint , *Apoſtolica auctoritate interdicit eis Petrus Sancti Petri , & Papæ miſſus , una cum ſancta ſynodo miſſas celebrare , quouſque Romam veniant , & coram Papa , & ſancta eccleſia dignam reddiderint rationem*. Deinde Presbyteris propriam Eccleſiam deſerere prohibet ſynodus : ſi quis vero ſervum ſuum libertate donatum , litteriſque inſtructum , Presbyterum ab Epiſcopo ordinari obtinuerit, is vero poſt ordinationem ſuam *Miſſas Dominis ſuis , & canonicas horas obſervare , & pſallere renuerit* , ac ſe liberum eſſe obteſtans , contumax perſeveraverit , ac domino obedire renuerit, ut gradu ſuo dejectus , in priſtinam ſervitutem revocetur , ſynodus jubet . His canonibus a Pagio recenſitis addenda ſunt duo decreta ait Manſius , quæ Mabillonius e Farfenſi codice vulgavit , quibus jus aſſeritur Monachis in Epiſcopos electis adeundi ſibi relictas hæreditates , cum poteſtate de illa quoad vixerint diſponendi , morientium vero bona ad eam , quam rexerant Eccleſiam devolvuntur . Geminos illos canones , ſubdit is auctor , noviſſimus etiam conciliorum editor Venetus præteriit .

Manſ. not. ad an. 916.

Alia capitula ejusdem synodi.

7. In eo etiam concilio decretum fuit , ut narrat Aventinus , ut quiſquis Regi fidem non ſervaverit , aut rebellare conatus fuerit , excommunicetur ; Inſuper *Archingerus* , qui cum ſociis vitæ Regis domini ſui inſidiatus fuerat , ab omni Reipublicæ officio ſuſpenſus in monaſterio ad pœnitentiam agendam relegatur . Denique *Erchingerus* , *Burchtoldus* , *Aurchardus* , *Arnulphus* , eo quod decreto ſynodi non ſtetiſſent , ut in numero impiorum haberentur , omneſque eorum ſermonem defugerent ſynodus jubet . *Erchingerus* , ſeu *Erchanger* an. 911. Alamanniæ Ducatum invaſerat, annoque 917. cum fratre Berchtoldo Regi Conrado rebellaverat , ac tandem ad deditionem ſpe pactionis venientes , Conradi juſſu apud villam *Adingam* decollati ſunt duodecimo Kalen. Feb. & Burchardus Dux Alamanniæ factus , tyrannidem invaſit anno 918.

ut

ut pluribus Hermannus Contractus in Chronico juxta editionem Caniſii adnotavit, atque hæc ſynodus generalis in præfatione merito dicitur, utpote Apoſtolica auctoritate, & Joannis Papæ juſſu congregata ex tota Germania, cui Petrum Ortenſem Epiſcopum, ut nomine ſuo præeſſet, miſerat. Altheim porro in inferiori Bavaria, inter Salisburgum, & Dilingam ſitum eſt. Jesu Chr. an. 919.

JESU CHRISTI annus 919. Joannis decimi Papæ 6. Berengarii Imp. 4. Constantini Imp. 8. Romani Imp. 1.

1. Etſi illicitis artibus Pontificatum Joannes decimus, ſi Luitprando fides, obtinuiſſet, Pontificis tamen officia ſancte vigilanterque obivit. Etenim non ſolum urbem, & Romanum Ducatum ab Saracenorum incurſionibus eripuit, ut ſupra adnotavimus, ſed etiam ad Eccleſiaſticam diſciplinam in Germania tuendam, reſtituendamque, Hortano Epiſcopo Legato illuc miſſo, generalem ſynodum Althemii celebrari juſſit, ut anno proximo diximus. Eodemque fere tempore ad promerendam S. Jacobi Apoſtoli protectionem, legatos ſuos Compoſtellam miſit, cum litteris ad ejuſdem loci Epiſcopum, quibus ut juges pro ſe ad Sanctum Apoſtolum preces funderet, ſibique propitium redderet, exoravit. Joannis Papæ legatio ad eccleſiam Compoſtellanam.

2. Hac accepta legatione Presbyterum ſuum Joannellum, ſive Zanellum Legatum ad Pontificem Siſenandus Epiſcopus miſit, cui Ordonius Rex litteras ſuas cum muneribus tradidit, ubi vero is Romam pervenit, ab eodem Pontifice cum honore exceptus, integrum Romæ annum tranſegit, ac Apoſtolica legatione auctus in Hiſpaniam rediit, ut quæcumque ad religionem pertinebant, cognoſceret, ac emendatione digna corrigeret, qui cum multa ibidem ab ritu Romano aliena fieri cognoviſſet, nil tamen, quod religioni adverſaretur, excuſſis etiam undique libris, invenit. Quare Romam rediens, viſa ac cognita retulit in ſynodo tunc coram eodem Pontifice congregata. Cui viſum eſt, omiſſis reliquis, utpote levioris momenti, ut Romano ritu ſacratiora illa potiſſimum verba, quibus ipſum divinitus inſtitutum ſacrificium incruentum perficitur, proferrentur, quæ ali- Siſenandi Episc. & Ordonii Regis legatio ad Joannem Pontificem.

JESU CHR. AN. 919. aliquibus additis vel mutatis ita in dicto Miſſali ſcripta eſſent, videlicet: HOC EST CORPUS MEUM QUOD PRO VOBIS TRADETUR. &: HIC EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN MEO SANGUINE, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Sic igitur tunc ea controvarſia definita, quæ tamen multos poſt annos (ut ſuo loco dicetur) eſt repetita. Quo Joannis Pontificis anno hæc facta ſint, in obſcuro eſt, ſed ultra hunc annum differri vix poſſunt, nam Siſenardus Compoſtellanus Epiſcopus circa annum 920. vivere deſiit.

Romanus Lacapenus Cæſar, & Auguſtus dicitur.

3. Dum Bulgarorum armis Orientale Imperium vexaretur, ac ſub Imperatore pupillo, civili bello periclitaretur, *Theodorus Conſtantini Imp. pædagogus*, *Conſtantinum accubitorem Imperium transferre molientem in Leonem ſuum ex ſorore affinem animadvertens*, *Conſtantino Imp. auctor eſt*, *ut Romanum Drungarium*, ideſt claſſis Præfectum, *aſſumat*. In Imperii ſcilicet ſocietatem, ait Theophanis continuator, quo conſilio probato, idem Romanus ab Conſtantino Imperii collega eligitur, vigeſima enim quarta ſeptembris Cæſaris dignitate inauguratus eſt. *Menſis vero decembris die 17. quo Dominica Chriſti progenitorum ſolemnis memoria agitur Imperiali ſtemmate a Conſtantino Imp. & a Nicolao Patriarcha donatur*. Interea rebelles repreſſi ſunt, ſuppliciumque de iis ſumptum, Zoe etiam Conſtantini Imp. mater, e Palatio ejecta, eo quod novis & ipſa rebus ſtuderet, in monaſterio S. Euphæmiæ clauſa, tonderi ibidem, & religioſam vitam profiteri coacta eſt, ut longiori ſtylo Curopalates, Leo Grammaticus, aliique hiſtorici narrant. Quæ omnia vinculis etiam nuptialibus arctius firmata ſunt, juncta nimirum Romani filia Helena nomine Conſtantino Imp. in matrimonio, *quam præter corporis ſpeciem*, *animi quoque prudentia ſpectabilem reddebat*, ait ſupracitatus auctor.

pag. 241. ſeqq.

Conſtantini Imp. nuptiæ cum Helena.

De Romani Imp. genere moribus, & geſtis.

Luitpr. lib. 3. cap. 7. 8. & 9.

4. Romanus autem Imperator, *humili proſapia*, & *ex Armeniorum gente ortus*, ait Luitprandus, *non claro natalium ortu*, *ſed cordis magnanimitate nobilem navalis exercitus Principem ordinavit*. Leo ſcilicet Imp. qua induſtria, aut ſagacitate, quotquot hactenus in Palatio primos honores tenuerant, dejecerit, ut primum ipſe locum teneret, idem exponit, ex his quæ præſens CPoli didicerat, dum legatus ibidem adfuit, placidis tamen moribus, etſi non integris

tegris eumdem fuiſſe, indicat idem Luitprandus, adnotans eum, ut ad Imperium ſibi viam pararet, *Cum Porphyrogeniti matre Zoinone*, ſeu Zoe Conſtantini matre, veneream conſuetudinem habuiſſe, quem ideo Baſilius junior celebris anachoreta, de inſano mulierum amore redarguit, ut in ejus vita narrat Gregorius ejus diſcipulus cap. 3. Cum etenim Helena Auguſta ſanctum virum ad ſe accerſiſſet, ut ejus ſe orationibus commendaret, dum in Palatio eſſet vir ſanctus. *Sumebant illum quotidie cauſa benedictionis obtinendæ tam Imperatoris, quam uxores eorum: ipſe vero ſingulis poſtulabat convenientia, utpote qui oculo mentis ſubtiliori cognoſceret, quid potiſſimum in unoquoque deſideraretur. Accidit autem ut etiam ad Romanum inducerent illum, cui dum poſt humaniſſimæ exceptionis officia familiarius colloqueretur, cœpit eum in faciem redarguere ſanctus quod nimio auri, & mulierum amore inſaniret, & civium filias conſtupraret. Imperator vero monachorum amans, non modo non eſt elatus in iracundiam, ſed manſuete excipiens correctionis diſciplinam, auro quoque oblato honoravit abeuntem, quod ille prorſus recuſavit admittere*: Quæ ſane moderati animi indicia fuere, hunc etiam in Eccleſia, & Imperio pacem foviſſe ſcimus, ut ex dicendis infra conſtabit.

JESU CHRISTI annus 920. Joannis X. Papæ an. 7. Berengarii Imp. an. 5. Constantini Imp. an. 9. Romani Imp. an. 2.

Pax Eccleſiæ CPolitanæ redditur.

1. Pacis fovendæ ſtudioſum fuiſſe Romanum Imp. mox diximus, cui in Imperium vix adlecto præcipua cura fuit, in Eccleſia CP. pacem, jamdiu ob quartas Leonis nuptias turbatam, revocare; nam ut narrat Leo grammaticus: *Julio menſe, Indictione octava, die Dominico totius Eccleſiæ a Romana inita eſt concordia, cunctis Metropolitanis, & clericis, qui a Nicolai, & Euthymii partibus diviſi ſteterant animis in conſenſionem redeuntibus*, eademque Curopalates, aliique hiſtorici, cum etenim Euthymius CP. Patriarcha, eo quod quartis Leonis cum Zoe nuptiis reſtitiſſet, in exilium ſua Sede dejectus, miſſus fuit, ac Nicolaus in ea Sede locatus, non ſolum Conſtantinopolitanus clerus diviſus erat, cum alii Euthymii, alii Nicolai partes ſequerentur, ſed e-

& omni ex parte gaudio repleti, jucunditate pacis perfruemur. Enimvero, ut huic curæ ſedulo incumbas, te iterum atque iterum rogat Deo dilectus Imperator, oratore Romam ad Sanctitatem tuam deſtinato C. I. V. B. filio Protoſpathario, & aurei triclinii præfecto, cui nos comitem itineris, curarumque conſcium adjunximus Eulogium honorabilem Presbyterum: Hos tu, Beatiſſime Pater, & excipies (uti ſpero) fronte hilari, & nos mutuis legationis officiis remunerabis: Joanni venerabili Epiſcopo, cujus apud nos jam experta virtus, id munus, ſi expedire videbitur, injungens, aut alicui alii, moribus illi non abſimili, qui, ſi qua ſunt adhuc correctionis indiga, doctrina, atque conſilio emendare valeat nobiſcum, juxta eccleſiaſticas conſtitutiones. Vale in Domino Beatiſſime Pater. Hactenus Nicolaus Patriarcha de pace Orientalis Eccleſiæ cum Apoſtolica Sede. JESU CHR. AN. 920.

3. Ut impoſterum diſſidiorum, & ſcandali occaſio tolleretur, lege edita, Conſtantinus, & Romanus Imperatores, quartas inire nuptias illicitum eſſe ſtatuerunt, extatque adhuc Imperatorum lex, ſeu Novella inter Conſtantini Novellas ab Leunclavio editas, qua numero 10. hæc leguntur: *Decernimus ſententia judicioque communi, ne ab hoc anno præſenti, qui eſt annus Mundi ſexmilleſimus quadrigenteſimus vigeſimus octavus, Indictionis octavæ quartas nuptias ullus contrahat, ſed & omnino rejiciantur. Quod ſi quis ad ejuſmodi conjugium progredi decreverit, ab omni conventu Eccleſiaſtico excluſus eſto, & ab Sacroſanctæ Ædis ingreſſu tantiſper alienus ſit, donec in hoc conjugio permanſerit &c.*, & poſt aliqua de tertio quoque matrimonio. *Definimus, ne ſimpliciter atque temere perficiatur*; pluribus poſtea de tertiis nuptiis in eadem novella agitur, quæ magis tolerantur, quam permittuntur, iis qui quadrageſimum ætatis annum nondum exceſſerant, ac nullos hactenus liberos ſuſceperant, ut ibidem, vel apud Baronium videre eſt.

Conſtantini, & Romani Imper. edictum contra quartas nuptias.

Bar. an. 921.

4. Diverſam autem conſuetudinem in Occidentali Eccleſia ſemper viguiſſe, ſcimus, nam ad vitandam fornicationem, ſecundum illud Apoſtoli: *Melius eſt nubere quam uri*, nullus ducendi uxores terminus poſitus fuit, ac narrat S. Hieronymus ſub Damaſo noviſſe uxorem, quæ ſepelierat vigintiduos viros, & virum qui ſupervixerat viginti, & uni uxoribus, uti in epiſtola ad Ageruntiam narrat, & adverſus

Occidentalis Eccleſia nullas reſpuit nuptias. *ad Corinth.* 1. 7.

Jo-

JESU CHR. AN. 920. Jovinianum libro primo: *Non damno*, ait, *bigamos*, *immo nec trigamos*, *etſi dici poteſt octogamos &c.* Sed hæc omnia ex indulgentia ſecundum illud ejuſdem Apoſtoli: *Qui infirmus eſt olus manducet*. *ad Rom. 14.*

Orientalis Eccleſ. quartas nuptias damnat.

5. Imperatorum autem legem ab Orientali Eccleſia confirmatam fuiſſe teſtatur Balſamon in Nomocanone Photii, & in notis ad epiſtolam canonicam S. Baſilii ad Amphilochium, qui de ipſo edicto, atque promulgationis tempore plura adnotat, deinde legem latam his verbis refert: *Neminem oportere ſe quarto matrimonio jungere, ſed eſſe omnino rejiciendum. Et ſi quis ad ejuſmodi conjugium venire voluerit, eſſe omni Eccleſiaſtica congregatione privatum, & ab ipſo in ſanctum templum ingreſſu alienum donec in conjugio permanſerit. Hoc enim etiam Sanctis Patribus, qui nos præceſſerunt viſum eſt. Nos vero etiam ſententiam apertiorem reddentes, ipſam ut a Chriſtiana Republica alienum abdicamus.* Hæc Theodorus Balſamon de Orientalis Eccleſiæ conſuetudine circa tertias, & quartas nuptias.

Civile bellum in Galliis exoritur.

6. Civile bellum in Galliis hoc tempore exortum eſt, dum Procerum plurimi indignati, quod Carolus Haganonem quemdam mediocris fortunæ virum, Regni adminiſtrationi præfeciſſet, ab eo rebellantes, Roberto Pariſienſi Comiti Odonis quondam Regis fratri, Regnum obtulerunt; quare Carolus ad Herivæum Remenſem Archiepiſcopum confugiens, ab eo cum Regni Proceribus reconciliatus eſt, Regnoque reſtitutus, de quibus hæc narrat Flodoardus in chronico. *Anno* 920. *pene omnes Franciæ Comites Regem ſuum Carolum ad urbem Sueſſionem, quia Haganonem conſiliarium ſuum, quem de mediocribus potentem fecerat dimittere nolebat, reliquerunt. Herivæus autem Remorum Archiepiſcopus accipiens Regem, eum omnes eum deſeruiſſent, duxit eum ad hoſpitia ſua in villa, quæ dicitur Garcaſiria. In craſtinum vero venerunt Cruſniacum Remenſis Epiſcopi villam, ibique manſerunt donec Remis venirent, ſicque deduxit eum per ſeptem fere menſes, uſquequo illi ſuos Principes, eumque ſuo reſtitueret Regno*, anno ſcilicet ſequenti, ut ibi dicturi ſumus.

Chriſtiani in Hiſpania a Saracenis victi.

7. Hoc anno Ordonius Legionis Rex ab Abderamno Saracenorum Rege, qui Cordubæ regnabat, in prælio victus eſt, magnaque Chriſtianorum tunc ſtrages facta in *valle de Junearia*, vulgo de Junquera, uti teſtatur Sampirus in Hiſto-

Digitized by Google

ſtoria, quem alii Scriptores Hiſpanici unanimi conſenſu ſecuti ſunt: *Venit Abderamen*, inquit Toletanus lib. 6. cap. 22. *cum magna multitudine ſuorum ex Africa quos conduxerat, terramque ingreſſus eſt Navarrorum uſque ad locum qui Muez adhuc hodie nuncupatur. Quos Rex* (nempe Navarræ) *Gartias filius Regis Sanctii nequiens tolerare Regi Ordonio nunciavit, qui confeſtim occurrens cum ingenti auxilio properavit. Cumque in valle Juncaria ſibi adinvicem exercitus obviaſſent, ſicut Dominus voluit ſuſtinere, multi de Chriſtiano exercitu corruerunt. Etiam duo Epiſcopi Dulcidicis Salmaticenſis, & Hermigius Tudenſis fuerunt ibi ab Arabibus comprehenſi, & pro iſto Hermigio fuit ſobrinus ejus S. Pelagius datus obſes, qui poſtea fuit Martyr*. Anno ſcilicet 925., ut ibidem narrabimus, reſumptis tamen viribus paulo poſt ab Ordonio Rege eam cladem reparatam fuiſſe adnotat Mariana. *Marian. hiſt. Hiſp. lib. 7. pag. 302.*

JESU CHRISTI ANNUS 921. JOANNI X. PAPÆ AN. 8. BERENGARII IMP. AN. 7. CONSTANTINI IMP. 11. ROMANI IMP. 3.

Synodus Troslejana. Carolus cum Proceribus reconciliatur.

1. Galliæ Proceres adverſus Carolum rebellaſſe, Regnumque Francorum Roberto Pariſienſi Comiti detuliſſe, anno proximo diximus, quem poſt menſes ſeptem eum rebellibus reconciliatum Herivæi Remenſis Archiepiſcopi opera adnotavimus, idque in Troslejana Synodo ab Herivæo præſente Carolo accidiſſe veroſimile eſt, cujus acta perierunt. *Labb. to. 9. pag. 579.* In ea tamen Erlebaldum Caſtricenſis pagi Comitem ab Herivæo Remenſi excommunicatum, eo quod pagum Eccleſiæ injuria invaſiſſet, poſt mortem, *intercedente Rege, & obnixe efflagitante a vinculo excommunicationis abſolvit*, ait Flodoardus in hiſtoria, in chronico autem idem auctor hæc adnotat. *Anno 921. Synodus apud Trosleium habita, cui præſedit Archiepiſcopus, præſente quoque Carolo Rege, cujus obtentu Etlebaldus ibi Caſtricenſis abſolvitur*, inſtabilis tamen, ac vix annualis hæc cum Proceribus ſuis Caroli reconciliatio fuit, quorum defectioni tum imprudentia ſua, cum direptionibus undique peractis idem Carolus non modicam dedit occaſionem, cum præcipue Herivæum Remenſem Archiepiſcopum hactenus ſibi fidiſſimum, infenſum reddidiſſet, dum Cancellarii officium Herivæo ablatum in Rotgerum Trevi-

Jesu Chr. an. 921.

virenſem Archiepiſcopum tranſtulit, de quibus anno proximo redibit ſermo.

De Tungrenſi Epiſcopatu Hilduinus, & Richarius contendunt.

2. Cum anno proximo 920. Stephanus Tungrenſis Epiſcopus obiiſset, gravis ea de cauſa quæſtio exorta eſt, nam ejuſdem Eccleſiæ clero in duas partes ſciſſo, una Hilduinum clericum ejus Eccleſiæ, altera Richarium Prumienſem Abbatem elegit, cauſa autem ad Joannem Pontificem delata, Richarius Tungrenſem Epiſcopatum obtinuit, ob quam rem plures extant litteræ tum Caroli Regis ad Epiſcopos Regni ſui, quibus jubet, ut, Hilduino rejecto, Richarium Tungrenſem Epiſcopum a ſeniori cleri parte electum ordinent, ac graviſſima Hilduini crimina exponit, rebellionem ſcilicet adverſum ſe concitatam, theſaurorum Eccleſiæ direptionem, mendacia Herimanno Colonienſi Archiepiſcopo, & Metropolitano ſuo expoſita, ac tandem, quod ter ad Synodum ab eodem Herimanno vocatus, ut objecta crimina dilueret, adeſſe recuſaverat, quare ut diximus, cauſa ad Joannem Papam delata, Herimannum Colonienſem Archiepiſcopum datis litteris, ut Romam cum Hilduino, & Richario adeſſet, Joannes Papa juſſit, iiſque acceptis, Herimannus litteras Joannis Papæ ad Richarium ſcribens miſit, ut ambo Romam pergerent, Joannes etiam Papa Carolum Regem litteris ſuis admonuit, ſe Herimanno ſcripſiſſe, ut una cum Richario, & Hilduino de Epiſcopatu Tungrenſi contendentibus Romam pergerent, ut tota cauſa ex integro retractaretur, & ne integras exſcribamus litteras totius cauſæ ſeriem, & exitum ex Flodoardo exponere ſat erit, dum ait. *Hoc anno, nempe vigeſimo ſupra nongenteſimum anno, & ſequenti quoque agitatur inter Hilduinum Epiſcopum, & Richarium Abbatem de Epiſcopatu Tungrenſi contentio. Siquidem Rex illud Epiſcopo Richario, quia Hilduinus a ſe deſcivit, cui prius ipſum conceſſerat, dedit: Hermannus vero Archiepiſcopus Hilduinum ibi Epiſcopum eligente Clero, & populo, favente quoque Giſleberto, quem plurimi Lotharienſes Principem relicto Carolo Rege delegerant, ordinavit. Carolus vero reverſis ad ſe Lotharienſibus, & ipſo Giſleberto, Richario Abbati, & non Hilduino ipſum Epiſcopatum conceſſit.* Hæc ibi, & præſenti anno iſta: *Richarius qui Romam profectus fuerat propter Epiſcopium Tungrenſe, reverſus eſt ordinatus a Joanne Papa Epiſcopus, Hilduino ab ipſo Papa excommunicato.* Hactenus de his Flodoardus.

Labb. to. 9. pag. 571.

3. Ad

3. Ad eamdem Apoſtolicam Sedem, & ad Joannem Papam eodem ſere tempore Agrii Narbonenſis Metropolitani Epiſcopi cauſa cum Gerardo delata eſt, quam Pontifex, datis ad Epiſcopos Narbonenſis provinciæ litteris, pro ſumma qua pollebat auctoritate, pro Agrio ſententiam tulit, cujus hæc ſunt verba. *Sanctitatis veſtræ litteras, de Metropolitano Agrio ſuſcipientes, huic inſidias, & fraudes Gerardi nequiſſimi ei illatas agnoſcentes valde doluimus, & quaſi noſtro corpore ſuſcipientes defecimus. Unde veſtræ Sanctitati notum eſſe volumus, quia præfatus Gerardus falſidicus, ad hanc Sanctam Romanam atque Apoſtolicam Eccleſiam, cui autore Deo deſervio, veniens, a nobis quaſi innocens, ſurripere voluit Epiſcopatum, cui nos, licet ejus iniquitatis verſutiam plenius non agnoſcentes, commodare ſine canonica cenſura noluimus. Ipſe vero, ut multorum veridica relatione comperimus, neſcio quas falſas epiſtolas per ſurreptionem, quaſi ex noſtro nomine vobis Epiſcopatum Narbonenſem, hac occaſione armata manu deprædatur, venerabilis Agrius ejus inſidiis captus, venire ad Sanctam Sedem Apoſtolicam differtur, & alia quamplurima de illo, antequam per veſtras litteras, cognovimus audientes. Quapropter vobis per Eyminum Archiepiſcopum, noſtras Apoſtolicas litteras miſimus, ut ipſum ſæpe nominatum Gerardum per omnia falſidicum tenentes, inter Epiſcopos non haberetis. Nunc, quia ejus malitiam, iniquitatem, atque fraudes, a veſtra fraternitate plenius agnovimus: volumus, atque Apoſtolica auctoritate mandamus, ut, ſicut jam vobis ſcripſimus, & ſacri canones teſtantur, eum inter Epiſcopos non habeatis: quippe nec a clericis, vel populo civitatis ſit expetitus, nec a vobis ſuis comprovincialibus more ſolito ordinatus. Privilegium, pallium, uſum pallii, veſtro metropolitano Agrio, ut veſtra petivit dilectio, miſimus: quia nulli Eccleſiæ, hoc quod illi juſte competit, denegamus. Optamus vos in Chriſto nunc, & ſemper bene valere.* Hactenus Joannes Papa, ex quibus, de Eccleſiaſtica diſciplina tuenda, ſollicitum eum fuiſſe patet, nec uti Eccleſiæ Romanæ invaſor, ſed ut paſtor bonus ſe geſſit.

JESU CHR. AN. 921. Joannes Papa Agrii Narbon. Epiſc. electionem confirmat, ac Gerardum rejicit.

Labb. p. 576.

4. Quamplurimis in Italiæ locis jamdiu ſedes a Saracenis fixas fuiſſe diximus, ex quibus tamquam latrunculi ex inſidiis erumpentes vicinis, & peregrinis infeſti erant, ex Trajecto, & Gariliano, unde Campanis æque, ac Romanis mole-

Saraceni in Fraxineto ſtantes peregrinis infeſti ſunt.

Jesu Chr. An. 921. moleſti fuerant, paulo ante Joannis Papæ ſollicitudine, & opera ejectos fuiſse narravimus, at ii, qui *in Fraxineto, quod in Italicorum, Provincialiumque confinio erant*, ut ait Luitprandus, viribus etiam aucti, continuis vicinos, & peregrinos, qui inde tranſibant infeſtationibus, cœdibuſque vexabant, ac non ſemel Anglos ad limina Apoſtolorum peregrinantes occidiſse, narrat Flodoardus; *Ut Angli, ex more quamplurimi peregrinantes ad limina Apoſtolorum inter anguſtias alpium a Saracenis interempti, lapidibus obruti fuerint*, quod iterum anno ſequenti accidiſſe addit. Hos quidem, ut ad annum 931. adnotat is auctor, *Græci per mare inſequentes in Fraxinetum ſaltum, ubi erat refugium ipſorum, & unde egredientes Italiam ſedulis prædabantur incurſionibus*, quos ideo ad mediterraneum mare prope Alpes Cottias ſedes habuiſse conſtat; unde, & piraticam in mari, & prædatoriam in terra artem exercebant. De ceteris Saracenorum præliis, vel in Sicilia, vel in Campania, & Brutiis, vel inter ſe, aut cum Campaniæ Ducibus, vel Græcorum Præfectis, hoc tempore nil addimus, de quibus in ſingulos fere annos nonnulla adnotat Muratorius, ex Chronicis Siculo Arabicis, aliiſque Arabicæ hiſtoriæ ſcriptoribus, cum hæc ad Italiæ hiſtoriam magis, quam Eccleſiæ pertineant, ac brevitati ſtudentes, ad annum ſequentem ſtylus noſter properat.

Luitpr. hiſt. lib. 1. cap. 1.

Murat. rer. Ital. tom. 1. part. 2.

JESU CHRISTI ANNUS 922. JOANNIS PAPÆ X. AN. 9. BERENGARII IMP. 7. CONSTANTINI IMP. 11. ROMANI IMP. 4.

Conjuratio in Romanum detegitur, Theodora Auguſta obiit.

1. Frequentes hac ætate tum in Oriente, cum in Occidente conjurationes excitatas fuiſſe ſcimus, hoc anno conſtructis ab Anaſtaſio Sacellario, & Aurificinæ Principe, & Theodoreto cubiculario, aliiſque inſidiis adverſus Romanum Imp., iiſque detectis, ac rebellibus ſupplicio affectis, *Romanus eo prætextu accepto Imperatorem Conſtantinum primatu deturbat, & ſecundum conſtituit, ſe ipſum vero priorem præponit*, ait Leo Grammaticus, eademque ignotus auctor inter Theophanis continuatores, ſeque perjurii reum Romanus effecit; *promiſerat etenim ſe numquam ſibi Imperii primas partes illo ſpreto arrogaturum*, ait is auctor; interea hoc eodem anno, *menſis Febr. die vigeſima, Indict. 10. Theodora Romani*

Leo gramm. pag. 497. pag. 248.

ni uxor moritur, ejus cadaver in Romani ipſius Domo, quam in monaſterium mutarat, depoſitum eſt. Eodem menſe coronatur Sophia Chriſtophori Imp. uxor, ait is auctor. Chriſtophorus autem Romani Imp. filius erat, ab eodem Conſtantino Porphyrogeneta Imperator paulo poſt patrem ſuum dictus, *die* 17. *Maii*, *Indictionis quintæ*, ut narrat Leo Grammaticus. JESU CHR. AN. 922. *pag.* 249.

2. Dumque hæc agerentur, continuis Bulgarorum incurſionibus Orientale Imperium affligebatur, ita ut anno proximo, menſe Septembri Indictionis ſecundæ, ſeu potius undecimæ, vel duodecimæ, ut adnotat Pagius: *Simeon Bulgariæ Princeps* Macedonia, & Thracia vaſtatis, *Bizantium* profectus eſt, *& cum ad Blanchernas admoviſſet*, *Nicolaum Patriarcham*, *& Procerum quoſdam*, *quibus cum de pace tractaretur*, *ad ſe mitti rogavit &c.* legatis vero ad Simeonem miſſis, ut pacem firmarent, ſe cum ipſo Romano Imp., de eadem acturum dixit, quare Romanus divino implorato auxilio, cum Simeone congreſſus, longaque oratione habita tandem obtinuit, ut Simeon ad ſua reverteretur, & ut ad tempus ſaltem ab inferendis injuriis abſtineret, ut fuſiori ſtylo iidem Græci auctores narrant, pag. 251. & 500. Bulgarorum incurſiones, pax cum Romanis firmatur.

3. Nec pacatiores in Italia res hoc tempore erant, quin bellorum motibus tota pene exarſit, dum Adalbertus Iporegiæ Marchio, & Berengarii Imp. gener, cum Olderico Palatii Comite, & Gilberto Comite, aliiſque adverſus Berengarium conſpiratione facta, ut eum Italico Regno exturbarent, Rodulphum anno proximo, vel labenti Burgundiæ Regem in Italiam evocarunt, ut narrat Luitprandus, cum quibus Lantbertus etiam Mediolanenſis Archiepiſcopus ſociatus fuerat, adverſus Berengarium ob id præcipue exaſperatus, quod *dum Mediolanenſis Archiepiſcopus ordinari debuiſſet*, *non parvam ab eo Rex Berengarius*, *contra Sanctorum inſtituta Patrum*, *pecuniam accepit*, *quantam cubicularii*, *quantam oſtiarii*, *quantam Pavonarii*, *ipſi etiam altilium cuſtodes accipere deberent*, ſumma a Berengario ſtatuta, cumque in montibus Brixianis rebelles conſtitiſſent, accidit, ut ad Berengarium Ungarorum Duces nomine Durſac, & Bugat cum electa ſuorum manu advenirent, quibus utpote amicis Berengarius dixit: *Ut ſi ſe amarent ſuper inimicos ſuos irruerent*; *hi vero ut erant necis avidi*, *bellandi cupidi*, *a Beren-* Italia civili bello turbata. *Luitpr. hiſt. lib.* 2. *cap.* 15. 16. 17.

Jesu Chr. an. 922. *rengario mox prӕduce accepto, per ignotas vias a tergo hos uſque adveniunt, tantaque illos velocitate confodiunt, ut nec induendi, ſumendique arma ſpatium haberent; Captis igitur cӕſiſque multis, Oldericus Palatii Comes, qui ſe viriliter defenderat, occiditur, Adalbertus autem Marchio, & Gilbertus vivi capiuntur*; Ex his *Gilbertus flagellatus vinctus, ſeminudus* ad Berengarium ductus, eique oblatus, ſine ſemoralibus, ac curta tunica indutus, dum ad pedes Berengarii corrueret, *genitalium oſtenſione membrorum ad riſum omnes commovit*. Eum tamen benigniter exceptum, ac decenti veſte indutum liberum Berengarius dimiſit: *Cui & ait jusjurandum a te nullum exigo, fidei tuӕ teipſum committo, ſi male contra me egeris, rationem te ſcias Deo redditurum*; qui ſtatim beneficii immemor, ad Berengarii hoſtes tranſiit, ut idem Luitprandus narrat.

cap. 17.

Berengarius, & Rodulphus de Italiӕ Regno contendunt.

4. Rodulphum interea in Italiam cum exercitu advenientem plurimi exceperunt, quo adſtante Berengarius Veronӕ ſe recepit. *Unde factum eſt, ut totius Regni media pars populi Rodulphum, media Berengarium vellet &c.*, ait is auctor; quem hӕc exitum habuerint, ex dicendis infra conſtabit, de civili Italico bello, hӕc ad hunc annum Flodoardus narrat. *Berengario Longobardorum Imperatore*, ſeu potius Romanorum, *Regno ab optimatibus ſuis deturbato, Rodulphus Ciſalpinӕ Galliӕ*, ſeu Burgundiӕ, *Rex ab ipſis in Regnum admittitur, & Hungari actione prӕdicti Berengarii multis captis oppidis Italiam depopulantur*. Sicque miſera Italia in factiones diviſa, & civili bello, & Hungarorum ferocia undique affligebatur.

Robertus Francorum Rex inauguratur.

5. In Galliis quoque res iterum turbatӕ ſunt, nam exaſperatis ob Haganonis potentiam Magnatum animis, pax, quӕ inter Carolum Regem, ejuſque Proceres anno 920. firmata fuerat, eouſque rupta fuit, ut Carolum Regno dejicerent, & Robertum ejus loco inaugurarent, quibus Herivӕus quoque Remenſis Archiepiſcopus, qui Carolo hactenus faverat, opem tulit, itaut eo ſemel, & iterum ab Roberti exercitu fugato, tertio Kal. Julii Robertus Rhemis in Eccleſia Sancti Remigii ſolemni ritu inauguratus fuerit, cum Carolus viribus ſe inferiorem eſſe ſentiens, trans Moſam aufugiſſet, de quibus hӕc narrat Flodoardus coӕvus auctor. *Franci Robertum ſeniorem eligunt, ipſique ſe committunt, Robertus ita-*

itaque Rhemis apud S. Remigium ab Epiſcopis, & Primatibus Regni conſtituitur. Heriveus Rhemorum Archiepiſcopus obiit tertia die poſt conſecrationem Roberti Regis, ſcilicet ſexto nonas Julii, quarta die antequam vigeſimum ſecundum ſui Epiſcopatus expleret annum; Heriveo *ſucceſſit in Epiſcopatu Seulphus, qui tunc ejuſdem urbis miniſterio fungebatur Archidiaconatus*, ait idem Flodoardus. Jesu Chr. an. 923.

6. Inter bellicos motus Epiſcopi octo, concilium hoc anno celebrarunt Confluentium dictum, ſeu Conflans ad Renum, juſſu Caroli, ut in præfatione legitur, eique Herimannus Agrippinenſis, & Herigerus Moguntinenſis Archiepiſcopi, cum ſex aliis Epiſcopis ſubſcripti leguntur, ubi nonnulla ad pravos corrigendos mores ſtatuta ſunt, ac inceſtuoſa connubia primum prohibita ſunt, deinde ut eccleſiæ, vel capellæ a laicis occupatæ Presbyteris tradantur, juſſum eſt, & ut in iis tum reſtaurationes faciant, cum hoſpitum, & pauperum receptionem exhibeant, & ut monachorum eccleſiæ Epiſcoporum regimini ſubjectæ ſint, deinde qui Chriſtianum hominem vendiderit, homicidii pœnæ ſubdatur, & ut debitæ decimæ ſolvantur cautum eſt, ut ibidem videre eſt.

Concilium Confluentium ab Epiſcopis octo celebratum. *Labb. to. 9. pag. 579.*

JESU CHRISTI an. 923. Joannis decimi Papæ 10.
Berengarii Imp. 8. Constantini Imp. 12.
Romani Imp. 5.

1. De Italiæ Regno inter Berengarium Imp., & Rodulphum Borgundiæ Regem, armis certatum fuiſſe, anno proximo adnotavimus. *Et quoniam*, ait Luitprandus, *Placentinæ civitatis Epiſcopus Eido Berengarii partibus favebat, duodecim longe a Placentia milliariis, juxta Florentiolam bellum parant*, ac certamine inito atrox, ac incerta pugna fuit, nam ut ſubdit;

Pugna inter Berengarii, & Rodulphi exercitum ad Florentiolam. *Luitpr. hiſt. lib. 2. 16.*

Tum perquam horrida pugna oritur civilis, & atra,
Heu quater ante Kalendas Sextilis.

in qua patres cum filiis, cum nepotibus avos pugnaſſe ſubdit.

Bucci-

Jesu Chr. an. 923.

Buccina Martis adeſt, gnato pater ipſe perennem,
Infert interitum, perimitque patrem genitura.
Proh dolor; acer avus lethum parat ecce nepoti,
Sternendus per eum, furiis pulſatus ab atris,
Frater qui fodit, frater fodit eminus alter.

Victor quidem Berengarius in pugna fuerat, ac Rodulphi exercitum in fugam conjecerat, at dum dato victoriæ ſigno Berengarii milites ad colligenda ſpolia ſeſe converterant, Bonifacius, *qui noſtro tempore Camerinorum, & Spoletinorum extitit Marchio*, ait Luitprandus, *cui Rodulphus Rex Valdradam ſororem ſuam, tam forma, quam ſapientia, quæ nuncuſque ſupereſt honeſtam matronam uxorem dederat*, cum ſelecta militum manu adveniens cum Gariardo comite in Rodulphi auxilium, Berengarii milites prædæ tantum intentos ex improviſo aggreſſus, eoſdem in fugam conjecit, quorum *tanta ſtrages facta eſt*, ait Luitprandus, *ut militum uſque hodie permagna raritas habeatur*, atque ex clade Berengarius vix elapſus Veronam ſeſe recepit, ubi anno proximo a ſuis confoſſus interiit, ut ibidem dicturi ſumus. Rodulphus vero poſt victoriam adeptam, Papiam veniens, Italicum ſceptrum obtinuit; Regno hinc Italiæ primoribus commendato, Burgundiam in Italiam rediturus, petiit, ut idem Luitprandus narrat: de ea pugna, & Rodulphi victoria, hæc etiam ad hunc annum adnotat Flodoardus in chronico. *Rodulphus Ciſalpinæ Galliæ Rex, quem Italici, abjecto Rege ſuo Berengario, in Regnum receperant, cum ipſo Berengario conflixit, eumque devicit, ubi mille quingenti viri cecidiſſe dicuntur.*

Berengarius poſt cladem Veronam aufugit.

2. Eumdem fere cum Berengario exitum ſortitus eſt Robertus, qui anno proximo, ejecto Carolo, Francorum, Rex dictus fuerat, cum inita apud Sveſſionas cum Carolo pugna, lanceis perfoſſus interiit. Hugo nihilominus filius ejus, & Heribertus, adverſus Caroli exercitum fortiter pugnans victor evaſit, & Carolum in fugam verterunt, in eaque pugna ex Roberti parte undecim millia quatuorcentum quinquaginta, octo occubuiſſe, ex Caroli parte ſeptemmillia centum decem, & octo cœſa fuiſſe legitur in chronico Saxonico, nondum edito, ait Mabillonius. Cum itaque trans

Roberti Regis interitus cui Rodulphus ſuccedit.

trans Moſam iterum auſugiſſet Carolus, victores Rodulphum Richardi Burgundiæ Ducis filium, *qui Rodberti filiam conjugem duxerat, eligunt, & in monaſterio ſancti Medardi regem conſtituunt. Dein Carolus, ab immiſſis Heriberti legatis ſub ſacramento adductus ad ſancti Quintini oppidum, ab ipſo Heriberto capitur, captuſque ad Caſtrum Theodorici, quod ad Matronam ſitum eſt, recludendus perducitur; poſtea Perronam, ubi poſt annos ſex in cuſtodia vitam finivit.* Cur autem Rodulpho potius, quam Hugoni Rotberti filio, qui Magni cognomen poſtea meruit, aut Heriberto comiti, rebellium veluti anteſignano, regia poteſtas delata ſit, Aimonius hanc affert cauſam, quod Hugoni immatura obſiſteret ætas. Heribertus cunctis ob ejus inhumanitatem, & perfidiam in proprium Principem odio eſſet. Clarius monachus addit, Rodulphum Sveſſionis tertio Idus Julii coronatum fuiſſe a Valterio Senonum Archiepiſcopo, *qui ipſo anno defunctus eſt XIII. Kalendas Decembris, ſepultuſque in ſuburbana baſilica S. Petri.*

JESU CHR. AN. 924. *Mabill. Annal. Bened. tom. 3. pag.* 374.

3. Alfredum Angliæ Regem viros litteratos de terris exteris ad ſe accerſiſſe, narrat Ingulphus in hiſtoria Anglorum; eoſque *aliquandiu in Palatio ſuo ſecum pro ſacris litteris addiſcendis retentos, demum diverſis prælaturis, & dignitatibus promoviſſe*, ſubditque, *Plegmundum etiam poſtea promotum in Archiepiſcopum Cantuariæ, ac Aſkerum Abbatem Bangorenſem, poſtea Schireburnenſem Epiſcopum, illis in temporibus doctores celeberrimos ſuo lateri adjunxit. Quorum omnium contubernii aliquandiu in palatio fruitus, & doctrina, uſque ad profundam liberalium artium ſcientiam penetravit.* Gervaſius Dorobornenſis in Chron. tradit Plegmundum *ſacris literis nobiliter* inſtructum fuiſſe, ac addit eum ſediſſe annis 34. ideoque hoc anno e vivis exceſſit, ut uterque Chronographus Saxonicus literis prodidit.

Plegmundi Cantuariæ Epiſcopi obitus.

JESU CHRISTI AN. 924. JOANNIS DECIMI PAPÆ 11. CONSTANTINI IMP. 13. ROMANI IMP. 6.

1. Poſt cladem Florentiolæ acceptam Veronam ſeſe receperat Berengarius Imp., ubi Flamberti cujuſdam inſidiis peremptus hoc anno occubuit, cujus quidem eo major perfidia fuit, quo eum ſibi Rex compatrem effecerat, cum ejuſ-

Berengarius Imp. occiditur. *Luitp. hiſt. lib. 2. c. 18. & 19.*

Jesu Chr. an. 924.

ejuſdem filium e ſacro fonte ſuſceperat, ac de paratis ſibi a Flamberto inſidiis admonitus, novis eum beneficiis promereri curaverat; nam ut narrat Luitprandus, eumdem ad ſe vocatum, ſe eum vitæ ſuæ inſidiari, relatum ſibi fuiſſe dixit, ac ut fidem datam ſervaret, admonuit, *ac aureum non parvi ponderis poculum ei porrexit*, addens; *Salutis meæ cauſa, quod continetur bibito, quod continet, habeto. Vere autem, & abſque ambiguitate poſt potum introivit in illum Satanas*; nam nocte ſequenti, qua Rex nihil mali ſuſpicans, non in domo, quæ defendi poterat, ſed in tuguriolo ameno juxta eccleſiam pernoctaſſet, ut ad matutinas horas, uti ſolebat, paratus eſſet, cum ſicariis adveniens Flambertus, occidit, cujus caſum verſibus ſuis deplorat Luitprandus, eumque in eccleſiæ limine interemptum fuiſſe adnotat. *Quamque perverſe perverſi egerint, nobis reticentibus, lapis ante cujuſdam eccleſiæ januam poſitus, ſanguinem ejus cunctis tranſeuntibus oſtendens, inſinuat. Nullo quippe delibutus aſperſuſque liquore diſcedit*. Perfidum quidem parricidam cum ſociis, tertia a Regis interitu die, ſuſpendio vita privavit Milo quidam, qui Berengario fidiſſimus ſemper fuerat, ac ut ſibi caveret Berengarium admonuerat, eique ſuam cuſtodiam exhibuerat, ut ſubdit Luitprandus. Innumeræ hinc Italiæ ſubſecutæ ſunt calamitates ex Hungarorum in Italiam irruptione, quos ut Rodulpho objiceret, malo Italorum fato, ut ſibi auxilio eſſent, Berengarius evocaverat. Præ ceteris Italici Regni tunc Metropolis Papia Hungarorum crudelitatem experta eſt, nam ut narrat Flodoardus. *Hungari ductu Regis Berengarii, quem Longobardi pepulerant, Italiam depopulantur, Papiam quoque urbem populoſiſſimam, atque opulentiſſimam igne ſuccendunt, ubi opes periere innumerabiles, Eccleſiæ quadraginta tres ſuccenſæ, urbis ipſius Epiſcopus cum Epiſcopo Vercellenſi, qui ſecum erat, igne fumoque necatur, atque ex illa pene innumerabili multitudine ducenti tantum ſuperfuiſſe numerantur, qui ex reliquiis urbis incenſæ, quas inter cineres legerant, argenti modios octo obtulerunt Ungaris, vitam, muroſque civitatis vacua redimentes. His expletis, Hungari per abrupta tranſeuntes Alpium juga venerunt in Galliam, quos Rodulphus Ciſalpinæ Rex Galliæ, & Hugo Viennenſis inter anguſtias collium Alpinorum claudunt. Unde in primo loco per devia montis evadentes*

Papia ab Hunnis incenſa cum civibus vaſtatur.

tes Gothiam impetunt, quos inſequentes prædicti duces ſternunt ex eis, quos reperire potuerunt. Hæc Frodoardus. *Uſta eſt autem* (inquit Luitprandus ejus civis) *infelix olim formoſa Papia anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo vigeſimoquarto, quarto Idus Martii, Indictione duodecima, feria ſexta, bora tertia. Quorum memoriam, qui ibidem combuſti ſunt, vos, & quicumque legeritis, faciatis, vebementer exoro*. Hæc Luitprandus, qui paulopoſt hæc etiam ſubdit. *Exuſta denique Papia, factaque per Italiam non modica præda, Hungari ad propria revertuntur*. Rodulphus interea, *e Burgundia rediens, in Italiam venit, defunctoque Berengario, Regnum potenter obtinuit*. At de ejuſdem in Italia geſtis, deque Italicarum rerum varia fortuna anno ſequenti. *lib. 4. cap. 2.*

2. Cum adhuc in Galliis hoc anno Rodulphus eſſet, *Graviſſimo languore corripitur*, ait Flodoardus, *cujus a recidivo, dum jam convaleſcere putabatur, opprimitur, & pene deſperatus, a pluribus Rhemos ad ſanctum Remigium ſe deferri fecit, ubi nonnulla dona largitus. Ceterum præter uxoris partem, quidquid ſibi theſaurorum ſupererat, per monaſteria Franciæ, Burgundiæque direxit, & quatuor bebdomadibus apud ſanctum Remigium demoratus, tandem reintegrata ſanitate, Sveſſonicam petiit urbem &c.* Hæc Flodoardus, qui de Synodo hoc item anno habita in Galliis, ſubjicit iſta. *Synodus Epiſcoporum Rhemenſis diœceſis apud Troſlejum Octobri menſe habita, Seulpbo Archiepiſcopo Rhemenſi præſidente, in qua Iſaac Comes ad emendationem, & ſatisfactionem venit pro bis, quæ prave adverſus Eccleſiam Cameracenſem perpetraverat, & vadatus argenti libris centum, pacatur cum Stephano præfatæ urbis Epiſcopo, præſente Heriberto, & pluribus Franciæ Comitibus*. Hæc ipſe in Chronico, & in hiſtoria Rhemenſi, quibus adjicit quædam miracula hoc anno divinitus edita.

Rodulphus ægrotans ſanctorum auxilium implorat.

3. Hoc anno Uldaricus nobilis Alemannus, origine Svevus, in monaſterio Sangallienſi, divinis, humaniſque litteris eruditus, Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, Henrico Germaniæ Rege conſentiente, ordinatus eſt, ut in vita ejus narrat auctor coævus a Velſero primum, deinde a Mabillonio edita, ac Gerardum ejuſdem eccleſiæ, & ætatis Presbyterum, ejus vitæ auctorem fuiſſe creditur. Eum vero Auguſtanum Epiſcopum futurum Marinus Romanæ eccleſiæ Pres-

Uldaricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus ordinatur.

Mabill. act. ord. Bened. ſeculi 5.

Jesu Chr. An. 924.

byter, poſtea Romanus Pontifex, ante annos quindecim prædixerat, uti anno 910. ſupra adnotavimus. Quare *poſt quindecim annos*, ait auctor, *defuncto Hiltino* (Adalberonis ſucceſſore) *Epiſcopo, machinatione nepotis ſui Burchardi Ducis, & aliorum propinquorum ſuorum*, Henrico Rege conſentiente, Uldaricus electus & ordinatus eſt. *His vero ita peractis hilari animo de Rege revertentes, & ad Auguſtam pervenientes, ſecundum Regis edictum poteſtativa manu inveſtituram Epiſcopatus ſibi perfecerunt. Succedente vero feſto nativitatis Domini, in die ſolemnitatis Innocentium conſuetudinario ritu ordinatio ejus peracta eſt*, hoc anno, quam perperam ad ſequentem a Pagio dilatam fuiſſe, poſt Mabillonium ad hunc annum, adnotat Manſius ibidem. Is porro cum litteris æque ac pietate excelleret, tamquam lucerna ſupra candelabrum poſita, non ſolum commiſſam ſibi Auguſtanam eccleſiam, ſed totam fere Germaniam illuſtravit, qui etiam dum Epiſcopus eſſet, *cum matricalariis clericis*, divini officii curſum in choro perſolvere, eique tres alios curſus, ſeu officia, de ſancta Maria ſcilicet, de Cruce, & de omnibus Sanctis addebat. Miſſas etiam tres, aut ſaltem duas quotidie celebrabat, ait idem auctor; monaſticæ vero diſciplinæ, quantum in Epiſcopatu licebat, tenaciſſimus erat, ut etiam a carnibus abſtineret, ac ut in Diœceſis ſuæ monaſteriis regularis vigeret diſciplina ſollicitus fuit; quæ numquam in beneficium laicorum, ut tunc improba conſuetudo ferebat, conceſſit, ait is auctor, de quibus plurima dabit Mabillonius, tum in actis, cum in annalibus ſui ordinis.

Eduardi Regis Angliæ obitus, eique Athelſtanus ſuccedit.

4. *Anno Chriſti 624. Rex Anglorum Eduardus cognomento ſenior, qui cunctis Britanniam incolentibus, Valanorum, Scotorum, Cumbrorum, Calvalduſium, & Danorum populis potenter præfuit, poſt multas res egregie geſtas, anno Regni ſui 24. in villa Regia Farandona nuncupata diem clauſit extremum*, ait Virgonienſis, idem narrat Veſtmonſtarienſis, iiſque conſentit Malesburienſis lib. 2. de Regibus capite 6. dum ait anno Incarn. 924. Athelſtanum filium Eduardi regnare cœpiſſe, qui inter Eduardi filios natu maximus erat. *Secundus filius Eduardi fuit Ethelwardus Elfleda filia Comitis Ethelini, litteris apprime inſtitutus, multumque Elfredum vultu, & moribus præferens, ſed cita poſt genitorem morte ſubtractus*, inquit Malesburienſis pag. 46., qui

pau-

Digitized by Google

paulopoſt de Athelſtano Rege ſcribit. *De hoc Rege non invalida fama fertur, quod nemo legalius, vel litterarius Rempublicam adminiſtravit*; ac hoc tempore in Anglia litterarum ſtudia exculta fuiſſe jam adnotavimus.

Alfredus perjurii reus ſubita morte mulctatur.

Guillelmus Maleſb. de geſtis Reg. Angl. lib. 2. 6.

5. De Athelſtano Angliæ Rege narrat Maleſburienſis, quod cum ab Alfredo de terris quibuſdam ei mota lis fuiſſet, ac Alfredus Romam miſſus, ut ad Apoſtolorum limina veritatem proderet, ob perjurium ibidem præſtitum ſubita morte ſublatus, eccleſiaſticam vix ſepulturam promeruit, ut idem Rex, poſt donationem Romanæ eccleſiæ factam, his verbis narrat. *Sciant ſapientes regionis noſtræ non has præfatas terras me injuſte rapuiſſe, rapinamque Deo dediſſe: ſed ſic eas accepi: quemadmodum judicaverunt optimates Regni Anglorum, inſuper, & Apoſtolicus Papa Romanæ Eccleſiæ Joannes. Alfredo defuncto, qui noſtræ felicitati, & vitæ æmulus extitit, nequitiæ inimicorum noſtrorum conſentiens, qui me voluerunt, patre meo defuncto, cæcare in Urbe Wintonia, ſi non me Deus ſua pietate eripuiſſet; ſed denudatis eorum machinamentis, remiſſus eſt ad Romanam Eccleſiam, ubi ſe coram Apoſtolico Joanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram altari ſancti Petri, ſed facto juramento cecidit coram altari, & manu famulorum ſuorum portatus eſt ad Scholam Anglorum, & ibi tertia nocte vitam finivit. Et tunc Apoſtolicus ad nos remiſit, & quid de eo ageretur, a nobis conſuluit, an cum cæteris Chriſtianis corpus ejus poneretur &c.* ac ſe conſenſum præbuiſſe, ut etſi indignus eſſet, tamen corpus ejus cum chriſtianis poneretur, eam vero poſſeſſionem ſe Deo, & S. Petro dare addit, *qui æmulum meum in conſpectu omnium cedere fecerunt, & mihi proſperitatem Regni largiti ſunt*. Hactenus Regis diploma ad eam donationem inſertum.

JESU CHRISTI ANNUS 925. JOANNIS DECIMI PAPÆ 12. CONSTANTINI IMP. 14. ROMANI IMP. 7.

Rodulphus in Burgundiam redit.

Luitpr. lib. 3. cap. 3.

1. Poſt Berengarii interitum, in Italiam deſinente anno proximo, vel hujus initio vix redierat Rodulphus Burgundiæ Rex, cum inde excedere, ac Ugoni Italiæ Regnum cedere coactus fuit, non quidem armorum vi ſuperatus, ſed fœminea calliditate victus, ut ait Luitprandus. Qui-

Jesu Chr. an. 925. bus autem artibus Italiæ Regno exciderit, idem auctor narrat. Mortuo ſcilicet Adalberto Iporegiæ Marchione, uxor ejus Ermengarda Adalberti Thuſciæ marchionis, & Bertæ filia, Principatum in Italia obtinebat, cunctos ſibi (ſi vera is auctor narrat) laſcivia benevolos reddens. *Carnale cum omnibus non ſolum Principibus, verum etiam cum ignobilibus commercium exercebat*. Itali igitur inter ſe diviſi, dum alii Ermengardæ factioni, alii Rodulphi partibus inhærerent, ac Papiam primi tenerent, Rex Rodulphus, collecto exercitu, Papiam obſidebat, *caſtramentatus quinto ab urbe milliario*, ubi Ticinus in Padum influit. Quo cum res eſſent, Ermengarda, miſſis Rodulpho, nunciis ſignificavit, in ſua poteſtate eſſe eumdem prodere. *Tui quippe omnes te deſerere, meque ardenter adire, ſi mecum modo adſit velle, contendunt*; is vero acceptis Rodulphus, *non ſolum credulus, ſed etiam territus, nunciis remiſſis, ſe acturum quidquid illa vellet, renunciavit*, & nocte ſequenti, caſtris relictis, ad eamdem ſolus tranſiit, unde mane facto, introeuntibus in tentorium domeſticis, cum Rodulphum non inveniſſent, vel raptum, vel interfectum alii dicebant; *nemo tamen quod tranſfuga fieret animadvertere poterat*. Dumque incerti Rodulphiani exercitus Principes eſſent, vulgatum eſt inter eos, *Rodulphum ſuper eos cum adverſariis eorum velle irruere, qui mox animo conſternati, tam celeri fuga cœperunt diſcedere, ut non bos currere, ſed ſi vidiſſes, diceres tranſvolare*. Mediolanum autem ingreſſi, ac cum Lamberto Mediolanenſi Archiepiſcopo ſociati, Ugoni potentiſſimo in provincia comiti Italiæ Regnum obtulerunt. Quare Rodulphus a ſuis derelictus in Burgundiam rediens, Burchardum Svevorum Ducem, cujus filiam uxorem duxerat, rogavit, ut ad recuperandum Italiæ Regnum auxilio ſibi adeſſet. Is vero, collecto exercitu, ſtatim cum Rodulpho Italiam ingreſſus, ac Iporegiam profectus, Burchardum ſocerum ſuum Rodulphus Mediolanum miſit, ut Lamberti Epiſcopi ope, cum ſuis reconciliatus Regnum recuperaret, cum illud Hugoni Lambertus jam obtuliſſet. Quare Burchardum quidem cum honore, & benevolentiæ ſignis Lambertus Mediolanenſis Epiſcopus excepit, qua ille ſimulatione deceptus, Mediolano egreſſus, & Novariæ pernoctans, inde dum Iporegiam mane facto contenderet, Italorum inſidiis aggreſſus in foſſam civitatis Novariæ cum equo de-

decidens, lanceis confoſſus periit. Comites autem Burchardi in eccleſiam S. Gaudentii diverterunt, ſed omnes ſub ipſo etiam altari a furentibus Italis confoſſi ſunt. *Quod Rodulphus ut audivit, Italiam, non ultra rediturus, dereliquit, & Burgundiam percitus venit*, ait Luitprandus, qui totam tragœdiam fuſiori deſcribit ſtylo, in eo tamen vix fide dignus, ait Muratorius, dum ſive levitate, ſive malignitate animi illuſtrium fœminarum laſciviam exageravit, quarum Apologiſtam ſe Italicarum rerum ſcriptor, vel Annaliſta prodit. Rodulphus autem ex Italia profugus Ugoni locum ceſſit, de cujus adventu in Italiam, vel geſtis anno ſequenti. *Luitpr. lib. 3. cap. 2. 3. & 4.*

2. Quo tempore (ideſt anno 920.) Abderamnus Saracenorum in Hiſpania Princeps, & Cordubæ Rex Ordonium in valle Juncaria vicit, inter captivos, duos quoque Epiſcopos habuit Dulcidium Salmaticenſem, & Hermigium Tudenſem. Hic porro Pelagium puerum ſobrinum ſuum, ut liber dimitteretur reliquit; *qui poſtea*, hoc anno, *martyr fuit*, ait Toletanus lib. 5. cap. 22. Diu quippe in carcere detentus, varieque tentatus, ut & fidem proderet, & ad turpia Regi conſentiret, fortiter reſiſtens, tandem a furente Rege membratim conciſus martyr occubuit, ut narrat Raguel Presbyter, uti ab iis qui in carcere Pelagio ſocii fuerant, acceperat, de ejuſdem autem conſtantia pro chriſtiana fide, & caſtitate ſervanda, hæc ſubdit. *Igitur Beatiſſimus Pelagius ætate circiter annorum tredecim, & ſemis, paſſus eſt Cordubæ civitate Habdarraghamam Rege imperante, die videlicet Dominica, hora decima, ſexto Kal. Julias CMLXIII.* Ideoque hoc anno, quo dies 26. Iunii in Dominicam cadebat, quove ſancti Pelagii in martyrologio Romano memoria recolitur. Pelagii martyrium Roſvitha clariſſima virgo Saxonici generis, quæ vixit in monaſterio non longe ab Hildeſheim ſito verſibus ſuis eleganter deſcripſit, cujus virginis opera Conradus Celtes anno 1501. edidit, extatque cum Ottonis primi Imperatoris panegyrico, ſub quo eadem virgo vixit. Pelagii puericertamina, & martyrium.

3. Hoc etiam tempore Ordonius ſecundus Legionis in Hiſpania Rex vivere deſiit, quo autem anno incertum eſt; nam in tantis Hiſpanicæ hiſtoriæ tenebris, quot annis is regnaverit, vel ejuſdem ſucceſſores fuerint Froilas frater, & Alphonſus Ordonii filius, vel Ramirus ſecundus, in obſcuro eſt, hoc unum ſcimus, vix memoria quidquam dignum ab iis ge- Ordonii Regis obitus.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 925.

geſtum fuiſſe uſque ad annum 939., quo Ramirus illuſtrem de Saracenis victoriam retulit, de qua ibidem. Ordonio autem ſecundo Ordonius tertius ſucceſſit.

Heriberti Comitis filius quinquennis Remensem eccleſiam invadit.

Flodoard. hiſt. Rhemen. lib. 4. cap. 17. 18. 19. Bar. 925. 9.

4. Inter plurimos Comites, & tyrannos, a quibus Galliarum provinciæ, & Eccleſiæ vaſtabantur, præ ceteris eminebat Heribertus Aquitaniæ Comes, qui Remenſi inhians Eccleſiæ, Seulphum, qui triennio ante Herivæo Archiepiſcopo ſucceſſerat, veneno propinato, e vivis abire coegit, ut narrat Flodoardus, eoque ſublato, *Illud tunc primum contigit in Eccleſia videri monſtrum*, ait Baronius, *numquam hactenus in orbe chriſtiano viſum, nec auditum, immo nec puto mente conceptum, cum videlicet puer nondum quinquennis, nondum alicujus inferioris ordinis, capax vix ferulæ, prima addiſcens elementa, Rhemenſis eligitur Archiepiſcopus*. Hæc adeo nova, adeo turpia, ac deteſtanda pro anili fabula haberentur, niſi teſtis adeſſet omni exceptione major Flodoardus coevus, & ocularis, hæc narrans. *Nec mora, poſt ipſius Seulphi Rhemenſis Archiepiſcopi obitum, Heribertus Comes Rhemos venit, advocans Abbonem Sueſſonicum Epiſcopum, & Bononem Catalaunicum. Quibus ſibi junctis, tractans electionem hujus Rhemenſis Eccleſiæ tam clericos, quam laicos ad voluntatem ſuam intendere fecit. Sequentes igitur ejus conſilium, ne forte per extraneas perſonas Epiſcopatus divideretur, eligunt filium ipſius admodum parvulum, qui necdum adhuc quinquenni tempus expleſſe videbatur. Patrata ad Regem deferunt, properant ejus auctoritatis impetrandæ gratia. Rodulphus igitur Rex, hac electione comperta, prefatorum Epiſcoporum conſilio Rhemenſem Epiſcopatum committit Heriberto æquitatis cenſura diſponendum, & regendum ab ipſo. Quin etiam Legatos Eccleſiæ cum Abbone præſule Romam mittere ſatagit, hujus electionis decretum ſecum ferentes, & aſſenſum Papæ ſuper ea petentes. Joannes itaque Papa, interveniente præſule Abbone, petitioni eorum conſenſum præbens, Epiſcopatum Rhemenſem Abboni Epiſcopo delegat, quæ ſunt Epiſcopalis miniſterii ab ipſo in eodem Epiſcopatu tractanda, atque definienda decernens. Heribertus itaque Comes poteſtate potitus Rhemenſis Epiſcopii, injuſte privavit tam me qui interfueram præmiſſæ electioni, quam nonnullos alios & clericos, & laicos beneficiis poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, quibus a prædeceſſoribus Epiſcopis munerati videbantur obſecundatio-*

dationis gratia, quæ pro libitu ſuæ voluntatis, quibus ſibi placuit impertivit &c. Hucuſque Flodoardus, quibus narratis, in tanti facinoris deteſtationem zelo incenſus Baronius, hæc addit. Vidiſti lector cujus auctoritate (ſi tamen ipſe Pontifex eſt dicendus) id primum fuerit introductum in Eccleſia Dei, Joannis Decimi, quo turpior nullus, cujus ſicut ingreſſus in cathedram Petri infamiſſimus, ita & exitus nefandiſſimus. Non iſta Nicolaus vel audire tuliſſet, aliquiſve alius legitime electus Pontifex, ſed opus illo dignum, quem infamis fœmina, infami opere in Petri ſolium intruſiſſet. At vero quod in tanta Eccleſia male fuit a malo Principe uſurpatum, in exemplum cito tranſiit aliorum, ut complures hujus ſæculi Principes ſibi ſanguine conjunctos adoleſcentulos in ſummas cathedras curaverint promovendos, quod hoc ipſo ſæculo non ſine magno dedecore factum etiam Romæ, Conſtantinopoli, & in aliis præclaris civitatibus, inferius dicturi ſumus. At utinam quod hoc ſæculo ortum, cum eodem ſæculo fuiſſet extinctum, & non in poſteriora ſæcula propagatum tantum nefas, quo jura omnia ſauciantur. Jesu Chr. An. 925.

5. Hoc etiam anno cum Alemanniam Hungari excurrendo vaſtarent, *Iis ad cœnobium S. Galli pervenientibus*, ait Hermannus Contractus ad hunc annum, *Vilobrada virgo incluſa, fracta cella a quodam ex eis perempta, & martyrio coronata, Racheldiſque conteCtalis ejus illæſa divinitus conſervata eſt*. Martyrium S. Viboradæ accurate deſcriptum eſt ab Hartmanno Monacho S. Galli in ejus vita a Bollando ad diem II. Menſis Maii, & a Mabillonio Sæculo V. Benedict. recitata. In ea num. 24. & ſeqq. dicitur Viboradæ, quæ apud S. Gallum jam ante annum 908. recluſa vivebat, revelatum fuiſſe. *Sævam gentem Hungarorum anno futuro in Kalendis Maii, aliis terris pervagatis & devaſtatis, ad monaſterium S. Galli perventuram, & in eadem revelatione oſtenſum eſt illi, quod per martyrii gloriam, ipſis Paganis eam vulnerantibus, & certaminis præmia in cæleſti beatitudine percipere deberet*. Cum hæc ſanctæ virgini anno ſuperiori revelata fuiſſent, paulo poſt, ſubdit Hartmannus, ſubito fama nunciatum eſt Paganos tota provincia Bajoariorum eſſe diffuſos, & uſque ad Lacum Potamicum perveniſſe, eoque vaſtitatem ferro, & incendio attuliſſe. In tanta provin-

S. Viboradæ virginis recluſæ martyrium. *Chriſtiani Velitii ſcript. rer. German. tom. pagina* 312.

Jesu Chr. an. 925.

vinciæ devaſtatione, tantoque vitæ periculo, Engilbertus abbas, qui jam caſtellum quoddam monaſterio proximum valde firmaverat, monachos quoſdam ex ſuis ad Viboradam miſit, ut eam e cellula deductam, in munitum caſtellum deducerent, ſed manſiunculam ſibi a Deo conceſſam relinquere Virgo noluit, quare Barbari ad locum, ubi erat, accedentes, ſanctam Virginem ante altariolum ſtantem, & devotis precibus Deo ſe commendantem *ſpoliaverunt veſtibus, ſicque omni tegimine præter cilicium ablato, libratis aſcibolis* (ideſt ſecuribus minoribus) tria capiti vulnera ſanctæ Virgini infligentes, perimunt, quæ pluribus poſt mortem miraculis claruit, ac apud San. Gallenſes ſub ritu duplici colitur. In ejus Epitaphio hæc inter alia leguntur.

Annis nongentis viginti quinque volutis,
Poſt quatuor menses, bis quatuorque dies,
Viborada Deo meritis digniſſima Virgo,
Palma martyrii ſcandit ad aſtra Poli.

Nicolai CP. Epiſcopi obitus.

Codinus de officiis Aulæ, & ecclesiæ CP. cap. 2. pag. 254.

Stephanus Amaseæ Episc. in CP. sedem tranſlatus.

Concil. tom. 9.

6. Hoc anno cum indictio 13. in curſu eſſet, Nicolaus CP. Epiſcopus, Myſticus etiam dictus, ſeu ſecretioris conſiſtorii conſiliarius, ut explicat Codinus, vivere deſiit, *die quintadecima Maii indict. 13. cum a ſecunda provectione*, poſt reditum ab exilio ſuæ ſedi reſtitutus anno 911. *illos annos tredecim potitus eſſet*, ait Auctor anonymus poſt Theophanem editus, cujus corpus in monaſterio Galacrenas dicto conditum fuit, eique *menſe Auguſto Patriarcha ſufficitur Stephanus Amaſeæ Metropolita eunuchus*, ait idem Auctor. Nicolai duæ extant epiſtolæ ad Anaſtaſium, & ad Joannem Rom. Pontifices datæ, quarum ſupra mentionem fecimus. His addendæ aliæ duæ, quæ grece, & latine extant, ad Simeonem Bulgarorum Principem ſcriptæ, dum cum Romanis bellum ageret, iiſque Simeonem rogat, ut cum Imperio pacem inire velit, & ne Romani Pontificis conſilia reſpueret, uti jam ſupra adnotavimus anno 917. Integram epiſtolam annalibus ſuis inſeruit Baronius, ſicuti & aliam ad Armeniæ Principem, qua eumdem admonet, ut Romanis, a quibus chriſtianam fidem acceperat, fidem ſervaret. Principem etiam Saracenorum idem Nicolaus Patriarcha litteris ſuis rogavit, ut ab inſerenda Chriſtianis perſecu-

Bar. an. 917.

Digitized by Google

ſecutione ceſſaret, ut ibidem videre eſt, aliam ad Longobardiæ Ducem, & alteram ad Amalphitanum dedit, quibus de eorumdem in rebus gerendis proſperitate agit, & de captivorum redemptione nonnulla addit; in epiſtola ad Amalphitanum Ducem eorum mentio fit, qui ab Agarenis ſeu Saracenis detinebantur. In codice etiam juris Græco Romani, Nicolai priſci, ſeu primi, decretalis extat epiſtola de litteris Patriarchalibus gratis dandis, cumque non ſine laude CPolitanam Eccleſiam rexiſſet, in nonnullis Græcorum menæis die 14. aut 16. Maii inter ſanctos recenſetur, ut apud Bollandum videre eſt, ſucceſſoremque in ſede CP. Stephanum habuit, ex Amaſena inde translatum, qui eamdem Eccleſiam triennio adminiſtravit, ut anno 928. dicturi ſumus. JESU CHR. AN. 926.

JESU CHRISTI AN. 926. JOANNIS X. PAPÆ 13. CONSTANTINI IMP. 15. ROMANI IMP. 8.

1. Rodulpho ab Italiæ Regno excluſo, aut etiam ejecto, ut anno proximo diximus, ab Lamberto Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Italiæ primoribus, Hugoni Provinciæ Comiti Italicum Regnum oblatum fuit, qui ut ejuſdem poſſeſſionem iniret, in Italiam hoc anno tranſiit. Hæc *dum aguntur*, ait Luitprandus, *Hugo Arelatenſium, ſeu Provincialium Comes, navim conſcendens, & per Tirrhenum mare in Italiam feſtinabat. Deus itaque qui hunc in Italia regnare cupiebat, proſperis cum flatibus brevi Alpheam, hoc eſt Piſam, quæ eſt Tuſciæ provinciæ caput, duxerat: de qua ſic Maro, Alpheæ ab origine Piſæ. Cumque eodem perveniſſet, affuit Romani Papæ, Joannis ſcilicet Ravennatis, Nuncius. Affuerunt pene etiam omnes Italienſes nuncii, qui tunc ut ſuper eos regnaret invitabant. Is autem, ut erat longo ex tempore hæc cupiens, percitus venit Papiam, cunctiſque conniventibus regnum ſuſcepit. Poſt paululum Mantuam abiit, ubi & Joannes Papa ei occurrens fœdus cum eo percuſſit. Quo tempore Bertha mater Hugonis Regis mortua, Vido filius ejus, quem ex Adelberto genuerat, ſicut prædiximus, Tuſciæ Marchiam tenebat, qui Marotiam Scortum Romanum ſibi copulaverat*. Flodoardus vero ad hunc ánnum *Hugo*, inquit, *filius Bertæ Rex Romæ*, ſeu potius Italiæ, *ſuper Italiam conſtituitur, repulſo Rodulpho Ciſalpinæ Galliæ Rege, qui Regnum illud pervaſerat*, *& al-* Hugo Italiæ Rex dicitur. *lib.3. cap.4.*

Jesu Chr. an. 926.

& alteri fœminæ vivente uxore ſua ſe copulaverat, occiſo quoque a filiis Bertæ Burchardo Alemannorum Principe ipſius Rodulphi ſocero, qui alpes cum eo tranſierat, Italiam Regni gratia recuperandi genero, quem Novariæ periiſſe ſupra diximus. De Ugonis Italiæ Regis genere, & geſtis, dum adhuc Provinciæ Comes eſſet multa adnotat Pagius, quæ ad rem noſtram vix faciunt, an etiam anno proximo, vel labenti Italici Regni ejus initia alliganda ſint, pluribus diſputant Muratorius, Pagius, & Manſius, ut ejuſdem diplomata varia inter ſe concilient, ac duplex Regni initium ejuſdem fuiſse ait Manſius, alterum cum anno proximo oblatum Regnum acceptavit, alterum cum hoc anno ejuſdem poſſeſſionem inivit, at brevitatis hæc ſtudio præterimus. Hunc quidem, & miſſa legatione dum Piſis eſſet, & præſentia ſua, cum Mantuam tranſiiſſet, benevolum ſibi reddere Joannes Papa curaverat, quem Italiæ Regno quietem, & urbi libertatem a Maroziæ factione, & Guidonis Thuſciæ ducis potentia labefactatam reſtiturum fore ſperabat. At ut adnotat Muratorius, vix Rodulpho melior, aut Berengario comparandus fuerat, quem Tiberio magis ſimilem fuiſſe ait idem Annaliſta, Eccleſiis tamen Regni ſui initio nonnulla conceſſit, ut ejuſdem diplomata teſtantur, ac dum in Aſta Pompeja ineunte novembre eſſet, privilegia ejuſdem Eccleſiæ confirmavit.

Vghelli Ital. sacr. tom. 4.

Sanctius Navarræ Rex obiit, cui Garzias Sancius ſucceſſit.

Pagi not. 8. 926.

Mariana de reb. Hispan. lib. 8. pag. 312.

2. Hic annus fatalis fuit Sanctio Navarræ, ſeu Guaſconum Regi vel Principi, ait Pagius, cui conſentiit Mariana hæc ſcribens. *Exiſtimo Sanctium Abarcam ſub initio Alphonſi Regis extinctum ſalutis anno 926. cum viginti totos annos regnaſſet. Succeſſit in Regno Garzias Sancius ejus filius, quem invenio Regem ſe Pampelonis, & Anagari dixiſſe, Regnavit annis quadraginta, uxor ejus Theraſia* ait is auctor, de quibus plura refert Pagius ibidem, alibique paſſim, atque hoc loco de ſucceſſione Regum Navarræ agentes, adnotare juvabit, ejuſdem Regni initia in ſeculi noni exordio ab eruditis paſſim affigi. Unde Pagius ad annum 824. adnotat, Navarræ Regnum eo tempore non tam incœptum, quam firmatum fuiſſe, ac in hiſtoriæ decurſu Navarreorum Regum ſeriem, & geſta deſcribit, at hæc brevitatis ſtudio, præterimus, hoc unum adnotare contenti, quod labente ſeculo, imminuta poſt Ludovici pii obitum Francorum monarchia,

Pagi an. 824 not. 13. & an. 851. not. 13. & 14. an. 876. not. 20.

ac

ac Saracenis in Hiſpania ſeculo octavo regnantibus, varii non ſolum Comitatus, ut Barcinonenſis, cujus initia circa annum 888. alliganda eſſe ſcribit Pagius, ſed etiam Regna exorta ſunt. Ex eis præter Legionis, & Aſturiarum a Pelagio in Hiſpania erectum, cujus ſæpe mentionem ſupra fecimus, Navarreum etiam numeratur, quæ quidem Regna, & Comitatus, etſi magnorum fluminum exemplo parvas, & obſcuras origines habuerint, tractu tamen temporis adeo excreverunt, ut illuſtria evaſerint, quod ſane Legionenſi, & Navarreo Regnis contigiſſe hiſtoriæ decurſus docebit, de quorum origiue agens Mariana. Eorum *exortum, atque progreſſum explicare ardua res eſſet*, ait, *& longioris diſputationis*, quare ad Legionenſis tantum Regni initia, progreſſuſque enarrandos ſtylum ſuum convertit, cum quo Vaſconum, Aragonum, Barcinonenſium, atque Caſtellæ veteris Principatus, & Comitatus temporis decurſu confuſi ſunt, quare nos etiam in tanta rerum obſcuritate, ab his enarrandis; quæ vix certam fidem habent, ſtylum noſtrum cohibuimus, Eccleſiaſticam hiſtoriam nos ſcribendam ſuſcepiſſe memores, ac lectores harum rerum curioſos, ad Marianam, vel Pagium locis indicatis remittimus.

JESU CHR. AN. 926. *Pagian.* 888. *not.* 14.

Mariana de rebus Hisp. in præfatione lib. 8.

3. Ad Chriſti annum 925. hæc adnotat Veſtmonſtarienſis *Æthelſtanus Rex Anglorum, Eadgitam ſororem ſuam Sithrico Danica natione progenito, Northumbrorum Regi, matrimonio bonorifice copulavit. Qui ob amorem virginis, Paganiſmum relinquens, fidem Chriſti ſuſcepit*. Sed cum Sithricus ad Idola rediiſſet, fidemque quam Chriſto, & Æthelſtano dederat, ſacrilegio violaſſet, poſt paucos menſes Regia virgo in patriam rediit, *& poſt modicum tempus apoſtata vitam miſerabiliter terminavit*, hoc nempe anno, ut idem auctor in ſequentibus exponit, ac addit, ſanctam puellam poſt laudabilem vitæ curſum, ex hoc mundo idibus Julii tranſiiſſe, & uſque hodie miraculis clarere in Monaſterio, in quod ingreſſa fuit. Sithrici Regnum Æthelſtanus ſuo copulavit Imperio. *Deinde omnes Angliæ Regulos, Hunvval ſcilicet Regem Britonum, Conſtantinum Regem Scotorum, Vlfertum Regem Ventorum prælio vicit, & fugavit. Ealdredum quoque filium Eadulphi de caſtello Bebbnaberib exturbavit. Et hi omnes cum provincialibus aliis, videntes ſe ejus ſtrenuitati non poſſe reſiſtere, convenerunt petentes pacem ab eo*,

Sithricus Northumbriæ Rex Chriſti fidem abdicat.

Jesu Chr. an. 926.

eo, atque idololatriæ renunciantes, fœdus cum eo percuſſerunt, ait ſupracitatus auctor.

De Hungarorum & Saracenorum irruptionibus, & cœdibus.

4. De Ungarorum etiam irruptionibus, hæc ad hunc annum narrat Hermannus Contractus in chronico. *Ungari vaſtata Alemannia, totam Franciam*, Orientalem ſcilicet, *Alſatiam, atque Galliam igne, & gladio ſævientes percurrunt.* Ab Hungaris eadem patiebantur Alemanni, vel Galli, quæ ab Saracenis Campaniæ, Brutiorum, & Calabriæ populi ſuſtinebant, de quibus ex Arabum, vel Italorum chronicis nonnulla ſingulis fere annis adnotat Muratorius. Iis vero ad Italorum etiam perniciem Sclavi hoc tempore conjuncti ſunt, quos Sipontum hoc anno occupaſſe narrat Protoſpata his verbis. *Comprehendit Michael Sclabus Sipontum menſe Julii.* Alter etiam hujus temporis chronologus, Romualdus Salernitanus. *Venerunt*, ait, *Sclavi in Apuliam & civitatem Sipontum hoſtili direptione, & gladio vaſtaverunt.*

Apud Murat. rer. Ital. tom. 5. & tom. 7.

JESU CHRISTI annus 927. Joannis X. Papæ an. 14. Constantini Imp. an. 16. Romani Imp. an. 9.

Hugo Italiæ Rex Luitprandum legatum CPolim mittit. *Luitpr. hiſt. lib. 3. cap. 5.*

1. Ut adeptum in Italia Regnum firmius retineret Hugo, vir ut ait Luitprandus, *Non minoris ſcientiæ, quam audaciæ, nec inferioris fortitudinis, quam calliditatis*, multis etiam virtutibus ornatus, quas tamen, *mulierum illecebris fœdabat*, quocumque terrarum nuncios ſuos miſit, præcipue ad Henricum Germaniæ Regem, qui *Bojariis, Svevis, Lotharingis, Francis, atque Saxonibus imperabat*, ad Romanum vero Græcorum Imp. a Conſtantino in Imperium adlectum, *Genitorem meum direxit nuncium*, ait Luitprandus, ibique honorifice cum muneribus ab Hugone miſſis exceptus, *ad Hugonem, qui ſe illuc tranſmiſerat, rediit lætus*, cumque inter munera ab Hugone miſſa duos feroces canes Imperatori obtuliſſet Luitprandus, niſi multorum brachiis fortiter conſtricti fuiſſent, Imperatorem laniaſſent, quaſi non hominem, ſed monſtrum, ex inuſitato Græcorum Imperatorum habitu, vidiſſent; His vero de patris ſui obitu, hæc ſubdit. *Poſt reditum vero ejus, paucis interpoſitis ſolibus*, ſeu diebus, *languore correptus monaſterium petiit, ſanctæque converſationis habitum ſumpſit, in quo poſt dies quindecim mor-*

Luitprandi ſenioris obitus.

mortuus, me parvulo derelicto migravit ad Dominum, ait Luitprandus, ibique de Romani Imp. genere, officiis, moribus, & ad Imperium evectione plura adnotat, cap. 5. 6. 7. & 8.

2. Hoc autem anno, ut narrat Flodoardus in chronico, *Henricus*, Germaniæ Rex, *Epiſcopium Metenſium; contempta ipſorum electione*, ſeu cleri, & populi Metenſis; *cuidam ut ferebatur Dei ſervo cognomento Benoni dedit*. Is porro eremiticam vitam in ſilva nigra ad lacum Turinicum diu duxerat, cujus vitæ auſteritatem, morumque ſeveritatem cum Metenſes ferre non poſſent, crudeliter eviratum excœcarunt; ut anno ſequenti idem Flodoardus narrat: *Benno Metenſis Epiſcopus inſidiis appetitus, eviratus, luminibus privatus eſt*. Ob quam causam Duisbergenſe concilium celebratum eſt anno ſequenti, quo omnes ſacrilegii Auctores excommunicati ſunt, & Adalberonem loco ejus ſubſtituit Synodus, cum ſponte Epiſcopatui Benno coram Synodo renunciaſſet, qui *hæc omnia patienter tolerans, exemplo magnæ tolerantiæ relictus, cognominatus eſt Benedictus*, ait Flodoardus in chronico ad annum ſequentem, ac addit, *Benoni quædam Abatia ſuſtentationis tenore conceſſa eſt*, de quo plura dabit Mabillonius ſeculo quinto Ordinis Benedictini.

Benno Metenſis Epiſc. crudeliter eviratus excæcatur.

3. Hoc quoque anno Treviris concilium celebratum fuit, cui Rutgerus Trevirenſis Archiepiſcopus præfuit, in quo Codex canonum digeſtus eſt, cleroque oblatus, ut iis mores ſuos componeret, diſciplinamque ſervaret, ut apud Broverum videre eſt ad annum 927., & inter geſta Trevirenſium Archiepiſcoporum.

Trevirenſe concilium.

to. 1. p. 450.

4. Interea cum jam in monaſteriis is mos invaluiſſet, ut Abbates ſucceſſorem ſibi eligerent, uti pluribus exemplis adductis confirmat Mabillonius, factum hoc tempore eſt, ut Berno primus Cluniacenſis Abbas morti proximus, duos ſucceſſores ſibi deligeret, Vidonem conſanguineum ſuum, & Odonem, qui monaſteriis ipſi ſubjectis præeſſent, iiſque geſtis. *Berno primus Abbas Dolenſis anno 927. obiit*, ait auctor chronici Dolenſis tom. 2. bibliothecæ Labbeanæ, cumque eo tempore regularis diſciplinæ, quæ in ceteris pene Galliarum provinciis exciderat, apud Cluniacenſes monachos maxime floreret, quam Berno incœperat monaſticæ vitæ reformationem, Odo ejuſdem ſucceſſor propagavit. Hinc ut ad-

Berno CluniacenſisAbbas ſucceſſorem ſibi deſignat.

Mabill. ſeculis. in elogio Bernonis cap. 7.

in uxorem duxit. Nuptiæ magno apparatu celebratæ VIII. Octobris die in Pegana Deiparæ Eccleſia, ſacra faciente Patriarcha Stephano, cui quidem novæ ſponſæ Irenes nomen impoſitum fuiſse tradit Luitprandus, lib. 3. cap. 9.

7. *Anno Hegiræ* 314. *vi cœperunt Romani Malatiam*, ſeu Militenem minoris Armeniæ urbem, ab Saracenis olim Imperio ereptam, *incolaſque partim occiderunt, partim cœperunt, & dies aliquot in ea manſerunt*, ait Elmacinus. At in anno Hegiræ eum erraſſe adnotat Pagius, cum id ſub Conſtantino Copronymo contigiſse narrat, quod ſub Conſtantino Porphyrogeneta, & Romano hoc tempore factum ſit, ac de varia Melitenſium fortuna, dum ex Romanorum in Saracenorum, & iterum in Romanorum poteſtatem tranſiit, pluribus is auctor diſſerit. His ex Protoſpata in chronico ſubdit Pagius. Saraceni Africani Tarentum ad Taræ fluminis oſtia in Cherſoneſo poſitum occuparunt, *fuit excidium Tarenti patratum, & perempti ſunt omnes viriliter pugnando, reliqui vero deportati ſunt in Africam, id factum eſt menſe Auguſto in feſtivitate Sanctæ Mariæ*, ait is auctor. Ubi Tarentum in Cherſoneſo pro Taranto in Calabria mutavit Pagius, & ſane faciles, frequenteſque ex Africa in Calabriam excurſiones Saracenos hoc tempore feciſse ſcimus, ex Africa vero in Cherſoneſum nonnullibi conſtat; Taranti quidem excidium hoc tempore, & ad annum 926. contigiſse narrat Romualdus Salernitanus in chronico, ac ab Hungaris factum fuiſse ſcribit: *Non poſt multum temporis*, ait, ideſt poſt Sipontum ab Sclavis anno proximo occupatum; *Ungari venerunt in Apuliam, & capta Auria civitate, cœperunt Tarentum, debinc Campaniam ingreſſi, non modicam ipſius provinciæ partem igni, ac direptioni dederunt*, hæc is auctor, Ungaros cum Saracenis confundens.

Melitinam Græci recuperant.

Elmaci hiſt. Seran. lib. 2. 19.

Pag. not. 9.

Tarantum in Calabria Saraceni occupant.

apud Murat. tom. 5. rer. Ital.

apud Murat. rer. Ital. t. 7.

JESU CHRISTI annus 928. Leonis Sexti Papæ an. 1. Constantini Imp. an. 17. Romani Imp. an. 10.

1. Summam pene in urbe Maroziam Vidonis Thuſciæ Ducis uxorem, auctoritatem, ſeu potius tyrannidem non ſemel exercuiſse ſupra adnotavimus, quam cum ægre ferrent, tum Joannes Papa, cum frater ejus Petrus, eique quibus poterant viribus reſiſterent, factum eſt, ut Guido, & Marozia ad-

Joannes Papa in carcerem conjicitur, Petrus ejus frater occiditur.

Jesu Chr. An. 928.

adverſus Pontificem, fratremque ejus exaſperati, in eorum conſpirarent perniciem, quare militum, ſeu potius ſceleratorum collecta manu. *Vido Thuſciæ provinciæ Marchio cum Marozia uxore de Joannis Papæ ejectione cœpit vehementer tractare, atque hoc propter invidiam, quam in Petrum fratrem Papæ habebant, quoniam, quidem illum Papa quaſi fratrem proprium honorabat. Contigit itaque Petro Romæ degente, Vidonem clam multos habuiſſe milites congregatos. Cumque die quadam Papa cum fratre, pauciſque aliis in Lateranenſi Palatio eſſet, Vidonis, & Maroziæ milites ſuper hos irruentes, Petrum fratrem ipſius ante oculos interfecerunt, eumdem vero Papam comprehendentes, cuſtodiæ manciparunt in quo non multo poſt defunctus. Ajunt enim quod cervical ſuper os ejus poſuerint, ſicque eum peſſime ſuffocarunt*, ait Luitprandus, quem anno proximo ſuffocatum, ſive mœrore, inediaque confectum obiſse narrat Flodoardus, eumdemque Romanam Sedem non ſine laude adminiſtraſſe his verſibus adnotat, in libro de Rom. Pontificibus.

Luitpr. lib. 3. 12.

Joannis decimi Papæ obitus.

Surgit ab hinc decimus ſcandens ſacra jura Joannes
Rexerat ille Ravennatem moderamine plebem
Inde petitus ad hanc Romanam perculit arcem
Bis ſeptem, qua prænituit paulo amplius annis
Pontifici hic noſtro legat ſegmenta Seulpho
Muniſicique ſacram decorans ornatibus aulam,
Pace nitet, dum Patricia deceptus iniqua,
Carcere conjicitur, clauſtriſque arctatur opacis;
Spiritus at ſævis retineri non valeat antris:
Emicat immo æthra decreta ſedilia ſcandens.

Hæc Flodoardus Remenſis Eccleſiæ Canonicus in libro de Archiepiſcopis Remenſibus, dum de Seulpho Remenſi tunc Epiſcopo, quem Joannes Papa pallio exornaverat, verba facit. Joannem quoque Pontificem celebrat Rubeus lib. 5. hiſtoriæ Ravennatis: *Principem*, ait *ſi vel ſacroſanctam ſummæ dignitatis majeſtatem, vel ejus præclare acta omni Italiæ hoc tempore admodum ſalutaria ſpectemus, hoc nequaquam exitu dignum, ſed quem fœminæ ſtudium extulerat, odium fœminæ abſtulit*, quem acerbiori ſtylo per ſingulos fere annos injuria a Baronio inſectatum fuiſse adnotat Muratorius, dum

Digitized by Google

dum præcipuæ hæc feſtive de ejuſdem etiam interitu ſcripſit. *Sic igitur dignum ſuis ſceleribus finem accepit invaſor, & detentor injuſtus Apoſtolicæ Sedis Joannes, ut qui per impudicam fœminam Sacroſanctam Apoſtolicam Sedem violentus arripuit, æque per impudicam mulierem ejectus, & conjectus in carcerem, ea ſimul cum vita caruerit.*

2. Joanne defuncto hoc, vel anno proximo Leo ſextus Romanus Pontifex ordinatus eſt, quem Chriſtophori primicerii filium fuiſse veteres tradiderunt, ac menſes ſex, dies quindecim ſediſse narrant, ſeu potius menſes ſeptem, cum diebus quinque, ut his verſibus Flodoardus coevus auctor adnotat; Leo Sextus Joann. Rom. Pontificis ſucceſſor.

Pro quo, ideſt Joanne, *celſa Petri Sextus Leo regimina ſumens*
Menſibus hæc ſeptem ſervat, quiniſque diebus:
Prædeceſſorumque petit conſortia vatum.

quem ideo anno ſequenti obiiſſe ſcimus, ſucceſſoremque habuit Stephanum ſeptimum, ut ibidem dicturi ſumus; unde vix fidem, quin nullam meretur Luitprandus, dum Leone ſexto, & Stephano ſeptimo prætermiſſis, Joannis decimi nece narrata, Joannem undecimum eidem ſubrogatum fuiſſe narrat his verbis. *Quo mortuo ipſum Maroziæ filium Joannem nomine, quem ex Sergio Papa meretrix ipſa genuerat, Papam conſtituunt*, quem Stephano ſeptimo ſucceſſiſſe videbimus; cum itaque in geſtis ſui temporis, nam hoc tempore puerum a patre relictum fuiſſe diximus, tam fœde erraverit Luitprandus, quis in iis, quæ remotiora ſunt, fidem habebit, dum illicitos Maroziæ, filiarumque ejus amores enarrat, cum in iis vera cum falſis fama referre, ut plurimum ſoleat?

3. Hoc anno 928. Stephanus Patriarcha CPolitanus vivere deſiit, ut docet incertus continuator Theophanis in Romano Imperatore num. 26., cui alii hiſtorici Bizantini conſentiunt. *Menſis Julii quintadecima*, inquit is auctor, *Indictione ſexta*, legendum prima, ait Pagius, *moritur Stephanus Patriarcha, cum* ei muneri præfuiſſet annos duos menſes undecim. *Menſis autem Decembris* 14., *Triphonem adducunt in Officio profitentem monachum, virum religioſis* Stephani CP. Patriarchæ obitus. *pag.* 258. *Pag. not.* 1. *an.* 924.

Jesu Chr. an. 928. *moribus, ac ſanctitate probatum, ordinantque Patriarcham ad certum tempus, donec ſcilicet Theophylactus Romani Imp. filius maturæ ætatis annos attingeret, quem Patriarcham CP. ordinaturi erant*, ait Anonymus Theophanis continuator.

pag. 258.

Triphon ad tempus CP. Patriarcha ordinatur.

4. Romanus quippe Lecapenus Imp., apud quem ſumma rerum erat, Theophylactum filium ſuum, ante annos aliquot ab Nicolao Patriarcha clericum ordinatum, Patriarcham conſtituere volens, ac ob puerilem ætatem prohibitus. Triphonem quemdam monachum in ea Sede locandum curavit, ea tamen conditione appoſita, ut eamdem adminiſtraret Eccleſiam, uſque dum filius ejus Theophilactus ad legitimam Sacerdotio ætatem perveniſſet, cumque CP. Sedem triennio poſt Triphon deſerere recuſaſſet, Synodo CP. habibita, coactus fuit, ut ibidem dicturi ſumus.

Concilium Grateleanum in Anglia. *Labb. concil. to.9. p.* 582. *Vilkias conc. Brittan. to* 1. *pag.* 254.

Leges eccleſiaſticæ ab Æthelſtano Rege vulgatæ. *cap.* 1. *ad* 6.

5. Hoc Chriſti anno 928. Grateleanum in Anglia concilium celebratum fuit, quo Adelſtani Regis juſſu, & ex conſilio Villelmi Archiepiſcopi leges plurimæ ad Eccleſiæ utilitatem vulgatæ ſunt, ut ſcilicet ab omnibus decimæ ſolverentur, itaut nec Rex ipſe ab iis reddendis immunis eſſet. Jubet etiam Præfectis ſuis, ut unum pauperem Anglum quotidie cibo, potuque foverent, & ut in ſingulis villis per menſes certa panis, & carnis copia pauperibus, & veſtimentorum daretur, & in ſingulos annos *foriſfactus ſervus* liberaretur, ut Eccleſiarum effractores, & violatores, una cum Sortilegis debita pœna plecterentur, *Ut una moneta ſit in toto Regno, & nullus monetet extra portam*, qui falſam monetam confixerit, manus amputatione puniretur; deinde, *In Cantuaro Regno ſint octo monetarii Regis, quatuor Epiſcopi, tres Abbates, & in Reuceſtria tres Regis, duo Epiſcopi: In London octo, in Vithon ſex, in Levves duo, in Hanſlingeſtria unus, in Scaslitburi duo, in Oxonia duo, & in aliis Burgis &c.*

cap. 7. & 8.

Quo ritu ad vulgarem ferri igniti, vel ad aquæ frigidæ, ſeu calidæ probationem admittendi eſſent, qui ad eam confugiebant, exponitur, ut ſcilicet jejuniis, & orationibus præmiſſis ſe præparent, & qua ratione, & ordine exequi ea deberent, ſingulatim narratur; die Dominico forenſia, vel contractus emptionis, vel conditionis fieri prohibetur cap. 9. Si quis falſum juraverit, niſi pœnitentiam egerit, Eccleſiaſtica ſepultura indignus judicatur, atque hæc in Synodo apud Gratelejam ſtatuta fuiſſe additum eſt; *Cui Archiepiſcopus Villel-*

Digitized by Google

lelmus interfuit, *& omnes Optimates*, *& ſapientes*, *quos Athelſtanus Rex congregare potuit*, ac tandem ad Epiſcopos Regis exhortatio addita, quibus officium eſt, *omnem rectitudinem promovere*, *Dei videlicet*, *ac ſeculi &c.* pacem ſcilicet cum ſeculi judicibus fovere, omnem circumventionem injuſtæ menſuræ, vel injuſti ponderis prohibere, & ut in ſingulis diebus veneris pſalmi quinquaginta pro ipſo Rege in ſingulis majoribus Eccleſiis, & Cœnobiis cantarentur, ſtatutum, ut ibidem videre eſt, nam præcipua tantum attingimus.

JESU CHR. AN. 928.

6. Eodem pietatis ſtudio ductus Hoeli Valliæ Princeps, ſeu Rex, congregatis quadrageſimali tempore ſex viris auctoritate, & juris peritia præſtantibus, cum clericis, quibus *Jus baculi in Regno ſuo competebat*, Archiepiſcopum nempe Menevenſem, & Epiſcopos, & Abbates, & *Priores*, *in loco Demetrio*, *qui Domus alba vocabatur*, ex eorum conſilio legum Codicem digeſſit, vulgavitque, ut pravos mores, malaſque conſuetudines corrigeret, quarum præcipuæ, quæ ad Eccleſiæ diſciplinam pertinent hæ ſunt; Capite primo, quænam ſint officia privilegia, victus, veſtitus Regii Sacerdotis, quinam in Palatio locus ei congruat, *qui ad benedicendum cibum*, *& cantandum orationem Dominicam decernitur*; Inter cetera *Regem ſemper comitabitur, cum ſit unus ex Comitibus ejus individuis*; *unus ex triumviris*, *qui Rege abſente dignitatem aulæ ſuſtinebunt*, ac non ſolum immunitate gaudebat, ſed in aula omnem juriſdictionem exercebat, ita ut, *Epiſcopus neminem ad capellas regias præſentabit inconſulto Rege, hoc enim eſt Sacerdotis domeſtici officium*. Deinde Capellani Reginæ officia, & privilegia recenſentur, quæ eadem fere ſunt, ac Sacerdotis Palatii Regii: Eccleſiarum aſila, quæ, & quanta eſſe debeant, exponitur: Quænam Epiſcopales ſedes eſſent, narratur, & ut Abbates litterati, & ſacris ordinibus initiati eſſent, jubetur; ac tandem quænam ad Eccleſiaſticum forum, vel Regium cauſæ ſpectarent, ſtatutum eſt. Has quidem leges hoc tempore, ab Hoali Valliæ Principe vulgatas fuiſse ſcimus, quo autem anno, incertum eſt, ait Vilkins ibidem.

Leges eccleſiaſticæ Hoeli Valliæ Regis.

Apud Vilkins concil. Brittan. to. 1. pag. 208.

Jesu Chr. an. 929.

JESU CHRISTI annus 929. Stephani Septimi Papæ an. 1. Constantini Imp. an. 18. Romani Imp. an. 11.

Leonis Sexti Papæ obitus, cui Stephanus Septimus ſuccedit.

1. Leo hujus nominis ſextus, anno proximo, vel labente Romanus Pontifex ordinatus, menſibus ſeptem, diebus quinque in Romana Sede tranſactis obiit, ac Stephanum ſeptimum ſucceſſorem habuit. Hunc quoque in carcere Maroziæ factione detentum diem ultimum clauſiſſe ſcribit Baronius, quo autem auctore id dixerit, ignoratur, cujus rei nullam ad poſteros tranſiſſe memoriam, his verbis adnotat Tolomæus Lucenſis: *De hoc nullæ hiſtoriæ aliqua geſta tradunt, quia modicum ſedit, ſed quod in pace quievit, nullam tamen tyrannidem exercuit*; quem etiam ſanctis moribus fuiſſe, paciſque fovendæ ſtudioſum ex Stella apud Papebrochium refert nuperrimus collector vitarum Romanorum Pontificum, ſeu Piatti Neapoli editus; Stephanus autem Leonis ſucceſſor duobus annis Romanam Eccleſiam adminiſtravit, ſanctiſque moribus, & geſtis illuſtravit, de quo hæc adnotat Flodoardus;

apud Murat. rer. Ital. tomo 11.

Septimus hinc Stephanus binos præfulget in annos,
Aucto menſe ſuper biſſeno, ac ſole jugato
Diſpoſita poſt quod ſpatium ſibi ſede locatur.

ſedit itaque annos duos, menſem unum, dies duodecim, de cujus obitu anno 931. ſermò fiet.

Caroli ſimplicis Francorum Regis obitus.

2. Hoc anno Carolum, ſimplicem dictum, Francorum Regem obiiſſe teſtatur Flodoardus in chronico, cujus Regnum Rodolphus invaſit, ac tenuit, uſque ad annum 936., cum filius Caroli Ludovicus, transmarinus dictus, paternum Regnum ex Anglia redux, ubi eum Odgivia filia Odoardi, & ſoror Ætelſtani Anglorum Regis duxerat, cum ab factioſis Carolum maritum ſuum, & Ludovici patrem in carcerem conjectum vidit, quam ob cauſam Carolo mortuo in Francia res turbatæ fuerunt, Rodulpho, Hugone, & Heriberto Veromandorum Comite inter ſe de Regno diffidentibus.

Saraceni peregrinis infeſti.

3. Saracenos in Fraxineto poſitos hinc inde excurſiones, ſeu potius graſſationes feciſſe, ac viatoribus infeſtos fuiſſe non ſemel ſupra diximus, ad hunc annum vero hæc adno-

Digitized by Google

adnotat Flodoardus in chronico. *Viæ Alpium a Saracenis obſeſſæ, quibus multi Romam proficiſci volentes, impediti revertuntur*, eoſdem vero uno, aut altero ab hinc anno Aquas uſque Italicum in Monferrato oppidum, & urbs Epiſcopalis, excurriſse narrat his verbis Luitprandus; *dum hæc aguntur*, cum ſcilicet Hugo filium ſuum Lotharium in Regni Italici conſortium vocavit: *Fraxinetum Saraceni inhabitantes, collecta multitudine Aquas, qui eſt locus quinquaginta milliaria a Papia diſtans, uſque pervenerunt. Horum Probolus, ſeu prædux Sagittus Saracenus peſſimus impiuſque extiterat, Deo tamen propitio, pugna commiſſa, miſer cum omnibus ſuis interiit*, ait is auctor, quorum etiam temeritatem ab Græcis paulopoſt, ſeu anno 931. repreſſam fuiſſe his verbis refert Flodoardus in chronico. *Græci Saracenos per mare inſequentes, uſque ad Fraxinetum ſaltum, ubi erat refugium ipſorum, & unde egredientes Italiam ſedulis prædabantur incurſibus; Alpibus etiam occupatis, celeri, Deo propitio, internecione proterunt, quietam reddentes Alpibus Italiam*, non inde tamen omnino excisi ſunt, nam iterum per Italiam excurſiones paulopoſt eoſdem egiſse ſcimus.

JESU CHR. AN. 929.

Luit. hiſtor. lib. 4. c. 2.

JESU CHRISTI ANNUS 930. STEPHANI SEPTIMI PAPÆ AN. 2. CONSTANTINI IMP. AN. 19. ROMANI IMP. AN. 12.

1. Graves hoc tempore in ipſa urbe tumultus excitatos fuiſſe narrat Luitprandus, his verbis. *Vido vero non multo poſt moritur*, ideſt poſt Joannis decimi obitum: *Fraterque ejus Lambertus ipſi vicarius ordinatur*, in Tuſciæ Ducatu, Marozia vero Vidone marito orbata, Hugonem Italiæ Regem ut urbem adiret, eamque obtineret, invitavit. *Hoc autem non aliter poſse fieri teſtabatur, niſi eam ſibi Rex Hugo uxorem faceret*, cum etenim Sancti Angeli caſtrum Marozia teneret, urbi pene dominabatur; quare Hugo urbis potiundæ ſpe allectus, ac inde Imperialis etiam coronæ obtinendæ lactatus, Romam perrexit, ac in caſtri munitione confiſus, relicto longius ab urbe exercitu, cum paucis Romam ingreditur: *Qui decenter a Romanis ſuſceptus in prædictam munitionem, ad prædictæ Maroziæ meretricis thalamum declinavit, cujus inceſto dum potitus eſset concubitu, Romanos quaſi jam ſecurus deſpicere cœpit*.

Vidonis Marchionis Tuſciæ obitus, Hugonem ad urbem Marozia vocat.

2. Has

Jesu Chr. an. 930.

Inceſtæ nuptiæ Hugonis cum Marozia.

Luitpr. lib. 3. cap. 4.

2. Has quidem Ugonis cum Marozia nuptias inceſtas merito dixit Luitprandus, nam Vido maritus ejus paulo ante mortuus, uterinus frater Ugonis Italiæ Regis erat, ex Berta ſcilicet ambo geniti, Hugonem quippe ex Rodulpho Burgundionum Duce genuerat, Vidonem vero ex Adalberto Thuſciæ Marchione, ut idem Luitprandus narrat, qui nefandas deteſtans nuptias, in lege Moiſis ad ſuſcitandum fratris ſemen tunc tantum licitas his verſibus exclamat.

Quid Veneris facibus compulſa Marozia ſævis?
Conjugis ecce tui ſpectas tu ſuavia fratris,
Nubere germanis ſatagens Herodia binis,
Immemor aſpiceris præcepti cæca Joannis,
Qui fratrem vetuit fratris violare maritum.
Hæc tibi Moyſeos non præſtant carmina Vatis.
Qui fratri ſobolem fratris de nomine juſſit
Edere, ſi primus nequeat ſibi gignere natum,
Noſtra tuo peperiſſe viro te ſæcula norunt.
Reſpondes (ſcio) tu: Nihil hoc Venus ebria curat.
Advenit optatus ceu bos tibi ductus ad aram
Rex Hugo, Romanam potius commotus ob urbem:
Quid juvat, o ſcelerata virum ſic perdere ſanctum?
Crimine dum tanto ſatagis regina videri,
Amittis magnam Domino tu judice Romam.

Diu tamen obtentam, inceſtis nuptiis, urbis poſſeſſionem non retinuit Hugo, inde etenim paulopoſt, tamquam alter Tarquinius cum ſcorto ſuo Marozia, cum dedecore ejectus eſt, ut anno ſequenti dicturi ſumus.

Lotharius in ſocietatem Regni Italici ab Hugone adſcribitur.

Luitpr. lib. 4. 1.

3. Hoc autem anno antequam Romam pergeret Hugo, vel fortaſse anno proximo, cum urbe ejectus, in Longobardiam rediiſset, hoc etenim incertum eſt, *idem Hugo*, ut narrat Luitprandus, *dum proſpera ſibi cuncta proſpiceret, filium ſuum Lotharium, quem ex Alda uxore ſua genuerat, cunctis conniventibus poſt ſe Regem poſuit; Quo conſtituto, qualiter Romam ex qua ejectus turpiter fuerat, poſſet aquirere cogitabat*; utque facilius id obtineret, Rodulphum Burgundionum Ducem, & Henricum potentiſſimum Germaniæ Regem ſibi conciliare curavit, ne in meditata expeditione Romana adverſarios pateretur, ut idem adnotat Luit-

Luitprandus. *His temporibus Italienſes in Burgundiam ad Rodulphum mittunt, ut adveniat. Quod Hugo Rex ut cognovit, nunciis ad eumdem directis, omnem terram, quam in Gallia ante Regni* (Italici) *ſuſceptionem tenuit, Rodulpho dedit, atque ab eo jusjurandum, ne aliquando in Italiam veniret, accepit.* Jesu Chr. an. 930. lib. 3. c. 13.

4. *Nec minus etiam Henricum, quem ſupra memoravimus Regem fortiſſimum, multis collatis muneribus amicum ſibi effecerat, cujus ex hoc apud Italos nomen maxime tunc clarebat, quod Danos nulli ante ſubjectos ſolus ipſe debellaret, ac tributarios faceret &c.* Cumque unus in Italia adhuc Princeps eſſet, qui votis ejus obſtare poterat, Lambertus ſcilicet frater ejus uterinus; utpote ex Berta matre ſua, & Adalberto Thuſciæ Marchione ſecundo marito genitus, qui Vidoni ſucceſſerat: *Vir bellicoſus, & ad quodlibet facinus audax*, ait Luitprandus, *quem ob Regnum Italicum Rex Ugo ſuſpectum nimis habebat, timebat enim ne Italienſes ſe deſererent, & Lambertum Regem conſtituerent.* Hunc itaque, ut e medio tolleret, primo eum ex Berta communi matre, nequaquam genitum fuiſse rumorem ſpargi curavit, quaſi ex aliis mulieribus clam acceptos Vidonem, & Lambertum uti filios ſuos Berta ſuppoſuiſſet, quam injuriam, pro temporis abuſu, certamine inito diluit Lambertus, ut idem auctor narrat, ac deinde addit. *Hoc autem mendacium mihi ideo videtur eſſe inventum, quatenus inceſtum ſuum Rex Hugo tegeret, & infamiæ notam, & vituperium evaderet*; cum autem Teduinum fortiſſimum juvenem ab Hugone, ut cum Lamberto certaret miſsum, Lambertus privato certamine occidiſſet, Hugo Rex non mediocriter confuſus, apertam tunc vim fratri intulit, eumdemque cuſtodiæ tradidit, quo capto Boſoni fratri ſuo Thuſciam tradidit, & *Lambertum non multo poſt lumine privavit*, ſubdit idem auctor, ſicque perfidiæ perfidiam addens, Italicum Regnum retinere curavit; at de his hactenus.

Hugo Rex Italiæ Rodulphum, & Henricum, ſibi conciliat.

Luit. ut sup.

JESU

Jesu Chr. an. 931.

JESU CHRISTI annus 931. Joannis XI. Papæ an. 1. Constantini Imp. an. 20. Romani Imp. an. 13.

Stephani ſeptimi Papæ obitus, cui Joannes XI. ſuccedit.

1. Cum annos duos, menſem unum, dies duodecim Pontificatum Stephanus ſeptimus tenuiſſet, hoc anno vivere deſiit, eique Joannes undecimus, Maroziæ filius, ex Sergio Papa genitus, ſi Luitprando fides habenda, Romanus Pontifex ordinatus eſt, quem Maroziæ factione Romanam Sedem obtinuiſse dubitari vix poteſt; at eum Sergio Papa genitum ex ſola Luitprandi fide ſatis non conſtat, immo Alberici Camerinenſium, & Spoletinorum Ducis, & Maroziæ mariti filium fuiſſe alii ſcriptores tradunt, qua de causa a Baronio pſeudo-Pontificem immerito dictum fuiſſe adnotat Muratorius, in cujus electione, & ordinatione, ſi quid Maroziæ potentia peccatum fuit, temporis infelicitati tribuendum eſt; cum etenim, uti ſupra dictum eſt, eadem cum amaſiis ſuis molem Hadriani, ſeu caſtrum Sancti Angeli, ex Oratorio Sancto Michaeli ibidem dicato, occupaſſet, urbi etiam dominabatur, cujus uſquedum potentia viguit, infeliciſſimus fuit Romanæ Eccleſiæ, & urbis ſtatus, continuis fere ſeditionibus, factionibusque turbatus, legitimum tamen, verumque Pontificem fuiſse Joannem, *glorioſæ etiam indolis* virum ab Ratherio Veronenſi Epiſcopo dictum, certum exploratumque eſt.

apud Dacher. ſpicil. to. 2.

Hugo Italiæ Rex urbe ejicitur.

2. Inceſtis cum Marozia nuptiis celebratis, initaque urbis poſſeſſione, Romanos Hugo Italiæ Rex deſpicere cœpit, faſtuque ſuo effecit, ut inde ejiceretur; cum enim die quadam Albericus, alter Maroziæ filius, fraterque Joannis Pontificis, ait Luitprandus, Hugoni vitrico, juſſu matris, aquam ad manus abluendas funderet; *eo quod non moderate, & prudenter aquam effunderet*, in faciem ab Hugone cæſus eſt, qua ille accepta injuria, Romanorum Primoribus congregatis, non ſolum Burgundionum vilitatem, feritatemque expoſuit, ſed etiam Hugonis Regis ſuperbiam, qua ſe inter concives facile Principem tanta injuria affecerat: *Nec mora. His auditis Hugonem Regem cuncti deſerunt, atque eumdem Albericum ſibi Dominum eligunt, & ne ſpatium quidem milites introducendi ſuos Rex Hugo haberet, munitionem confeſtim oppugnant. Liquet divinæ diſpenſationis eſſe hoc con-*

Luitpr. lib. 3. 12.

conſilium, ut quod Rex Hugo, tam nefando turpiter cœperat ſcelere, id eum omnimodo obtinere non poſſet. Tanto quippe eſt terrore coactus, ut præſertim ſe ipſum ea ex parte, qua civitatis muro munitio inhærebat, deponens eam deſereret, atque ad ſuos confugeret. Expulſus igitur eſt Rex Hugo, & cum præfata Marozia Romanæ urbis Monarchiam Albericus tenuit, fratre Joanne ſuo ſummi, atque univerſalis Præſulatus Sedis præſidente, ait Luitprandus. At mutato urbis Domino, Romanorum fortuna in melius mutata non fuit, Albericus etenim, ut in urbe pro libitu dominaretur, Matrem æque, ac fratrem Joannem Romanum Pontificem cuſtodiæ mancipavit, ut ad annum 933. Flodoardus narrat, de quibus ibidem acturi ſumus. JESU CHR. AN. 931.

3. Hoc anno concilium apud Altham in Rhetia oppidum congregatum fuiſse, ait Pagius, ab Hildeberto Moguntino Archiepiſcopo, cui plures adſuerunt Epiſcopi, qui Synodo Erfordienſi anno proximo 932. celebrato ſubſcripti leguntur; inter cetera ab Epiſcopis Altheim congregatis cautum eſt, ut ſi qua hæreditas Epiſcopis, Presbyteris, aliiſque clericis a quolibet ſive Rege, vel Principe relicta fuerit, vel quælibet res donata, in eorum arbitrio ſit, dum vivunt, aliis Eccleſiis, amicis, vel propinquis donare: *Sin autem antea obierint, quam firmiter perfecerint, altari cui ſerviunt omnia perpetuo ſanctificentur, & in jus tradantur*; ut apud Burchardum videre eſt. Synodo primus Hildebertus Moguntinus, deinde Robertus Trevirenſis, Hunni Hamburgenſis Archiepiſcopus, cum Epiſcopis aliquot ſubſcripſerunt.

Concilium apud Althæim in Rhætia congregatum. *Pag. not. 2.*

4. Hoc etiam anno 932. ut ſcribit Hermannus Contractus, *Henricus Rex*, Germaniæ, *Reges Abodritarum, & Normannorum Chriſtianos fieri fecit, ipſeque Gallias petiit*. Vitichindus vero in Annalibus lib. 1. addit. *Cum omnes in circuitu nationes ſubjeciſſet, Danos, qui navali latrocinio Freſones incurſabant, cum exercitu adiit, vicitque, & tributarios faciens, Regem eorum nomine Nubam baptiſmum percipere fecit*. De Danorum ad Chriſti fidem converſione, vetus chronicon a Ludewig inter ſuæ gentis chronica editum hæc refert. *Anno 931. obiit Gorm Hordekunde Rex Danorum, & ſucceſſit Gorme, & regnavit annis . . . . . in diebus illis Dani incenſis Eccleſiis, Sacerdotes ante altare trucidaſſe. Clerum vulgo mixtum tunc im-*

Henricus Germaniæ Rex Danos ſubjugavit, & chriſtianos fieri cœpit.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 931.

pune occidiſſe, aut ductos in captivitatem &c. tunc Confeſſor Dei Reimbertus venit ad Danos, ubi crudeliſſimum Gorm illum quidem pro ingenti flectere ſævitia nequit. Filium autem Regis, Haraldum nomine, ſua dicitur prædicatione lucratus, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam pater ejus ſemper odio habuit, ipſe publice haberi permitteret, quamvis nondum Sacramentum Baptiſmi percepit. Ordinatis itaque per ſingulas Eccleſias Sacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem commendaſſe fertur Araldo, cujus etiam fultus adjutorio, & legato omnes Danorum Inſulas penetravit evangelizans verbum Dei gentibus, & fideles quos invenit, illic captivos in Chriſto confirmans. Adam vero Bremenſis, Chriſtianam fidem ibidem ab Anſchario olim inſertam, ſed tunc pene oblitam ab Hunni Hamburgenſi Epiſcopo iterum propagatam fuiſſe his verbis narrat. *Tunc beatiſſimus noſter Archiepiſcopus Unni, videns oſtium fidei Gentibus apertum eſſe, gratias Deo egit pro ſalute paganorum præcipue vero quoniam legatio Hamburgenſis Eccleſiæ pro temporis importunitate diu neglecta, præveniente miſericordia Dei, & virtute Regis Henrici, locum, & tempus operandi accepit. Igitur nihil aſperum, & grave ſe arbitrans ſubire poſſe pro Chriſto, latitudinem ſuæ diœceſis per ſeipſum elegit circuire: Secutus eſt eum (ut ajunt) grex univerſus Bremenſis Eccleſiæ, boni paſtoris abſentia mœſti, ſecumque in carcerem, & in mortem ire parati. Poſtquam vero Confeſſor Dei pervenit ad Danos, ubi tum crudeliſſimum Gorm diximus regnare: illum quidem pro ingenita flectere nequivit ſævitia. Filium vero Regis Haraldum ſua dicitur prædicatione lucratum, quem ita fidelem Chriſto perfecit, ut Chriſtianitatem, quam pater ejus ſemper odio habuit, ipſe haberi publice promitteret, quamvis nondum Baptiſmi ſacramentum perceperat. Ordinatis ita in regno Danorum per ſingulas Eccleſias ſacerdotibus, Sanctus Dei multitudinem credentium commendaſſe fertur Haraldo: Cujus etiam fultus adjutorio, & Legato, omnes Danorum inſulas penetravit, evangelizans verbum Dei gentibus, & fideles, quos invenit illic captivos, in Chriſto confortans. Deinde veſtigia ſecutus magni prædicatoris Anſgarii, mare Balticum remigans, non ſine labore pervenit in Bircam, qui jam poſt obitum S. Anſgarii annis ſeptuaginta nemo doctor auſus pertingere, præter ſolum (ut legimus) Rim-*

Adam hiſt. eccleſiaſt. l. 1. c. 49. 50. 51.

Hunni Hamburgenſis Epiſcopus Chriſti fidem Danis prædicat.

Digitized by Google

Rimbertum: *ita perſecutio noſtros retinuit*: Et inferius poſt loci deſcriptionem hæc de ejuſdem prædicatione. *In eo portu Confeſſor Domini egreſſus inſolita populos appellare cæpit legatione. Quippe Suecones, & Gothi, vel (ſi ita melius dicuntur) Northmanni propter barbaricæ excurſionis tempora, qua paucis annis multi Reges cunƈto Imperio dominati ſunt, Chriſtianæ religionis penitus obliti, haud facile poterant ad fidem perſuaderi. Accepimus a ſæpediƈto Rege Danorum Suens, tunc apud Suecones imperitaſſe quemdam Ring cum filiis Erich, & Emund, ipſumque Ring ante ſe habuiſſe Amund, Eiorn, Olaph, de quibus in geſtis S. Anſgarii legitur, & alios, quorum non occurrit vocabulum. Eſt credibile, athletam Dei Unni eoſdem Reges, quamvis non crediderint, adiiſſe, eorumque licentia regnum Dei per Sueoniam prædicaſſe. Meo autem arbitratu, ſicut inutile videtur eorum aƈta ſcrutari, qui non crediderunt: ita impium eſt præterire ſalutem eorum, qui primum crediderunt, & per quos crediderunt. Suecones igitur, & Gothi a S. Anſgario primum in fide plantati, iterumque relapſi ad paganiſmum, a ſanƈto patre Unni ſunt revocati.*

Jesu Chr. an. 931.

5. De geſtis in oriente hoc anno adnotare ſat erit, quod *Chriſtophorus Imperator mortuus eſt menſe auguſto, indiƈtione quarta, Romano patre illius funus ingenti luƈtu ac planƈtu proſequente*, inquit incertus continuator Theophanis num. 31. cui alii Hiſtorici Byzantini ſuffragantur. Hic Filius erat primogenitus Romani Lecapeni. *Romano Imperatore conſtituto*, inquit Luitprandus lib. 3. cap. 9. *Chriſtophorum, quem ante Imperii dignitatem habuerat, Imperatorem conſtituit* (anno ſcilicet 919.) *Poſt imperii vero ſui ordinationem, uxor ejus filium ei peperit nomine Stephanum. Rurſus concepto fœtu, alium ei peperit nomine Conſtantinum. Quos omnes Imperatores conſtituens, contra jus faſque, & ſecum Chriſtophorum primogenitum domino ſuo Imperatori Conſtantino Porphyrogenito præpoſuit: adeo plane ut procedentes ad publicum ad Sanƈtam Sophiam ſcilicet, vel ad blachernas, ſeu ad Sanƈtos Apoſtolos, Romanus cum Chriſtophoro primogenito præcederent, Conſtantinus Porphyrogenitus, & duo cæteri ſequerentur*. Gregorius diſcipulus S. Baſilii Junioris Anachoretæ apud CPolim tradit, Chriſtophorum reliquiſſe filium nomine Michaelem, *qui coronatus quidem non eſt,*

Chriſtophorus Romani Imp. filius obiit.

 ſtola

ſtola tamen Imperiali , & coccineis calceis honeſtabatur , poteſtate etiam nonnulla præditus , & aſſectantium ſplendore glorioſus . Ipſa vero Helena (filia Romani Imp. . & uxor Conſtantini Porphyrogeniti) primum inter Auguſtas locum tenebat .

Alphonſus Regnum Ramiro renuncians fit monachus. *Mariana hiſt. p. 312. Mabill. Annal. Ord. Bened. lib. 43. num.* 28.

6. Hoc etiam anno , ut poſt Marianam adnotat Mabillonius , in Hiſpania Alphonſus Legionis Rex , nulla re hactenus præclare geſta , Ramiro fratri ſuo Regnum renunciavit , cum annis ſex , menſibus totidem regnaſſet , ac in monaſterio S. Facundi ad Ceæ Fluminis ripam poſito monaſticum habitum induit , quietis , aut inertiæ magis cupidus , quam pietatis , nam paulo poſt cum Ramirus Regni cura ſuſcepta in Mauros arma convertiſſet , Alphonſus vitæ monaſticæ pertæſus , Regni habenas reſumere tentavit , at a Ramiro prohibitus , & Legione ubi ſe receperat obſeſſus , & ad deditionem coactus , in vinculis ibidem detentus fuit , nil aſperum adverſus eum ſtatuens Ramirus , uſque dum cum iterum turbas excitare conaretur , luminibus orbatus, & ad vitæ exitum in monaſterio S. Juliani prope Legionem detruſus eſt , ubi diem ultimum clauſit , ac ibidem una cum Semena uxore ſepultus eſt ; Ramirus vero domeſticis diſſidiis compoſitis , alteram adverſus Mauros expeditionem ſuſcepit circa annum 934. , illuſtremque ex eis victoriam retulit , Sicque pace , belloque clarus , publicis domeſticiſque rebus reſtitutis , filio ſuo Ordonio tertio Regnum tradidit anno 950. , quo etiam obiit , ut ibidem dicturi ſumus .

Triphon CP Patriarcha deponitur. *an.933. not. 1. 2. 3. an. 944. 1.*

7. Hoc autem anno cum Thriphon annos tres , ut adnotat Pagius , ab anno ſcilicet 928. ad labentem CPolitanam Eccleſiam adminiſtraſſet , inde dejectus eſt , ut Theophylato Romani Imp. filio locum cederet , in eam quippe ſedem ea conditione intruſus fuerat , ut eam retineret quouſque Theophilatus ad legitimam ætatem perveniſſet . Cumque ſponte ſedem relinquere recuſaſſet , invitus coactus fuit , ut his verbis narrat Curopalates . *Exacto autem definito tempore , quod Tryphon Patriarcha deſinierat , nolebat ut pollicitus fuerat , de ſede decedere , ſed judicium quærebat , & crimina ſibi obiici , quibus ab Eccleſia merito pelleretur . Et cum Imperator hac in re quid conſilii caperet , ignoraret , Cæſarias Theophanes , quem Charrinum etiam appellabat , eloquens vir , triſtem cernens Imperatorem , neque illu-*

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 932.

Illuſionem. neque dolum Tryphonis æquo animo ferentem, pollicitus eſt ipſi incœpta ad exitum perducturum. Imperator autem cum approbaſſet illius pollicitationem, dolo aggreditur Patriarcham, & ad ipſum accedens, dixit. Multum, o domine, contra te conatur Imperator, & cauſas inquirit, quibus te de ſede merito detrahere poſſit, ſed cum multum laboret, non tamen invenit: quomodo enim inſonti culpa adſcribi aliqua potuerit? Verum unam cauſam afferunt, qui tibi detrahere ſtudent, ajunt te litteras prorſus ignorare. Si igitur hanc removere poſſimus, lupus inhians videbuntur ii, qui contra te machinantur. Si quid igitur mihi auſcultes, tota Synodo præſente in charta non ſcripta, ſcriptum tuum nomen, & ſacerdotii dignitatem mittito Imperatori, ut certior de hac re factus, de ſpe decidat, deſiſtatque contra te aliquid moliri &c. Conſilio probato coram ſynodo nomen ſuum, & dignitatem adeptam Patriarchalem cum manu ſua Triphon conſcripſiſſet, cum ſubſcriptione ſua, ſe nequaquam illiteratum eſſe probaret, ut chartam Imperator accepit, throni CPolitani renuuciationem Triphonis nomine Imperator addidit, quaſi indignum ſe declararet, qua excuſatione a ſynodo accepta *ab eccleſia Triphon removetur*. Hæc Curopalates, aliique Bizantini hiſtorici, Synodali autem ſenteutia ſede CPolitana dejectus Triphon, *abiens, in monaſterio ſuo e vivis excedit*; ait continuator Theophanis, ac addit CP Eccleſia *Paſtore vidua annum unum, menſes quinque* permanſit, uſque ad annum 933., *quod Theophilatus nondum matura ſatis ætate eſſet*. pag. 261.

JESU CHRISTI annus 932. Joannis II. Papæ 2. Constantini Imp. 21. Romani Imp. 14.

Hilduinus Mediolan. Episc. ordinatur, quis eſſet.

1. Quoſque tum ſacræ, cum civiles res hoc tempore in Italia, in Galliis, alibique turbatæ eſſent, & narrata hactenus demonſtrant, dicendaque inferius confirmabunt, a geſtis in Italia exordientes, cum Lambertus Mediolanenſis Archiepiſcopus hoc tempore obiiſſet, Hugonis Italiæ Regis auctoritate, magis quam electione, Hilduinus Leodienſis eccleſiæ Epiſcopus, ſua ſede pulſus, *ad Ugonem Regem, cui affinitatis linea jungebatur, in Italiam venit*, ait Luitprandus, *qui honorifice ab eo ſuſceptus, Veronenſem ei Epiſcopatum*, Luitpr. hiſt. lib. 3. c. 11.

JESU CHR. AN. 932.

tum, ad ſtipendii conceſſit uſum, cum ſedes illa vacaret. *Factum eſt autem ut poſt paululum Lambertus Archiepiſcopus moreretur, & hic loco ejus Mediolani Epiſcopus ordinatur. Venerat autem cum præfato Hilduino monachus quidam Ratherius nomine, qui ob religionem, ſeptemque liberalium artium peritiam, Veronæ Epiſcopus conſtituitur.*

Ratherius Veronenſis Epiſcopus ordinatur.

2. Hic celebris Ratherius fuit, qui patria Leodienſis, profeſſione monachus Lobienſis, Veronenſis poſtea Epiſcopus ordinatus eſt, qui etſi litterarum ſcientia, ſua ætate inclaruerit, variam tamen fortunam expertus, inquietam vitam duxit, ac ter a Veronenſi eeclesia ejectus, inde exul obiit. Hoc autem tempore, & anno Romam ab Hilduino Mediolanenſi Epiſcopo miſſus, ut pallium ab Joanne undecimo Papa obtineret, ea apud Pontificem legatione perfunctus, pro ſe ipſo Veronenſem ſedem obtinuit, ut idem ipſe Ratherius teſtatur, in epiſtola ad Joannem dnodecimum. *Allatæ ſunt, & litteræ domni Papæ tunc temporis Joannis glorioſæ indolis, quibus continebantur ejuſdem preces, totiuſque Romanæ eccleſiæ, uti ego Veronenſibus darer Epiſcopus &c.* Iisque ad Hugonem Regem delatis, ægre is quidem, ut Veronenſibus Epiſcopus daretur, conſenſum præbuit, at Pontifici, & Hilduini ſupplicatione tandem ceſſit; ea etiam ratione motus, quod cum tunc deſperatus fere Ratherius ægrotaret, non diu ea dignitate fruiturum ſperaret, at præter ſpem ſanitati reſtitutus, tunc iratus Rex, ut idem ſubdit. *Juravit per Deum (nec eſt mentitus) quod diebus vitæ ſuæ de ipſa ordinatione non eſſem gaviſurus*, ac ſtatim poſt ordinationem, ut Ratherio injuriam inferret, aut inde abire cogeret, *miſit in pituciolo*, ideſt miſſo mandato inſcriptis juſſit, ut *certam quantitatem ſtipendii, quod tenerem de rebus eccleſiæ, de ceteris exigens jusjurandum, ut diebus illius, filiique ſui amplius non requirerem. Ego intelligens quanta abſurditas ex hoc conſequeretur*, ſi reddituum Epiſcopatus ſui partem maximam Regis arbitrio dimiſiſſet, *non conſenſi*, ait Ratherius, quare Rex Hugo, accepta paulopoſt occaſione adventus Arnoldi Bojariæ ducis in Italiam, quaſi Ratherii fidem ſuſpectam haberet, eumdem Papia arcta cuſtodia detineri juſſit, uti anno 934. dicturi ſumus.

Dacheri ſpicil. tom. 2. pag. 297.

Dacheri ut ſup.

Hugo Rhemenſi, Epiſc.

3. Recrudeſcentibus interea diſſidiis, quæ jamdiu inter Rodulphum Francorum Regem, & Heribertum Viromando-

dorum ducem vigebant, litteras ad Clerum, populumque Rhemenſem Rodulphus Rex miſit, quibus jubebat, ut Hugone Heriberti filio ejecto, idoneum ſibi Præſulem eligerent, Hugonem quippe annos quinque natum, in ea ſede tamquam Idolum, patris Heriberti potentia, locatum fuiſſe, ſupra diximus. Cum Regi parere recuſaſſent Rhemenſes, collecto exercitu, urbem Rex obſidet, ac paulopoſt ad deditionem compellit. Ita urbe potitus, Præſulem ibidem ordinari fecit Artaldum ſancti Remigii monachum, qui hoc anno ab Heriberto ad Regis partes tranſierat, Bavonem vero Catalaunenſem Epiſcopum, qui a ſe deſciverat, comprehenſum Hugoni fratri ſuo cuſtodiendum tradidit, ejuſque Epiſcopatum Miloni clerico dedit, ſed paulopoſt Bavoni reſtituit. Ex hac autem Artaldi in Hugonis locum ordinatione, quot in Galliis turbæ excitatæ ſint, infra videbimus. Inter hæc tamen Artaldus Rhemenſis Epiſcopus ordinatus, legatos ſuos Romam ad Joannem Pontificem miſit, ut pallium pro more ab eo acceptum ſibi deferrent, de quibus hæc Flodoardus. *Anno 933. Miſſi Rhemenſis eccleſiæ Giſo, & Almaricus Roma redeuntes pallium Artoldo Præſuli deferunt, nunciantque Joannem Papam filium Mariæ, quæ & Marozia dicitur, ſub cuſtodia detineri a fratre ſuo nomine Alberico, qui matrem quoque ſuam clauſam ſervabat, & Romam contra Hugonem Regem clauſam tenebat.* Hæc ipſe, de quibus anno ſequenti, nunc adnotare ſat erit Joannem non Pſeudopontificem, ut paſſim a Baronio dicitur, ſed verum Pontificem habitum, cui Reges, ubique, & orbis Chriſtiani Epiſcopi debitum obſequium reverentiamque exhibebant a quo Hilduinus Mediolanenſis, & Artaldus Rhemenſis Archiepiſcopi pallium petierunt, ac obtinuerunt, cujus etiam duo diplomata Odoni Cluniacenſi Abbati data, ex Cluniacenſi Bullario refert Mabillonius, quorum altero jus condendæ monetæ a Rodulpho Rege conceſſum confirmat, ac ut his ſervatis conditionibus aliorum cœnobiorum monachos recipere poſſet, facultatem tribuit. *Et quia*, ait Pontifex, *ſicut nimis compertum eſt, jam pene cuncta monaſteria a ſuo propoſito prævaricantur, concedimus, ut ſi quis monachus ex quolibet monaſterio ad veſtram converſationem, ſolo dumtaxat meliorandæ vitæ ſtudio, tranſmigrare voluerit, cui videlicet ſuus Abbas regularem ſumptum ad depellendam proprieta-*

JESU CHR. AN. 932. ejicitur, Artaldus ordinatur. an. 925.

Artaldus pallium ab Joanne II. Papa accipit.

Jesu Chr. an. 932. *tatem habendi miniſtrare neglexerit, ſuſcipere vobis liceat, quouſque monaſterii ſui converſatio emendetur, ſcriptum in menſe martio, indictione quarta*, ideſt anno 931.

Synodus Exfordienſis celebratur. *Labb. to. 1. pag. 591.* 4. In tanta autem rerum eccleſiaſticarum perturbatione, vel ſi mavis etiam Epiſcoporum ignavia, & ignorantia, ut muneri ſuo aliquando ſatisfacerent, labentemque eccleſiæ diſciplinam erigerent, Epiſcoporum nonnulli in ſynodis congregati, ingruentibus undique corruptelis medelam ferre conati ſunt. Hoc autem anno Henrici Germaniæ Regis juſſu *apud Erpeſurdi*, ſive Exfordiæ congregati quinque canones ediderunt, ſynodo Ruitgerus Trevirenſis Archiepiſcopus præfuit, eique duodecim alii Epiſcopi, ex præcipuis Germaniæ eccleſiis, cum Abbatibus, aliiſque ſacri ordinis viris adfuerunt. Unde etiam univerſalis ſynodus dicta fuit, cujus hæc eſt præfatio. *Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCXXXII. anno etiam Domini H. Regis Chriſtianiſſimi XIV. Indictione V. ſub die Kalendarum Juniarum congregata eſt apud Erperfurt ſancta, & univerſalis Synodus, ut Rex ſapientiſſimus cum conſilio primatum ſuorum decrevit, inſpirante omnium Salvatoris clementia pro utilitate, & ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ. Cujus Regis ſolertiam prudentiſſimi viri Hidilberti Archiepiſcopi gubernabat: conſidentibus religioſiſſimis ſacerdotibus, id eſt R. ſanctæ Treverenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Unni ſanctæ Hamburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Adalguardo Fardunenſis Eccleſiæ Epiſcopo Rieuine Argentinæ civitatis Epiſcopo, Nodingo Conſtantiæ Eccleſiæ Epiſcopo, Unvanno Paderbrunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Berbardo Halverſtadlenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Othilrico Auguſtudunenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Burchardo Vviriziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Duodone Oſnerburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Rumaldo Memigernaſurdenſis Eccleſiæ Epiſcopo, Eburgiſo Mimtdonenſi Eccleſiæ Epiſcopo, nec non, & Abbatibus, aliiſque ſacri ordinis viris. Ibique congregati Epiſcopi Deo favente capitula infra notata, quam pro populi Chriſtiani correctione collecta ſunt*, ait actorum collector.

Quinque canones ſynodi Exfordienſis. 5. Summa autem canonum, qui in eadem ſynodo vulgati ſunt, hæc eſt. Primo ſtatutum eſt, ut Natalitia duodecim Apoſtolorum, eorumque vigiliæ ſervarentur, 2. ne ſecularia placita Dominicis, vel aliis feſtis diebus, aut jejuniorum fierent, ne Chriſtiani a Quinquageſima ad octavam Paſ-

Paſchæ, vel ſeptem diebus ante Natalem Domini, vel Sancti Joannis Baptiſtæ in bandum, ſive exilium mitterentur. *Quatenus adeundi Eccleſiam orationibusque vacandi*, iis ſanctis diebus liberius poteſtatem haberent, & ne quiſquam ad eccleſiam pergens, vel inde rediens, *per Bannum impediatur*, canone tertio cautum eſt. Quartus jubet, ut Presbyter, vel Diaconus de culpa aliqua, vel negligentia infamatus, bis, & tertio admoneatur, ut vel prodendo reatum, culpabilem ſe eſſe agnoſcat, & juſtæ correctionis ſententiam ſubeat, vel adhibitis collegis, juramento ſe expurgando, innocentem ſe eſſe demonſtret. Quinto demum, *Ut nemo niſi conſentiente Epiſcopo, aut ejus miſſo, ut obtentu religionis jejunium ſibi imponat, unum præ aliis excipiendo, quod & factum diſplicet, & fieri prohibemus, quia plus cauſa ariolandi eſſe cognoſcitur, quam ſupplementum legis catholicæ &c.* Quo canone abuſum tunc primum invectum emendare conati ſunt, quo quiſquam pro altero jejunia, aliave pia opera ſibi imponebat, ut alterum a debita pro peccatis ſuis ſatisfactione eximeret, quod ſequenti ſeculo id paſſim non ſine eccleſiaſticæ diſciplinæ diſpendio factitatum fuiſſe videbimus. Ratiſponenſe quoque concilium hoc anno celebratum fuiſſe adnotat Manſius, cui Epiſcopi quinque, decimonono Kal. Februarii adfuerunt, anno 932., Arnulphi Bojariæ Ducis anno decimo, ubi inter cetera ſtatutum eſt, ut decedente Epiſcopo, certa pro anima ejus ſuffragia fierent; hujus concilii acta exhibet noviſſima conciliorum editio veneta Labbeana, atque hoc Ratiſponenſe concilium unum idemque eſſe cum concilio, quod Diſcolvicenſe etiam appellatur, in præcitata editione dicitur, cum iidem omnino, & numero, & nomine Epiſcopi ſubſcripti legantur, ait Manſius, Diſcolvicenſe nuncupatum, eo quod in oppido ſic dicto habitum fuerit, Ratiſponenſe, ex urbe Metropoli, cui Diſcolvia ſubjacebat, ait is auctor.

Ratiſponenſe concilium.

tom. 11. *pag.* 1488.

6. Cum celebrior in dies Cluniacenſis diſciplina, ſub Odone Abbate evaderet, factum eſt, ut in Galliis primum ordinis Benedictini monaſteria, ubi regularis diſciplina defecerat, Cluniacenſem adoptarent, ac Odoni reformanda traderentur, atque hoc anno monaſterium Carilocum in Diœceſi Matiſconenſi poſitum Joannes undecimus Papa, poſtulante Hugone Burgundiæ Duce, Cluniacenſibus monachis

Cluniacenſis diſciplina in monaſteriis Italiæ alibique tranſlata.

Jesu Chr. An. 932.

tradidit, cujus reſcriptum refert Mabillonius ſeculo quinto actorum Ord. S. Benedicti, in elogio hiſtorico Odonis Abatis num. 26., ac datum dicitur, *Septimo Kal. Januarii anno 2., indictione quinta*, ſeu ſexta, ut ait Pagius. Cum vero in Italiam uſque Odonis, & Cluniacenſis ordinis fama pertranſiiſſet, factum inde ut Cluniacenſium monachorum poteſtati, Italorum monaſteria plurima hoc tempore ſubjicerentur, cujuſmodi fuere Suppentonenſe, Aventinum S. Pauli Romæ, ut ex Joanne in Odonis vita manifeſtum eſt, atque Salernitanum, cujus fratribus idem Joannes Odonis vitam dedicavit, ait Mabillonius loco citato. Quare cum Galliarum monaſteriis plurimis, Italiſque etiam, alibique poſitis unus Odo præeſſet, Abbas generalis dici potuit: id quidem a ſancto Paſchomio primum in Oriente ſtatutum fuerat, in Occidente per Benedictum Ananienſem olim tentatum, demum ab Odone ad effectum perductum fuit. Unde a nonnullis S. Benedicti in Gallia Ordinis Auctor habitus eſt, propterea quod Monaſteria complura, quæ antea partim deſtructa, ac omnino inter ſe ſejuncta erant, in unum quaſi corpus adduxit. Hinc Flodoardus in Chronico, eum *multorum reſtauratorem monaſteriorum, ſanctæque Regulæ reparatorem vocat*. Glaber vero: *Hic tantum hujus inſtituti propagator extitit, ut a Beneventana provincia, quæque habebantur in Italia, & in Galliis uſque Oceanum mare potiora monaſteria, illius ditioni gratularentur eſſe ſubjecta*: Tanta demum erat ejus nominis, ac religionis celebritas, ut ad eum non modo laici nobiles, & Clerici, ſed etiam Epiſcopi dignitatibus abdicatis confluerent, ut pluribus narrat auctor ejus vitæ num. 10.

Monaſteria plurima in Congregationem erecta.

Abbas Generalis Præpoſitus tunc primum dictus.

7. Occiſus hoc anno fuit *Gaifar Abulfadus* Saracenorum Babilonenſium Calipha, appellatus etiam *Muctaridus Billa*. Elmacinus enim lib. 2. Hiſt. Sarac. ait: *Occiſus fuit hora quarta diei Mercurii, qui vigeſimus octavus erat Sievvali*, ideoque trigeſima prima Octobris noſtri currentis anni. Huic ſucceſſit *Cabirus Billa*, qui depoſitus fuit anno Hegiræ 322. die mercurii *ſexto Giumadæ prioris*, ideoque die vigeſima tertia menſis Aprilis anni Chriſti nongenteſimi trigeſimi quarti. Eadem die coronatus fuit *Alradhi*, vel *Alradi Bellabi*, ut teſtatur Eutychius, qui in eo Hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum abſolvit.

Gaifaris Caliphæ Babylonenſis obitus.

Pagi not. 5.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 933. JOANNIS PAPÆ XI. AN. 3. CONSTANTINI IMP. 22. ROMANI IMP. 15.

1. Hoc tempore Hugo Italiæ Rex ex urbe cum ignominia anno 931. ejectus, eamdem recuperare ſatagens, *Collecta multitudine Romam proficiſcitur*, ait Luitprandus, *cujus quamquam loca, & provincias circumquaque devaſtaret, eamque ipſam quotidiano impetu impugnaret, ingrediendi eam tamen effectum obtinere non potuit*. Cum urbem vi invadere non poſſet, calliditate conſequi tentavit, Alberico filiam ſuam Aldam uxorem exhibens, quam quidem Albericus duxit, *Romam autem quam nimis ardebat, non tradidit, ſeque ei minime credidit*, ait is auctor, de quibus Flodoardus in chronico ad hunc annum, *Ugo Rex Italiæ Romam obſidet*: Quare ſua ſpe fruſtratus in Longobardiam rediit.

Hugo Italiæ Rex urbem recuperare fruſtra tentat, *Luitpr. hiſt. lib. 4. c.*

* *Apud Duches. tom. 2. rer. Franc.*

2. Dum autem urbi Hugo Rex appropinquaret, vel eam obſideret, Albericus Maroziæ matris ſuæ, fratriſque, ſive germani, vel uterini, utpote ex Sergio Papa geniti, ſi Luitprando fides, Joannis ſcilicet Pontificis, fidem ſuſpectam habens, ſibique timens, ne Hugonem privignum, & Maroziæ maritum in urbem admitteret, ambos arcta cuſtodia detineri juſſit, ut his verbis narrat Flodoardus, dum de miſſorum reditu ex urbe agit, qui pallium Artaldo Rhemenſi Archiepiſcopo detulerant. *Pallium Artaldo Præſuli deferunt, nunciantque Joannem Papam filium Mariæ, quæ & Marozia dicitur, ſub cuſtodia detineri a fratre ſuo nomine Alberico, qui matrem quoque ſuam clauſam ſervabat, & Romam contra Hugonem Regem tenebat*. Hæc in chronico ad hunc annum, in hiſtoria autem Rhemenſis Eccleſiæ hæc iterum narrat. *Artaldus Epiſcopus poſt annum ordinationis ſuæ pallium ſuſcipit miſſum ſibi per legatos eccleſiæ Rhemenſis a Joanne Papa filio Mariæ, quæ & Marozia dicebatur, vel ab Alberico Patricio fratre ipſius Papæ, qui eumdem Joannem fratrem ſuum in ſua detinebat poteſtate, & prædictam matrem ipſorum in cuſtodia clauſam tenebat. Hugonem quoque Regem Roma depulerat*. Sicque Joannes Papa, factione matris ſuæ Maroziæ in Petri ſedem evectus, a fratre Alberico, etſi ea ſede dejectus omnino non eſſet,

Joannes Papa; & Marozia mater in cuſtodiam conjiciuntur

Digitized by Google

Jesu Chr. An. 933.

in cuſtodia tamen uſque ad obitum, tamquam vile mancipium detentus fuit, atque hoc loco, *Mirari non deſino*, ait Baronius, *quod cum tale monſtrum ſedem Apoſtolicam invaſiſſet, cui non ætas, non natalitia, non legitima ſuffragaretur electio, & qui nihil niſi nomen Pontificis, malis uſurpatum artibus retineret, tamen nomen tantum reveriti Pontificis Epiſcopi, qui procul eſſent, omnem ei exhibuere reverentiam*, ut ab eodem ut ſupra diximus, Hilduinus Mediolanenſis, & Artaldus Rhemenſis Archiepiſcopi pallium petierint. Hujus autem anni initio, ſexto ſcilicet idus Januarii indict. 6. Pontificatus ſui anno tertio, antequam cuſtodia teneretur, Vizeliacenſe monaſterium novo diplomate Joannes Papa confirmavit, ſcriptum per manus Gregorii Sacellarii S. Rom. Eccleſiæ, quod Aimoni venerabili Abbati, ejuſque congregationi inſcriptum eſt, ait Mabillonius.

Dacheri ſpicil. tom. 3. pag. 463. Mabill. Annal. lib. 43. num. 36.

Theophilactus CP. Patriarcha ordinatur.

pag. 261.

3. Triphone e CP. ſede anno 931. circa finem dejecto, cum per annum unum, menſes quinque paſtore viduata remanſiſſet CPolitana Eccleſia, hoc anno Theophilactus Romani Imp. filius *ordinatur, Februarii menſis die ſecunda, indict. ſexta*, ejuſque ordinationem Joannis Papæ legati CPoli adſtantes probarunt: *Aderant Vicarii Romani Antiſtitis*, ait idem Theophanis continuator, *qui tomum ſynodalem de illius tractantem ordinatione afferrent, qui etiam in Patriarchali ſede eum collocarunt*. Eademque Leo Grammaticus in chronographia, ubi indictione ſecunda id contigiſse legitur, at ſæpe chronologicæ notæ ibidem corruptæ ſunt, ut ait Pagius not. 1. an. 933. Theophilactus autem ſexdecim annorum adoleſcens tunc erat, ac moderatam ſaltem vitam duxit, quouſque ſub pedagogorum diſciplina fuit, at major factus, & ſui juris, omni vitiorum genere CPolitanam fœdavit ſedem, ut in ejus obitu ad annum 956. dicturi ſumus, ac in ordinibus conferendis de ætate ordinandorum vix ſollicitos fuiſſe Græcos adnotat Pagius; an autem Galli hoc tempore ſollicitiores fuerint dubium eſt, cum Hugonem Heriberti comitis filium quinquennem in Rhemenſem Archiepiſcopum elegerunt, & vix decennem Epiſcopum ordinaverint.

pag. 306.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI an. 934. Joannis XI. Papæ 4. Constantini Imp. 23. Romani Imp. 16.

1. Cum Joannes Pontifex in arcta cuſtodia a fratre ſuo Alberico urbis tyranno detineretur, ut anno proximo diximus, ad eum legatos ſuos Romanus Imp. cum muneribus miſit, ut pallium pro filio ſuo Theophilacto peteret, non quidem, ut moris erat, vitæ ſuæ tempore, ſed pro ſucceſſoribus etiam in ſede CP. locandis, quod cum facile a tyranno donis corrupto obtinuiſſet, non ſine Rom. eccleſiæ injuria factum eſt, ut CPolitani Patriarchæ pallium ultra ab Romano Pontifice non peterent, quin illud ceteris in Græcia Epiſcopis darent, quo etiam poſthac pro lubitu uſi ſunt; rem geſtam narrat Luitprandus in relatione ſuæ legationis pro Othone Imperatore ad Nicephorum Imp. circa annum 944. geſtæ his verbis. *Sed quid hoc commemorem? cum ipſa CP. Eccleſia noſtræ ſanctæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ merito ſit ſubjecta? Scimus, imo videmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non uti, niſi ſancti patris noſtri permiſſu. Verum cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleverat, Romanam civitatem ſibi uſurparet, dominumque Apoſtolicum quaſi ſervum proprium in conclavi teneret, Romanus Imp. filium ſuum Theophilactum eunuchum patriarcham conſtituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis eo muneribus ſatis magnis, effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate tum ipſe, tum ſucceſſores abſque Paparum permiſſu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ palliis utantur. Quod quam abſurdum ſit, cenſore opus non eſt.* Hæc Luitprandus.

Quid Albericus Joannem Papam præſtare coegerit.

Luitpr. apud Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 1. pag. 488.

2. Novi interea bellorum tumultus in Italia hoc tempore excitati ſunt, cum etenim Rex Hugo urbis potiundæ avidior, ut diximus ſupra, Italiam excurrendo, aliiſque modis vexaret, Rodulpho Burgundiæ Regi, & Henrico Germaniæ, Italorum plurimi Italiæ Regnum obtulerant, ſuaque ſpe fruſtrati, Arnulphi Bojariæ Ducis animum ſollicitarunt, ut cum exercitu in Italiam irruens, oblato Regno poti-

Arnoldi Bojariæ Ducis adventus in Italiam ejusque in Bojariam reditus Luitpr. lib. 3. 14.

Jesu Chr. An. 934. potiretur, qua ſpe lactatus, per Tridentinas alpes in Italiam ingreſſus, Veronam uſque progreſſus eſt, at prælio ab Hugone victus, eadem, qua in Italiam advenerat celeritate, in Bojariam rediit, ut Luitprandus, aliique hiſtorici narrant.

Ratherius Veron. Episc. Papiæ in carcere includitur. *Luitpr. lib. 4. cap. 1.*

3: Tunc factum eſt, ut cum Verona Hugoni Regi tradita eſſet, *Ratherius ejuſdem civitatis Epiſcopus ab eo captus Papiæ exilio relegatur, in quo facta ſatis urbanitate de exilii ſui ærumna librum componere cœpit*, ait Luitprandus, qui tunc temporis, ut de ſeipſo ſcribit, *Tantus eram, qui Regis Hugonis gratiam vocis mihi dulcedine acquirebam. Is enim Euphoniam magnopere diligebat, in qua me coequalium puerorum vincere nemo poterat*. Eadem cum Luitprando de Arnoldi Ducis in Italiam irruptione, & Ratherii captivitate narrat Sigebertus in chronico ad annum 932. Sed de rebus ſuis ipſum Ratherium audire præſtat, qui in epiſtola ad Joannem Pontificem, duodecimum ſcilicet, de vi, & injuriis ab Hugone Rege ſibi illatis fuſiori ſtylo conqueritur

Dacheri spicil. tom. 2. pag. 247.

Inter cetera. *Cæpit me, retruſit in cuſtodiam in quadam Papiæ turricula, non dico ſine mei culpa, ſed citra legem ita hæc agit, & ſine audientia &c.* Ideſt abſque criminis examine vel probatione, in eo ergaſtulo, *duobus annis, & dimidio, niſi fallit recordatio priorem pertuli perſecutionem, & totidem carcerale ſupplicium*, ait ibidem, quo cum eſſet, ut carceris moleſtias leuiret, librum cujus meminit Luitprandus componere cœpit, *quem ſi quis legerit*, ſubdit, *nonnulla ibi hac ſub occaſione res expoſitas inveniet, quæ legentium intellectui non minus placere poſſunt, quam prodeſſe:* Indigeſta nihilominus rerum collectio dici poteſt, in ſex

Apud Martene collectio monum. tom. 9.

libros diſtributa, quam Agnoſticon dici voluit, ſive cordis meditatio, vel volumen præloquiorum dictum, ac ex ſacra ſcriptura, ſanctorumque Patrum teſtimoniis, Chriſtianæ vitæ regulas pro quolibet hominum ſtatu, genere, conditione, ſexu continet, pro militibus ſcilicet, artificibus, medicis, negotiatoribus, advocatis, litiumque procuratoribus, conſiliariis, judicibus, pauperibus, divitibus, ſervis, & Dominis, deinde pro ſtatu ſingulorum, maritorum ſcilicet, & uxorum officiis; pro qualibet virorum, aut mulierum ætate, Patrum, matrum, filiorum, Virginum, & viduarum: Tertio & quarto libro Principum officia ſingulatim

Digitized by Google

tim deſcribit, & quouſque in res ſacras, vel Eccleſiæ eorum poteſtas extendatur, exponit, quos tamen Eccleſiaſticæ poteſtati ſubjectos eſſe non diſſimulat. Quintum vero librum Vidoni, & Sobboni Archiepiſcopis in ſynodo cum Epiſcopis aliquot congregatis inſcribit, quo de Epiſcoporum officio agit, ac de canonum violatione, Synodorumque raritate conqueritur, ac de Epiſcoporum incuria, morumque corruptela plurima adnotat, eorumque ignaviam arguit, cum vix ex eis quiſquam eſſet, qui pro Eccleſia Dei, Eccleſiæque diſciplina ſervanda, vel juribus vindicandis, pro domo Dei ſtare, aut Principum voluntati reſiſtere auderet, quod proprio exemplo confirmat, dum injuſte vexatus, exilio, carcereque incluſus, nemo ex eis tamen pro ejuſdem cauſa, & libertate quidquam agere tentaverit: libro tandem ſexto, & ultimo, quo fine, & intentione Chriſtianus quilibet ad Dei gloriam quoslibet actus ſuos dirigere debeat, edocet, ac geſtorum bonitatem ad promerendam vitam æternam non ſufficere, ſi recta intentio, rectuſque finis deficiat. *Si propter aliud facis, ne erres, inaniter facis &c.* Hæc, & alia ibidem, quæ exſcribere non juvat. Interea ex Papienſi ergaſtulo Comum translatus, ac ab Azone Epiſcopo Gallo, qui Hugonis favore eam ſedem acceperat, benigne exceptus, ac recreatus, vitam ſancti Uſmari olim Lobienſis Abbatis ruſtico ſtylo ab Anſone Abbate conſcriptam elegantius digeſtam Laubienſibus monachis, cum quibus olim vixerat, inſcripſit. Unde in inſcriptione, *Ratherius ejuſdem quondam monachus, modo vero Veronenſium Epiſcopus &c.* Atque hæc de geſtis a Ratherio eo fere triennio, quo primum Eccleſia Veronenſi exulavit, dicta ſufficiant, cetera ſuo loco inferius adnotanda reſervamus.

Hungarorum irruptio in Imperium Orientale.

4. Hungarorum incurſionibus non ſolum Germaniæ provincias, ſed etiam Galliæ, & Italiæ vexatas hoc tempore fuiſſe non ſemel adnotavimus. Hoc anno ad Orientales plagas primum converſi ſunt, ut his verbis narrat Theophanis continuator in Romano Imp. *Turcarum prima expeditio adverſus Romanos contigit menſe Aprili indictione ſeptima. Hi ad urbem uſque excurrentes, cunctos per Thraciam obvios præda abegerunt. Miſſus itaque Theophanes Patricius protoveſtiarius, Imperiique adminiſter, ac Princeps Senatus, ut cum iis pacem componeret, captivoſque reciperet. Porro Theopha-* pag. 261.

Jesu Chr. an. 935. *phanes admiranda prudentia, ac ſagacitate illis uſus ex voto cuncta confecit, multamque ex illis eo nomine laudem ac admirationem reportavit. Tunc quoque Romanus Imp. quanta magnificentia, ac humanitate præſtaret, oſtendit, nullis ſumptibus parcens, ſolum ut liberarentur captivi.* Turcarum vero a Bizantinis hiſtoricis, Hungaros dictos fuiſſe adnotat Pagius hoc anno.

Mahadis Africæ Calipha moritur. 5. Hoc etiam anno, ut ibidem is auctor addit, mortuus eſt Mahadis Africæ Calipha, cum annos vigintiquatuor menſes aliquot regnaſſet, ac primus in Africa Calipha fuit, cum hactenus Duces Caliphæ Saracenorum eſſent, ab eoque poteſtatem acciperent, ſucceſſorem in Regno Bianrillam filium habuit, ut narrat Elmacinus in hiſtoria Saracenica lib. 3. cap. 1.

JESU CHRISTI an. 935. Joannis XI. Papæ an. 5. Constantini Imp. 24. Romani Imp. 17.

Synodus ad Macram, aliaque hoc anno geſta. 1. Paucis verbis multa narrat Flodoardus in chronico ad hunc annum, quæ commemorare juvat. In primis colloquium Rodulphi Francorum Regis cum Henrico Germaniæ Rege, cui colloquio etiam Rodulphus Rex Jurenſium interfuit, in quo pax firmata inter Reges, atque inter Heribertum Viromandorum comitem, & Hugonem Album, qui quaſdam Heriberto poſſeſſiones reſtituit. Sed quia oppidum ſancti Quintini Hugo reddere noluit, rupta pace Heribertus illud obſedit. Qua in obſidione Boſo frater Rodulphi regis interiit, delatuſque Remos in baſilica Sancti Remigii ſepelitur. Artaldus ejus Urbis Archiepiſcopus Vicfredum Sithienſem monachum Tervanenſis Eccleſiæ præſulem ordinavit. Idem Artaldus in finibus Rhemorum apud Macram celebrat ſynodum ſeptem Epiſcoporum in qua prædones, & invaſores rerum Eccleſiaſticarum repreſſi ſunt. His alia de Hungarorum, vel Normannorum irruptionibus in Gallia, & Italia addit; at hæc ad hunc annum adnotaſſe pro inſtituti noſtri ratione, aut brevitatis propoſito ſufficiat, alioquin plura ex uno Mabillonio de monaſteriorum reformatione hoc tempore in Galliis, & in Anglia, vel ex Pagio exſcribenda forent, de quibus præcipua tantum data opportunitate attingimus.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI annus 936. Leonis VII. Papæ an. 1. Constantini Imp. an. 25. Romani Imp. an. 18.

1. Cum annos quatuor, menſes decem Romanam ſedem tenuiſſet Joannes Papa undecimus, ejuſdem *inquinator magis, quam rector* a Baronio dictus, in cuſtodia ab Alberico fratre detentus, ut diximus, hoc anno obiit, de cujus geſtis, & obitu hæc narrat Flodoardus in libro de Romanis Pontificibus. Joannis undecimi Papæ obitus.

Nato Patriciæ hinc cedunt pia jura Joanni
Undecimus Petri hoc qui nomine ſede levatur
Ut vacuus, ſplendore carens modo ſacra miniſtrans
Fratre a Patricio juris moderamine rapto
Qui matrem inceſtam rerum faſtigia mæcho,

ideſt Hugoni Italiæ Regi.

Tradere conantem decimum ſub clauſtra Joannem
Quæ dederat, clauſtri vigili, & cuſtode ſubegit.
Artoldus noſter ſub quo ſacra pallia ſumit,
Papaque obiit, nomen geminum fere nactus in annum.

At ultimum Flodoardi verſum, librariorum incuria corruptum fuiſſe adnotant paſſim eruditi chronologi, ac loco *geminum fere nactus in annum*, legendum eſt, *Quintum fere nactus in annum*, cum omnes fere catalogi annos quatuor, menſes decem eidem attribuant, nec veroſimile ſit Flodoardum ejuſdem ætatis ſcriptorem, qui ſub Joannis ſucceſſore Romæ fuit, in ejus annis erraſſe.

2. Joanne Papa, fratre Alberici, defuncto, *Leo quidam Dei ſervus Romæ Papa conſtituitur*, ait idem Flodoardus in chronico ad hunc annum, de cujus laudibus idem auctor in libello verſibus digeſto de Romanis Pontificibus, hæc inter cetera adnotat. Leo ſeptimus Rom. Pontifex ordinatur, ejus elogium.

Septimus exurgit Leo, nec tamen iſta volutans,
Nec curans apices Mundi, nec celſa requirens,

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 936.

Sola Dei quæ ſunt, alacri ſub pectore volvens,
Culminaque evitans, dignuſque nitore probatur
Regiminis eximii, Petrique in ſede locatur,
At geminans dono cumulatum muneris almi
Pergere lætantem amplexu dimiſit honore
Quem Parens omnipotens alacrem, cultuque venuſtum
Attollat, ſervetque diu &c.

Hunc utpote rebus ſacris tantum intentum, Alberici Romanæ Urbis tyranni conſenſu, aut etiam voluntate ad Petri Cathedram evectum fuiſſe adnotat Muratorius, cum quo de Urbis tyrannide nullam cum eo quæſtionem habiturum ſe fore ſperabat, quem etiam, utpote omni virtutum genere ornatum, *ac Dei ſervum* a Flodoardo dictum, ordinis Benedictini monachum fuiſſe ſcribit Mabillonius, quod ſane an verum ſit, ignoratur, cum viri pii extra etiam monaſterii ſepta inveniri potuerint.

Mabill. acta Ord. Bened. secul. 5.

Leo ſeptimus monaſticæ vitæ ſtudioſus, & reſtaurator.

3. Sanctum tamen Pontificem monaſticæ vitæ ſtudioſum, reſtauratoremque fuiſſe ejuſdem litteræ Odoni Floriacenſi abbati inſcriptæ teſtantur, quibus facultatem tribuit, quod etiam ab ejuſdem prædeceſſore Joanne undecimo factum fuerat, ut aliorum cœnobiorum monachos, ubi regularis diſciplina exciderat, in ſuum admittere poſſet, ut apud Mabillonium videre eſt, qui alias ejuſdem Pontificis litteras recitat, in quibus, *egregium patrem noſtrum domnum Benedictum* appellat, eademque de cauſa Odonem abbatem ad urbem vocavit, ut monaſticam diſciplinam in monaſterio S. Pauli reſtitueret, de quibus hæc Joannes Odonis diſcipulus, & vitæ auctor, itinerisque romani ſocius. *Inſtitutus primus Abbas Cluniacenſis*, poſt Odilonem fundatorem, *Franciæ, Aquitaniæ, Ciſpanorum, & Romanæ urbis cœnobiorum Dux fuit. Cumque Romam veniſſet*, vocatus, *ut monaſterium intra eccleſiam B. Pauli Apoſtoli, ut olim fuerat, reædificaret*, ideſt monaſticam ibidem diſciplinam doceret, *cogente Domno Papa, & univerſis ordinibus ſacræ ſedis. Me miſerum*, ſubdit, *terrenis implicatum nexibus offendit, motuſque miſericordia, cum me ad ſuum traxit rete, ad Ticinenſe S. Petri monaſterium perduxit*, ideſt cum in Gallias Odo rediret, Joannem ibidem reliquit anno 938. cum iterum Romanum iter Odo ſuſceperat.

Leo ſeptimus Odonem Romam vocat.

Mabill. Annal. lib. 43. num. 75. & secul. 5. in vita Odonis.

4. Eo-

4. Eodemque tempore cum urbi iterum Hugo Italiæ Rex inſtaret, vel eam obſideret, Odonem Abbatem, utpote Hugoni familiariſſimum, rogavit Pontifex, ut inter Hugonem, & Albericum Urbis tyrannum pacis ſequeſter fieret, ut his verbis idem Joannes adnotat. *Sub idem tempus a Leone ſummo Pontifice in Italiam miſſi ſumus pacis componendæ cauſa inter Hugonem Longobardorum Regem, & Albericum Romanæ urbis Principem*, & iterum de Odonis ſollicitudine pro pace inter eos firmanda. *Cum Romuleam urbem propter inimicitias, quæ erant cum Alberico Principe, Hugo Rex, cujus ſupra meminimus, obſideret: vir ſanctus & intra, & extra urbem diſcurrens, hortabatur eos, ut mutuam pacem, Regiſque furorem ſedare, & urbem obſidione liberare conniterentur &c.* At etſi Urbis loca, & provincias circumquaque devaſtaret Hugo, *ingrediendi tamen eam effectum obtinere non potuit*, ait Luitprandus lib. 4. cap. 1.

Jesu Chr. an. 936. Odo pacis ſequeſter inter Hugonem Regem, & Albericum.

5. Inter cetera autem, ſive in via, vel in Urbe præclare ab Odone Abbate geſta narrat Joannes, eumdem Ruſtico cuidam vitæ ſuæ inſidianti, veniam ab Alberico obtinuiſſe, cum etenim die quadam vir ſanctus, juxta monaſterium B. Andreæ Apoſtoli, quod Clivum Scauri vocant, pergeret. *Ruſticus quidam cum propter aquæ laguncul am eum occidere meditaretur*, a circumſtantibus prohibitus fuit. *At pater mitiſſimus neſcio quos denarios mutuo acceptos ei dono dedit, beneficium pro maleficio reddens. Ubi vero Princeps memoratus id comperit Albericus, manus illi amputare voluit, ſed vir pius admodum obnixe pro illo deprecans miſero, veniam impetravit.* Nocturnum quoque equorum furem merito ſuo, quaſi alter Spiridion Tremithuntis Epiſcopus, qui ovium fures in caula ligatos mane facto invenerat, Odo quoque immobilem reddidit, nam ut idem vitæ ejus auctor Joannes narrat, cum equum monaſterii S. Pauli fur quidam rapuiſſet, equorum cuſtodes, quibus Lothefridus monachus præerat, *nocte exacta, mane vident furem non procul remotum cum equo conſiſtere. Itaque comprehenſum illum, injectis vinculis ad patrem Odonem remittunt. Is vero mox quinque ſolidos argenteos ei dari jubet dicens: Fas non eſſe abſque juſta mercede dimittere, qui tota nocte magnos eſſet perpeſſus labores. Poſtea vero, cum, Deo trahente, monaſticum eſſem*

Odonis Abbatis egregia facta.

Jesu Chr. an. 936. *amplexus inſtitutam, & deinde fratres me eſſe ſuum Priorem voluiſſent, ſæpe illum furem mihi indicabant, & quod filius eſſet molendinarii noſtri, qui quoties pater ejus veniſſet contra ipſorum voluntatem, ſolidos illos repetere me cogebant.* Hæc & alia plura Joannes, qui ab eodem Odone, reſtituto monaſterio S. Pauli, eidem præfectus eſt Abbas. Quando vero iterum contigit eum Romam redire poſt biennium, ſuo loco dicturi ſumus.

Flodoardus ab Leone 7. Papa benigne exceptus. *Mabill. Annal. lib. 43. num. 10. pag. 297.*

6. Sub eodem quoque Leone ſeptimo Pontifice Romæ adfuiſſe Flodoardum Rhemenſis Eccleſiæ canonicum, celebremque ſcriptorem, & quidem primo ejuſdem Pontificatus, ideſt hoc anno, veroſimile eſt, ab Artaldo Rhemenſi Epiſcopo miſſum. eo quod cum Hugone puero de Rhemenſis Archiepiſcopatus poſſeſſione graviſſimam ſuſtineret quæſtionem, de quibus infra. Hoc loco adnotare ſat erit, eumdem Flodoardum, utpote pietate, & doctrina celeberrimum ab Leone Papa benigne exceptum, muneribusque cumulatum fuiſſe, ut idem auctor in fine libri de Romanis Pontificibus, quem in eodem Leone abſolvit, his verſibus cecinit.

Qui me viſentem Ætherei pia limina Petri
Jucunde excipiens, animo quæſita benigno
Admiſit, favitque pie, ſtuduitque modeſte
Famina grata ferens, epulis recreavit utriſque
Corporis. atque animæ, benedixit, & oſcula libans,
Ac geminans dona cumulatum muneris almi,
Pergere lætantem amplexu dimiſit honore.

De Flodoardi autem geſtis plura dabunt auctores hiſtoriæ litterariæ Galliæ tomo 6. pag. 313. & ſeqq.

Henricus Germaniæ Rex moritur.

7. Interea, ut idem auctor narrat in chronico, hoc eodem anno 936. Henricus Germaniæ Rex obiit, de quo Reginonis continuator hæc adnotat. *Henricus Rex præcipuus pacis ſectator, ſtrenuuſque Paganorum inſecutor, poſt plures fortiter, & viriliter actas victorias, dilatatis undique ſui Regni terminis, ſexto nonas Julii diem clauſit extremum, cui filius ſuus Otto conſenſu Primorum Regni ſucceſſor eligitur.* Is quippe Danos, Svevos, Hungaroſque non ſolum e finibus ſuis abegerat, ſed etiam domuerat, ſuæque poteſtati ſubjugaverat,

gaverat. Regni ſui anno 16. ætatis 60. eumdem obiiſſe narrat Ditmarus hujus ſeculi ſcriptor, de cujus obitu hæc etiam Vitichindus Saxo libro primo in fine. *Perdormitis itaque cunctis circumquaque gentibus, poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus, iter intermiſit, cumque ſe jam gravari morbo ſenſiſſet, convocato omni populo, deſignavit filium Ottonem Regem &c.* Hic porro qui de religione Chriſtiana bene meritus fuerat, impenſe commendatur ab omnibus, qui & aſſeritur, duas novas ſedes erexiſſe, alteram in Valletſleve in terra Luneburgenſi, cui primum Epiſcopum Marcum præficiendum curavit, virum ſanctitate vitæ conſpicuum, ac miraculis clarum; alterum vero Epiſcopatum in oppido Miſna ad Albim fluvium conſtituit, aliaque monaſteria ædificavit; & ubi multiplicia pietatis poſt ſe egregia monumenta reliquit, a Deo ad requiem vocatus eſt, relicta conjuge valde pia Mathilda nomine, de qua iſta Luitprandus, dum agit de ejuſdem Henrici ſepulchro: *Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobiliſſimarum, ac religioſiſſimarum monaſterio puellarum, quod in ipſius Regis prædio vocabulo Quintelingaburch ſitum liquet, in Eccleſia cum immenſa eſt veneratione repoſitum. Ubi & venerabilis ejus conjux, regnique conſors ex eadem gente nomine Mathildis, ultra omnes quas viderim, & audierim matronas pro delictorum expiatione celebre exequiarum officium, vivam Deo hoſtiam offerre non deſinit.* His addit Ditmarus, per eumdem Henricum Cuuſum Daniæ Regem ad Chriſti fidem converſum, & Danos ipſos ab immolatione hominum per eum revocatos: poſt obitum vero, Mathildem conjugem multis diverſiſque ſanctis operibus ejus animam Deo commendaſſe. Hæc ipſe lib. 1. hiſque narratis adnotat, quod defuncto Henrico, Otto ejus filius inunctus eſt Aquiſgrani ab Hildeberto Archiepiſcopo Moguntino, habita licentia a Vigfrido Archiepiſcopo Colonienſi, in cujus diœceſi Aquiſgranum erat: Ex Ottonis autem electione. & inauguratione, *Inde magis ac magis inter fratres convaleſcebat diſcordia, quæ inter ipſos verſabatur ab infantia aſſidue litigantes &c.* ait auctor anonymus vitæ ſanctæ Mathildis Henrici Regis uxoris; temporis tamen tractu fratres ſuos ſibi Otto reconciliavit, ac Henricum Bojariorum Ducem creavit, Brunonem

Jesu Chr. an. 936.

nem vero fratrum alterum Colonienſem Epiſcopum ordinari curavit.

Ceremoniæ in coronatione Ottonis adhibitæ.

8. Ottonis coronationem in Germaniæ Regem ab Hildeberto Moguntino Archiepiſcopo factam deſcribit Vitichindus lib. 2. inter cetera, *Procedit Pontifex*, ait, *cum Rege tunica ſtricta more Francorum induto pone Altare, ſuper quod inſignia Regalia poſita erant, gladius cum baltheo, chlamis cum armillis, baculus cum ſceptro, ac diademate. Ipſe autem Pontifex Moguntinus Hildibertus nomine, Francus genere, Monachus profeſſione, nutritus & doctus in Fulda Monaſterio, & ad id honoris merito progrediens, ut pater ejuſdem Monaſterii conſtitueretur, deinde Pontificatus Moguntinæ ſedis faſtigium mereretur &c. Et cum eſſet quæſtio inter Pontifices in conſecrando Rege, Treverenſem videlicet, & Colonienſem. Ceſſit tamen uterque cunctis notæ Hildeberti Almitati. Ipſe autem accedens ad Altare, aſſumpſit inde gladium cum baltheo, & converſus ad Regem ait: Accipe gladium, quo Chriſti ejicias univerſos adverſarios, Barbaros quoque, & malos Chriſtianos auctoritate divina tradita tibi omni poteſtate totius Imperii Francorum ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum. Deinde ſumptis armillis, & chlamyde induit eum. His cornibus, inquiens, humi tenus dimiſſis monearis, quo Dei zelo ferveas, & perdurare in pace tuenda uſque in finem te debere ſcias. Exinde ſumpto ſceptro, baculoque: His ſignis, inquit, monitus paterna caſtigatione ſubjectos tuos corripias. Primum ergo Dei omnipotentis miniſtris, & viduis, ac pupillis miſericordiæ manus porrigas, numquam oleum miſerationis deficiat, ut Deo tibi propitio in præſenti pariter, & in futuro, ſempiterno præmio coroneris. Perfuſuſque oleo ſancto, & coronatus diademate aureo ab ipſis Pontificibus Hildeberto, & Vigfrido, ac omni legitima conſecratione completa, ab iiſdem Pontificibus ducitur ad ſolium, ad quod per cochleas aſcendebatur, & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas conſtructum, unde ipſe omnes videre, & ab omnibus videri poſſet. Divina deinde laude dicta, ſacrificioque ſolemniter celebrato, deſcendebat Rex ad Palatium*. Eademque ferme forma, Regum unctiones, coronationeſque, quæ paſſim hoc ſeculo, & ſequentibus in uſu fuerunt, factæ ſunt, ut de his iterum plura addere ſuperfluum ſit.

9. Pau-

9. Paulo ante Henricum, Rodulphus Francorum Rex hoc anno obiit, ut idem Flodoardus narrat, de cujus etiam obitu chronographus antiquus S. Medardi dictus ad hunc annum hæc adnotat. *Rodulphus Rex obiit, & Ludovicus filius Caroli junioris regnare cœpit*. Alter vero chronographus Clarus dictus, & chronicon monaſterii S. Petri vivi ad hunc annum. *Sexto idus Januarii*, ait, *primo Gallorum cantu incenſum eſt monaſterium Sanctæ Columbæ* (in Urbe Senonenſi poſitum) *&c. XVIII. Kal. Februarii eodem menſe obiit Rudulphus Rex* (nempe Francorum) *Antiſiodoro, quem ſepelierunt in Baſilica Sanctæ Columbæ. Poſt mortem ejus Hugo Magnus* (pater Hugonis Capeti poſtea Francorum Regis) *una cum Francis accerſiens Villelmum Archiepiſcopum* (nempe Senonenſem) *miſit illum ad Oginam* (Eginam intelligit) *uxorem Caroli Simplicis*, ut inde (nempe ex Anglia) *reduceret Ludovicum filium ejus. Fugerat enim ad Patruum ſuum Regem Anglorum* (intelligit Athelſtanum Anglorum Regem, Eginæ fratrem) *ob timorem Heriberti, & Hugonis. Venienſque Archiepiſcopus, datiſque obſidibus ſub ſacramenti titulo Oginæ matri ejus, reduxit Ludovicum in Franciam. Igitur XIII. Kal. Junii* (qui hoc anno in Dominicam cadebat) *unctus eſt in Regem Ludovicus filius Caroli Simplicis apud Lugdunum &c.*

JESU CHR. AN. 936. Rodulphi Francorum Regis obitus, cui Ludovicus ſuccedit.

Apud Dacheri tom. 2. Spicilegi. pag. 785.

10. Graviſſimam cladem hoc tempore Januenſium civitas ab Saracenis ſuſtinuit. *Per idem tempus*, ait Luitprandus, *in Januenſi urbe, quæ eſt in alpibus Cottiis octoginta ſtadiis a Papia diſtans ſupra Africanum mare conſtituta, fons ſanguinis largiſſime fluxit, ſubſecuturam cunctis pariter ruinam inſinuans, eo quippe anno Pœni*, ſeu Saraceni ex Africa, *cum multitudine claſſium illo perveniunt, civibuſque ignorantibus civitatem ingrediuntur, cunctos, pueris exceptis, & mulieribus, trucidantes, cunctoſque civitatis, & eccleſiarum Dei theſauros navibus imponentes in Africam ſunt reverſi.* Similem fere cladem ex apparitione ſanguinearum in Cœlo acium Nortmannorum ſtrages in Galliis prædictæ ſunt, ut ait auctor chronici monaſterii S. Petri vivi, ad annum ſecundum Regni Ludovici, ideſt anno 938 *Igitur 13. Kal. Julii unctus eſt in Regem Ludovicus filius Caroli Simplicis apud Lugdunum. Secundo anno poſt hæc 16. Kal. Martii a Gallorum cantu uſque ad lucem diei ſanguineæ acies per to*

Januenſis civitas a Saracenis vaſtatur.

Luitpr. hiſt. lib. 4. 2.

Hungari Gallias iterum excurrendo vaſtant.

Dacheri ſpicileg. tom. 2. pag. 722.

tam

Jesu Chr. An. 936. *tam Cœli faciem appar:erunt. Sequenti autem menſe nono Kal. Aprilis Hungari adhuc in Paganiſmo perdurantes, Franciam, Burgundiam, Aquitaniam ferro, & igne depopulari cœperunt*. Et Senonicam Urbem præ ceteris, & monaſterium S. Petri incendentes vaſtarunt, ait is auctor, earumdemque cladium Flodoardus in chronico ad hunc annum, aliique mentionem faciunt.

Manaſses plures ſibi Episcopatus vindicat. *Luitpr. hiſt. lib.4. cap.3.*

11. Continuas tamen tum in Italia, cum in Galliis ſtrages hoc tempore peractas, non tam aut ſanguinea pluvia, vel ſanguineæ acies protenderunt, quin potius morum corruptelæ, ac Eccleſiaſticarum legum contemptus promeruere, exemplo ſint ea, quæ de Manaſſe Arelatenſi Epiſcopo narrat Luitprandus. *Hoc tempore Manaſſes Arelatenſis civitatis Epiſcopus, agnita Regis Hugonis potentia, a cujus ipſe ſanguine affinitatis lineam traxerat, deſerta commiſſa ſibi Eccleſia, ambitionis ſpiritu, multas violaturus, immo laceraturus Eccleſias, Italiam petiit. Hugo autem Rex ſe regnum ſecurius obtinere ſperans, ſi affinitate conjunctis regni officia largiretur, contra jus f: ſque Veronenſem, Tridentinam, Mantuanam commendavit illi, ſeu (quod verius eſt) in eſcam dedit Eccleſias*. Qui nec his contentus, Eccleſiam Mediolanenſem invaſit, ut idem auctor inferius pluribus narrat; atque ut aliquo velamento, tamquam ficus foliis, peccatum obtegeret nefarius homo, id ſe agere exemplo tradebat Principis Apoſtolorum, qui Antiochenam, Romanam, & Alexandrinam adminiſtravit Eccleſias. Hæc Luitprandus, qui eumdem rude, & inconcinne, temereque garrientem, acri (ut par erat) invectiva exagitavit, qui etiam de eodem homine, Dei, ejuſque legum contemptore addit, neque his acquieviſſe, ſed Marchiam Tridentinam ab affine Rege obtinuiſſe, atque armis indutum in ejuſdem Regis exercitu militaſſe, ſeu ut ait, *quum miles eſſe inciperet, Epiſcopus eſſe deſiit*. Id etiam notatu dignum, præcipuas Eccleſiarum in Italia ſedes ab Hugone Rege ſuæ gentis viris, ſeu Gallis donatas fuiſſe. Unde Ilduinus Mediolanenſem, Ratherius Veronenſem ſedem tenebant, ut alios prætereamus.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 937. LEONIS VII. PAPÆ AN. 2. CONSTANTINI IMP. AN. 26. ROMANI IMP. AN. 19.

1. Hic quoque annus ob Hungarorum incurſiones Italiæ, & Galliæ infauſtus fuit; de cladibus in Italia, & præcipuæ in Campania illatis, hæc ad hunc annum narrat Leo Oſtienſis. *Indictione decima venientes innumerabiles Hungari, omnia circa Capuam prædati ſunt. Eadem vero, & Beneventi fecerunt, Sarnum uſque ad Nolam diſcurrentes, & devaſtantes omnia, peragranteſque Liburiam, iterum Capuam reverſi, diebus duodecim in campo Gariliano commorati ſunt. Quo ſcilicet tempore multos ex hominibus noſtris Caſſinenſis ſcilicet monaſterii captivos duxerunt. In quibus redimendis ea expendimus, quæ infra notantur: Coronam argenteam magnam cum catenis argenteis, pocula argentea quatuor, thuribulum argenteum inauratum, cochlearia argentea tria ponderis libræ, turenos viginti, planetam diarodinam Byzantorum viginti, planetam aliam cum liſtis argenteis Byzantorum ſexdecim, planetam aliam cum leonibus, ulnas de pallio longitudine paſſuum quatuor, latitudine palmorum trium, pannum altaris diarodinum pro Byzanteis octo, oſtiales tres pro Byzanteis tredecim, Aſtancas duas pro Byzanteis octo, pulvinaria ſerica tria pro Byzanteis decem. Et inde victoria elati, onuſti præda, Marſorum fines ingreſſi ſunt, & eadem facere cœperunt, incendentes, & depopulantes omnia. Nutu igitur Dei, Marſi ac Peligni in unum convenientes, in eos diſpoſitis inſidiis irruunt, & omnibus fere trucidatis, ingentem prædam retulerunt. Quicumque autem ex eis evaſere Marſorum gladios, fuga dilapſi ad ſuos ſe receperunt.* Hæc de Hungaris Leo, quorum irruptionem ad annum proximum 936. narrat in chronico Lupus Protoſpata.

Hungari Campaniam vaſtant. *Leo Oſtien. in Chron. lib. 1. 55.*

2. Dum hæc in Italia agerentur, alter ejuſdem efferatæ gentis exercitus in Gallias irruens, ingentes ibidem quoque ſtrages edidit, ut Flodoardus in chronico, Vitichindus lib. 2. aliique narrant; unus præ omnibus audiatur Hermannus Contractus: *Ungari per Bojariam Alemanniamque, & Orientalem Franciam prædiis, gladio, igneque furendo vagantes, tranſito Vormatiæ Rheno, Alſatiam, Regnum Lotharii*, ſeu Lotharingiam, *& adjacentes uſque ad Oceanum Gal-*

Hungarorum clades in Galliis.

Jesu Chr. an. 937. *Gallias vaſtantes per Burgundiam, Italiamque in Pannoniam redierunt, monaſteria S. Bonifacii, Sanctique Galli incendio conſlagraverunt &c.* De monaſteriorum cladibus, pluribus pro more ſuo agit Mabillonius, quæ perſequi inſtituti noſtri ratio non patitur.

Rodulphi Burgundiæ Regis obitus, cui Conradus ſuccedit.

3. *Ipſo anno 937. Rodulphus Burgundiæ Rex defunctus, Agauni apud Sanctum Mauritium ſepultus eſt. Filius ejus Conradus Regnum pro eo ſuſcepit*, ait Hermannus Contractus, cui continuator Reginonis, & Flodoardus ſuffragantur. Hujus Rodulphi ſecundi Burgundiæ Regis *Viduam nomine Bertam Rex Hugo, Alda Lotharii Regis filii ſui matre defuncta, maritali ſibi conjugio ſociarat*, ſeu uxorem accepit, ait Luitprandus, quem ſupra anno 930. inceſtas cum Marotia nuptias celebraſſe diximus; iis itaque ſolutis, has alteras cum Berta Rodulphi vidua contraxit, qui ſubdit, filio ſuo Lothario Regi filiam quoque Rodulphi nomine Adelaidam forma honeſtiſſimam, & probitate gratioſam uxorem dedit, quod Græcis illicitum fuiſſe adnotat, ut ſcilicet pater, & filius matrem, & filiam uxorem ducant, ſicuti in Hugone patre, & filio Lothario contigerat.

Luitpr. hiſt. lib. 4. 6.

Hugo Italiæ Rex libidine & perfidia clarus.

4. Ceterum etſi Luitprandus Hugonem Italiæ Regem, cujus ipſe gratiam ob vocis melodiam inierat, laudibus ſæpe celebret, hoc loco ejuſdem effrenem libidinem diſſimulare non potuit, nam ſubdit. *Hugo multarum concubinarum deceptus illecebris, præfatam ſuam conjugem Bertam maritali non ſolum non coepit amore diligere, verum modis omnibus execrari*, ac addit, ex concubinarum grege tres præcipue ei in deliciis fuiſſe, quarum prima *Bozola* nomine ex viliſſimo Svevorum genere, Bozonem ei genuit, quem Placentinum Epiſcopum poſt Vidonis obitum ordinari juſſit. Secunda Roſa dicta eſt, Valberti filia, quæ ei filiam peperit; Tertia Stephania genere Romana, quæ ei Theobaldum genuit, quem primo Mediolanenſem Archidiaconum ordinari *ea ratione conſtituit, ut defuncto Archiepiſcopo, ejus ipſe Vicarius poneretur*, ſeu ſucceſſor fieret, ſicque dum vaga libidine pollueretur, Italiæ quoque Eccleſias foedabat, cum pellicum ſuarum filios, iis regendis, ſeu potius violandis præficiebat, quod eo etiam turpius erat, dum ut idem addit Luitprandus, *Quoniam non Rex ſolum iis abutebatur, earum nati, ex incertis parentibus originem ducunt*. Hugonis libidinem perfidia

dia æquabat, qua nemini ſibi, vel leviter ſuſpecto parcebat, qua ratione Lambertum fratrem ſuum Thuſciæ Ducem, exauctoratum obcœcavit, ut anno 930. diximus. Hoc tempore Boſonem fratrum alterum, quem Thuſciæ Ducem, Lamberto remoto, dixerat, iiſdem appetitum inſidiis, ſeu potius ejus theſauro inhians, dolo captum cuſtodiæ tradidit, ac Thuſciæ Ducatum Humberto filio ſuo ex concubina genito dedit. *Hugo Rex*, ait Flodoardus in chronico ad hunc annum, *repertis quibuſdam fratris ſui Boſonis contra ſe, ut fertur, inſidiis, eumdem fratrem ſuum dolo capit, atque in cuſtodia mittit*. Luitprandus quidem rem geſtam enarrans, ab Villa uxore ſua auri cupidiſſima ad novas res Bozonem excitatum fuiſse addit, nil tamen niſi foediſſimum facinus ſingulatim adnotat, cum ſcilicet balteum pretioſum gemmis ornatum, ex Villæ obſcenis partibus, ubi illud rapacitati Vidonis abſconderat, inventum eſt, unde ſubdit. *Verumtamen quæ abſcondit, an qui eum inquirere feciſſet, foedius egerit, mihi quidem videtur amphibolum*, ſeu ambiguum, *liquet tamen, quod uterque auri, gemmarumque nimia eſt eupiditate animatus*. Auctor vero chronici Novalicenſis, de Hugonis Regis ſoevitia, & libidine narrat eum per civitates, & caſtella auriculares, & præcones miſiſſe, ideſt exploratores, *ne homines inconſulto loquerentur de eo*, ut nemo de eo loqui auderet, de libidine autem addit. *Genuit filium, quem vocavit Lotharium*, cui cum uxorem dediſſet, *Pater ſuccenſus face luxuriæ, nurum vitiat, antequam ad filii perveniat thalamum. O nefas, o libido indomita*, quæ etſi vera non ſint, eo tamen uſque eum infamatum fuiſse indicat, ut ne nurui ſuo pepercerit.

Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 2. pag. 731.

Athelſtani Regis Angliæ victoria.

5. Hoc anno 937., ait Hovedenus, cui alii ſcriptores Angli conſentiunt. *Hibernenſium multarumque inſularum Rex Paganus Anlaphus a ſocero ſuo Rege Scotorum Conſtantino incitatus oſtium Umbriæ fluminis valida cum claſſe*, ideſt cum 915. *navibus ingreditur, cui Rex Athelſtanus, fraterque ſuus Clito Eadraundus in loco, qui dicitur Brumanburch, cum exercitu occurrerunt, & prælio a principio diei in veſperum tracto quinque Regulos, ſeptemque duces quos adverſarii ſibi in auxilium conduxerant, interfecerunt, tantumque ſanguinis quantum eatenus in Anglia nullo in bello fuſum eſt, fuderunt, & Reges Anlafum, & Conſtantinum, Regem quoque Cambro-*

Jesu Chr. an. 938. *rum ad naves fugere compulerunt, magnoque cum triumpho reverſi ſunt.* Ante pugnam Athelſtanus Rex immunitatem promiſit monaſterio S. Joannis de Beverlaco, ſi Dominus daret ei victoriam, & poſt victos Danos multis, & magnis immunitatibus locum ditavit, & aſyli jus conceſſit, ut videre eſt apud Alphordum hoc anno, ubi de hac victoria alia adnotat, ac quarto poſt eam anno, ſcilicet 940. Atelſtanum obiiſſe narrat Volſtanus monachus hujus ſeculi ſcriptor in vita Ethalvodi Epiſcopi Vintonienſis in actis Ord. Bened. a Mabillonio recitata die prima Auguſti.

JESU CHRISTI annus 938. Leonis Septimi Papæ 3. Constantini Imp. an. 27. Romani Imp. an. 20.

Leonis ſeptimi diploma ad Odonem Abbatem.

Mabill. Annal. p. 429.

1. Leonem Septimum Romanum Pontificem in regulari diſciplina inſtauranda ſollicitum fuiſſe diximus: hoc anno ad Odonem Floriacenſem Abbatem, & monaſticæ diſciplinæ reſtauratorem ſcribens cum eo gratulatur, quod prædictum cœnobium, ad normam monaſticæ diſciplinæ floreſceret; nam ſubdit. *Cum ille monaſticus ordo ubique ſit nimium imminutus, ſpes nobis ineſt, quia ſi in illo cœnobio, quod eſt quaſi caput ac primas omnium cœnobiorum, vigor monaſticus convaleſcat, cetera circumquaque poſita quaſi membra convaleſcent.* Quapropter, ait Pontifex, *comperto, quod filius noſter Odo venerabilis Abbas in hoc monaſterio, & venerabilis vir Hugo, videlicet Dux Francorum ibidem nuper ſtabilierunt,* monaſticam, videlicet, diſciplinam, eamque magis augeri ſperans, decernit, ut locus ille, aut res quælibet ad ipſum pertinentes, nullius poteſtati, niſi tantum regiæ ſubmittantur, neque Rex ipſe, vel quivis Princeps, umquam ipſum locum aut Epiſcopo, aut canonico, aut laico homini tradat, ſed poſt obitum Abbatis liceat monachis ſucceſſorem eligere, ſive ex ipſa congregatione, ſive ex alia qualibet monaſtica fraternitate. *Scriptum per manum Theodori notarii, & ſcrinarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Januario, Indictione XI. Datum V. idus Januarii per manum Nicolai primicerii ſummæ Apoſtolicæ Sedis, anno Deo propitio Pontificatus Domini Noſtri Leonis Pontificis, & univerſalis Papæ VI.* (lege VII.) *in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli III. in menſe, & Indictione ſupraſcriptis.* His alias ejuſdem Pontificis litteras pro monaſteriorum diſciplina reſti-

tuen-

tuenda addit Mabillonius præcipuis Galliarum Epiſcopis inſcriptas, vel Principibus, ut ibidem videre eſt.

Odo Abbas iterum Romam a Leone vocatus.

2. Eumdemque Odonem Abbatem Romam hoc anno, ut ait Pagius, vel ſequenti, ut ſcribit Mabillonius, Leo Papa iterum revocavit, ut opus quod incœperat, reformationem ſcilicet monaſterii Sancti Pauli extra urbem, perficeret, & ut Hugonem cum Alberico reconciliaret, urbique pacem, ſecuritatemque reſtitueret; Unde Joannes in vita Odonis, anno Incarnationis 938, ut legit Pagius, vel 39., ut ait Mabillonius, *& ejus ætatis*, ideſt Odonis, *ſexageſimo, in monaſtica religione trigeſimo anno, Romam veniens, me miſerum terrenis irretitum nexibus reperit, miſeranſque ſuo rete piſcatus eſt, ac me infelicem dignatus eſt ſibi ſocium ſumere*, in Romano itinere, *& quem canonicum parentibus abiens rapuit, rediens poſtmodum monachum reduxit*: De geſtis autem Romæ ab Odone, hæc addit. *Ante triennium nobis Romæ apud Sanctum Paulum agentibus Abbas Balduinus rogavit Odonem, ut vitam Beati Martini Epiſcopi, quam Sulpicius in Galli, & Poſthumiani dialogo ſcribit, quibuſdam ſcholiis illuſtraret*, cui operi, adjutore Othecario monacho, cum manum admoviſſet Odo, accidit ut pulſante campana ad veſperas uterque iret, Codice aperto in cella relicto, quo tempore, cum ingens decidens pluvia totum codicis marginem infœciſset, ſcripturam tamen intactam reliquit, quod virtute S. Martini tribuit Odo, quo etiam tempore, ut idem ſubdit Joannes, *Albericus Princeps contulit nobis monaſterium Sancti Eliæ* in Thuſcia, cui Theothardum præpoſitum Odo conſtituit, at cum monachos ibidem degentes ab eſu carnium revocare non poſſet: *Cœpit in finitimis regionibus piſces emere, ut vel ſic eorum ſatisfaceret voluntati*, et cum huc illucque diſcurrendo ad requirendos piſces equi defeciſſent, ab Theothardo admonitus Odo, precibus ſuis effecit, ut in proximo monaſterii lacus exurgeret: *Ut nec deincepi opus fuit Præpoſito piſces emere, lacu illo eos ſuppeditante*, ait is auctor, Odonis merito id tribuens.

Odo scholia in vitas Martini addit.

Venceslai Bohemiæ Ducis martyrium.

3. Interea cum vertente ſeculo proximo, hujuſque initio, Chriſti fides in Bohemia Methodii præcipue opera inſerta mirifice propagaretur, ac eam ejuſdem Regni Dux Uratislaus Borſivoi Ducis, & Ludmillæ filius ſuſcepiſſet, liberos

duos

JESU CHR. AN. 938.

duos moriens reliquit Venceſlaum ſcilicet, & Boleſlaum, quorum primus a Ludmilla avia, religioſiſſima fœmina pie, ſanctèque educatus fuit. Verum cum Drahomira Chriſtiano nomini infenſiſſima, Uratiſlao marito demortuo, Regni gubernacula ſuſcepiſset, utrumque occidendum curavit; Ludmillæ quidem memoria die 16. Septembris apud Bohemos celebratur, Venceſlai vero die 28. ejuſdem menſis ſolemni Officio recolitur, eademque die in martyrologio Romano legitur, cujus martyrium ad hunc annum alligavit Baronius, at paulo ante id accidiſse cum Bailetio adnotat Pagius, de quibus plura ibidem videri poſſunt.

Bailet. 28. *Septemb. Bolland. ibid.*

Ottonis Regis victoria de hoſtibus precibus impetrata.

4. Hoc quoque tempore, vel anno rebellantibus adverſus Ottonem Germaniæ Regem Henrico fratre cum Heberardo Francorum Duce, & Gisleberto Lotharingiæ, comparato validiſſimo exercitu, cum adverſus eos Otto expeditionem ſuſcepiſset, ut oſtenderet Deus non vinci hoſtes armis tantum, ſed precibus, & prævalere juſtam cauſam omni apparatui validiſſimo, atque fidendum potius divinæ quam humanæ potentiæ, in tranſitu Rheni ſic permiſit Ottonis dividi copias, ut aliis ad ripam ulteriorem tranſmiſſis, aliis in alteram ripam remeantibus cum Ottone, neceſſe fuit illis qui tranſmiſerant amnem, ex improviſo apparente ingenti exercitu hoſtium, cum illis conferre manus, & quamvis paucisſimi numero eſſent, eos tamen vicerunt, atque fugarunt, incruenta parta victoria, quam fuſiori ſtylo narrant Witichindus Saxo, Luitprandus, & alii: *Tunc Rex*, inquit Luitprandus, *denique ſuorum tantam conſtantiam non ſine divino inſtinctu conſiderans, quoniam fluvio intercedente, corporali præſentia ſuis ſubvenire non poterat, recordatus populi Domini, qui repugnantes ſibi Amalechitas orationibus Moyſi Servi Dei devicerat, protinus de equo deſcendit, ſeque cum omni populo lacrymas fundens ante victoriferos clavos, manibus Domini Noſtri Jeſu Chriſti affixos, ſuæque lanceæ poſitos, in orationem dedit, quantumque juſti viri (ſecundum juſti viri ſententiam Jacobi), tunc valeret oratio, res manifeſta probavit; Eo namque orante cum ex ſuis nullus occumberet, hoſtes ſunt in fugam converſi, nonnullique eorum cur fugerent, penitus ignorabant.* Hæc Luitprandus, qui capite ſequenti, qua ratione Chriſti lancea in Henrici poteſtatem venerit, hiſtoriam texit, quam Rodulphus Burgundiæ

diæ Rex, qui aliquot in Italia annis imperaverat, a Samſone Comite dono acceperat, atque a Rodulpho Henricus precibus minisque adhibitis impetraverat. cujus ope ubique victor evaſerat, eamdemque cum Regno filio ſuo Ottoni reliquit. cujus ope ingentem miramque de fratre Henrico, rebellibuſque Comitibus victoriam reportaſſe pluribus demonſtrat, quæ exſcribere ſuperfluum eſt. Jesu Chr. an. 939. *hiſt. lib.* 4. *cap* 8. 9 12. 13. *Luitpr. cap.* 12. 13.

JESU CHRISTI annus 939. Stephani Octavi Papæ an. 1. Constantini Imp. an. 28. Romani Imp. an. 21.

1. Hoc interea anno Leo Septimus Romanus Pontifex eximiæ pietatis vir, ut in ejus ordinatione diximus, cum annos tres, menſes ſex, dies aliquot Romanam tenuiſſet Sedem, ac inter urbis anguſtias ob Hugonis, & Alberici diſſidia excitatas, ſanctiſſime Romanam Eccleſiam adminiſtraſſet, vivere deſiit, ſucceſſoremque habuit Stephanum Octavum, natione, ut fama fertur, Germanum, qui annos tres, menſes tres, dies quindecim Pontificatum tenuit, ab eoque Petrus Ravennatenſis Archiepiſcopus privilegiorum ſuorum confirmationem obtinuit, ut refert Rubeus lib. 5. hiſt. Ravennati, hæc exhibens: *Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Stephani ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ, in Apoſtolica Sacratiſſima Beati Petri Sede, primo, Regnante Domno Hugone piiſſimo Rege anno XIIII. ſed & Domno Lothario filio ejus item Rege anno nono, die 29. Octobr., Indict. XIII. Ravennæ &c.* Hujus Pontificis majeſtatem, inflictis in vultu vulneribus, a ſacrilegis, ſeditioſiſque civibus violatam fuiſſe narrat antiquus auctor, qui vitas Pontificum hujus ætatis ſcripſit; unde factum eſt, ut impoſterum in publicum prodire timeret, aut vereretur, utpote faciem deturpatam referens; Qua de cauſa Pontificis dignitatem Romani cives violaverint, non conſtat, neque ignotus auctor prodit: ſi conjecturis locus detur. Alberici urbis Domini, ſeu tyranni id factum fuiſse credibile eſt, cum Romanus Pontifex, urbis, & Romani Ducatus Dominus, uſurpatæ ab eo in urbe dominationi reſiſteret, ſed de re incerta, ex ignoto auctore hæc dicta ſint. Leonis VII. Papæ obitus, cui Stephanus VIII. ſuccedit.

2. Hoc etiam anno Otto Rex Germaniæ, ob alteram de rebellibus victoriam habitam illuſtrior adhuc evaſit quam hoc anno, quo infelix Lotharingiæ Dux occubuit, obtinuiſſe Inſignis Ottonis Regis victoria.

ait

Jesu Chr. an. 939. ait Flodoardus : rem geſtam narrat Luitprandus, hujus temporis ſcriptor, ac adnotat eum ab Epiſcopis plurimis, Friderici Moguntini Epiſcopi exhortatione, deſertum fuiſse, Luitpr lib. 4. 14. 15. 16. Qui *defixis noctu per gyrum ammiſſis tentoriis cœperunt Regem deſerere, clamque ad civitates proprias confugere, Friderico eum eodem ſubdole permanente*. Quare a ſuis deſertus, qui remanſerant Regem rogabant, ut fuga ſibi conſuleret, ne repentinus frater ejus Henricus cum Everardo, & Giliberto rebellibus irruens, nec fugiendi locum ei relinquerent, at impavidus Rex Judæ Machabei exemplo, ſuos non ſolum ab fugæ propoſito revocavit, verum etiam in Deo, & cauſæ juſtitia confidens, ut vehementer pugnarent, excitavit, nec eum ſua fefellit ſpes, nam ut idem auctor ſubdit. *Everardus, & Giſlebertus audito Regem in Alſatia eſſe, quoniam neminem, qui eis reſiſteret, verebantur: permagno collecto exercitu, Rheni alveum ad Andernacum pertranſeunt, Regiſque fideles circumquaque demoliri procedunt. Udo ſane Hermanni Ducis Suevorum frater, necnon, & Conradus cognomento ſapiens, quos ſuperius diximus Regi eſſe fideles, ipſis in partibus erant, ſed quia eorum copiæ iſtorum copiis impares extiterant, his occurrere trepidabant. Verum jubente Deo, non locutionis, ſed inſpirationis modo, hos cum multis ſpoliis redeuntes pone ſequuntur. Cumque paululum proceſſiſſent: quidam eis flens, & ejulans obviam venit ſacerdos, qui rogatus ab eis, quo iret? cur fleret? Ab iſtis, inquit, prædonibus ego venio, qui paupertatis meæ ærumnam, uno quod poſſidebam jumento ablato; dilatarunt. Quod eum præfatus Udo, & Conradus audirent: an Giſlebertum atque Everardum videris, ex amuſſim ſunt ſciſcitati. Quo reſpondente, quoniam cum præda cunctis pene trans Rhenum miſſis, ipſi ſoli cum eorum electis militibus (quod nec bene vertat) capiunt cibum, tanta celeritate ſuper eos irruunt, ut ſi videres, non eos currere, ſed diceres transvolare. Quid plura? Everardus gladiis occiditur, Giſlebertus Rheni undis ſubmergitur, quas quoniam exuperare præ multitudine non potuit, anima recedente defecit. Cæterorum vero nullus aufugit, qui non aut vivus caperetur, aut gladio truncaretur. Vides igitur quemadmodum ſuper Regem tribulantes Dominus manum miſerit, quem in viis ſuis ambulantem cognovit*. Hæc de victoria Luitprandus hujus temporis ſcriptor, ſubjiciens his ingentes gratiarum actiones, quas Otto

Digitized by Google

Otto Deo retulit, ubi de victoria nuntium accepiſſet, eo tempore, quo ad Eccleſiam Deo juſtiſſimam cauſam ſuam commendaturus accederet. Henrico autem fratri etſi rebellionis princeps fuiſset, ſupplicibus votis veniam petenti benignus indulſit, immo ducatum Burgundiæ eidem donavit. Jesu Chr. an. 939.

3. Nec mirum victorem undique Ottonem fuiſse, quem pietatis opera Deo acceptum reddebant; Inter cetera. *Unum pater egregie*, ait Luitprandus, Epiſcopum Liperitanum, cui hiſtoriam ſuam inſcripſit, compellans: *Unum*, inquit, *velim pater egregie attendas, quod cum audieris plus Ottonem animi paſſiones, quam hoſtes viciſſe miraberis*, ac narrat, quod Comes quidam, *tunc prædives eum eo erat, cujus multitudo militum Regis aciem condecorabat*: Is itaque nunciis ad Regem directis Abbatiam Laureshein dictam, prædiis ditiſſimam, ut ſibi concederet, petiit. At Rex nunciis remiſſis ſe verbis reſponſurum fore dixit; quare ad eum convolans Comes, *populo circumſtante*, Rex, ſe obedire Deo debere magis quam hominibus dixit, addens, *cur monaſteriorum prædia, quæ a religioſis viris Deo ſunt militantibus tradita, tulero, & ſeculo militantibus dedero? &c* Quare importunus Comes, petita excuſatione, receſſit, ac *ſe graviter peccaſſe confeſſus eſt*, ait is auctor.

Ottonis Regis pietas commendatur. *cap. 5.*

4. Ottonis autem Regis religio, qua monaſteria ſecularibus tradere recuſavit, eo illuſtrior fuit, cum hoc ſeculo eadem paſſim viris, ac fœminis commendarentur, ſeu ad fruendum darentur, vel ambitioſis, & ſimoniacis monachis venderentur. Unde regularis diſciplina ubique penitus extincta jacebat. Hinc, ut adnotat Muratorius, Mathildi Rodulphi Burgundiæ Regis filiæ, quæ Lothario Ugonis Italiæ Regis filio nupſit, præter quinque Curtes, ſeu poſſeſſiones, & oppida, tres quoque Abbatiæ, dotis loco, ſeu ſuſtentationis ab Hugone Rege datæ ſunt, ut ex autographo dotali inſtrumento conſtat apud Margarinum. Quam luctuoſa, & triſtis Farfenſis monaſterii conditio hoc tempore eſſet, etſi, ut ait Gregorius auctor chronici Farfenſis, ſeculi undecimi ſcriptor, *in toto Regno Italico non inveniretur ſimile huic, niſi quod vocatur Nonantulæ* dicitur prope Mutinam: quo ſtatu tunc eſſet, paſſim adnotat Mabillonius in Annalibus; hoc tempore cum Raffredus Abbas ibidem eſſet, *duo ſcelerati monachi*, ait auctor chronici ejuſdem monaſterii, quorum

Monaſteria ſecularibus viris, & fœminis paſſim tradita, vel ſimoniacis vendita. *Murator. an. 938.*

Margar. bull. Caſin. tom. 2. 49. apud Murat. rer. Ital. tomo 2. par. 2. pag. 417.

Jesu Chr. an. 939. unus Campo, alter vero Hildebrandus dicebatur, ut Abbatiam obtinerent Ratfredum Abbatem jamdiu per annos triginta novem eam Abbatiam tenentem, veneno propinato interemerunt. Quo defuncto, *Hildebrandus Papiam perrexit ad jam dictum Regem Hugonem, & pecunia magna acquiſivit ad opus Camponis peſſimi hanc Abbatiam*, cui Campo cellas quatuor, duas in Marchia, & duas in Comitatu Reatino Hildebrando dedit, ideſt ſubdita monaſteria, quæ Farfenſi ſubjacebant. *Hoc expleto reverſi ſunt Sabinis, non ut monachi ſed ut impii*, at inter eos pax inita vix annualis fuit. Nam Hildebrandus, data Marchiſanis pecunia, Camponem inde expulit, at Campo majori promiſſa pecunia Farſam rediens, *ſororem ſuam Tranſberto uxorem dedit, & de bonis monaſterii bene eam dotavit*, ait is auctor: ſicque Campo, & Hildebrandus monaſterii bona dilapidabant, cum præcipue *Hildebrandus*, ut in breviori chronico adnotatum eſt, *Concubinis, filiis, ac filiabus res hujus monaſterii dedit. In hoc malo perduravit*, Campo falſus monachus, & pſeudo Abbas, *uſque ad tempus Romanorum Principis Alberici. Qui comperta hujus monaſterii crudeli devaſtatione, quam peſſimus prædictus Abbas Campo ſatagebat exercere, valde condoluit, & ſicut alia monaſteria ſub ſuo conſtituta dominio, ad regularem normam, quam amiſerant in Paganorum devaſtatione prædicta, ita & hoc Cœnobium reducere ſtudebat. Denique cum huc Monachos regulares mandaſſet, noluit eos recipere Campo maleficus cum ſuis Monachis; ſed potius conati ſunt eos noctu interficere cum cultris in lectis. Qua de cauſa Romam ad prædictum Principem territi redierunt. Unde in iram commotus de monaſterio ejecit illum, qui ad Reatinam fugit Civitatem, ibique adjutorio ſuffultus parentum, cœpit habitare. Fuit quidem nobilis genere, ſed plurimarum hujus rerum monaſterii diſtractor; & earum iniquus concambiator, bonorum paucorum piger adquiſitor, multorum quodque conſanguineis largitor*. His multa de altero, ut ait monaſterii ejuſdem flagitioſo monacho, tyranno, atque diſſipatore, ac tandem addit, quod Albericus Princeps Campone expulſo Dagibertum ibidem Abbatem conſtituit, cui cunctas reſtituit Curtes, tum quas Campo diſtraxerat, quam eas, quas Hildebrandus filiis, filiabuſque ſuis tribuerat, *diligebatque eum*, Albericus Romanorum Princeps, *& honorabat ſatis*; at de his

Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 1. pag. 469.

his hactenus, quo unico exemplo quis ceterorum monaſteriorum ſtatus eſſet, cognoſci poteſt.

Jesu Chr. an. 939.

5. Antequam Italia excedamus adnotandum eſt, quod cum Ratherius Veronenſi Sede ejectus, carcerique Hugonis Regis juſſu incluſus, ut anno 934. diximus, poſt triennium vero liberatus, ut idem in epiſtola ad Joannem 12. Papam narrat, ac poſtea ab Hugone invitatus, ut ad eum veniret, nam facti *pœnitens*, ait, optabat, ut *ſi vellet reſtitutionem mibi impetraret*, ſin alias, daret pecuniæ tantum, ut amplius non egerem, *Veniebam*, ait ad Hugonem Regem, *comprehendit me Berengarius*, qui cum Hugone de Italiæ Regno contendebat, inſtinctu Manaſſes, qui tunc Mediolanenſem ſedem invaſerat, & poſt tres menſes cum dimidio, Veronam perductus, ubi tunc Milo quidam eam eccleſiam occupaverat, ibique a Milone ſpecie quidem, ut Manaſſem excluderet, benigne exceptus, per biennium martyrium quoddam, ut ait, pertulit. Nam Milo contra Ratherium non ſolum omnes clericos, ſed etiam milites, colonos, & famulos, eo uſque excitaverat, ut, *Non ſynodum agere, non capitulo clericorum intereſſe, non aliquid, quod emendandum eſſet audebam ſolummodo commemorare, ſtatuere quidlibet, vel deſtituere &c.* Itaut. *Quadam die dum ordines eccleſiaſticos agerem, Archidiaconus cum omni clero exiens, me ſolum in eccleſia relinqueret, & alteram ſibi contra me vindicaret: O tempora, o mores; o legis canonicæ publica conjuratio.* Interea Manaſſes Arelatenſis, & Mediolanenſis eccleſiæ invaſor, *tendens inſidias Veronenſi Epiſcopo*, Miloni, *conſecravit Epiſcopum quemdam ſuæ diœceſis clericum in titulo eccleſiæ Veronenſis &c. Horum vero omnium*, ſubdit poſt aliqua, *cum incentor Milo eſſet, & auctor, mei tamen, & videri, & dici ambiebat advocatus, & tutor. Itaque callidiſſime me affligebat, ut rariſſimus eſſet in Regno, qui non æſtimaret amiciſſimum eum eſſe mihi omnino. Biennio, & hoc tolerato, dum ad veſpertinalem perſolvendam pergerem ſinaxim, affuit miſſus Domini Regis Lotharii præcipientis, ut urbe decedens darem locum Manaſſe ſedem meam invadendi, adicjiens amicale ſatis conſilium, melius eſſe ut ſecederem, quam Milonis dolo, aut interficerer, aut quod levius his multo, ſed graviſſimum mihi eſſet futurum, comprehenſus, quo minime vellem, abducerer*, in cuſtodiam ſcilicet, vel in carcerem. Quare ne-

Ratherius Veronam redit, iterum inde ejicitur. *Apud Dacheri ſpicil. t. 2. pag. 248.*

Jesu Chr. an. 939. neceſſitate coactus, Verona iterum excedens, cum hoc tempore in Italiam Berengarius rediiſſet, ad eum abiit, *tentans, ſi daretur optio, ut meo reſtituerer loco, ſed impedivit, quod alterum illic inſtitutum Rex invenit, Milonis ſcilicet nepotulum . . . . cui quidem Manaſſes ſedem vendiderat*; quare ea ſpe dejectus in Gallias primum, deinde in Germaniam ad Ottonem Regem tranſit, cum quo, ut veroſimile eſt, in Italiam rediit, at cum inde paulopoſt Otto, in Germaniam rediiſſet, ut anno 932. diximus, cum eo iterum Italia excedens, Leodienſis Epiſcopus a Brunone Ottonis Regis fratre ordinatus eſt, ut anno 954. dicturi ſumus.

Ramiri Regis adverſus Arabes victoria in Hiſpania.

6. Hoc quoque anno Ramirus Legionis Rex in Hiſpania de Arabibus in Corduba regnantibus, & Africam incolentibus, qui adverſus chriſtianos arma conjunxerant, ingentem Deo auſpice victoriam retulit. Nam cum ſemel, & iterum copiæ Regis Abderamni tunc Cordubæ regnantis cœſæ ab eodem Ramiro Rege fuiſſent; ira fremens ille majorem quam unquam antea adverſus eum expeditionem parandam curavit, ut acceptas ulciſci omnino poſſet injurias: quamobrem præter eum, quem ipſe congregaverat ex ſibi ſubditis, ex Africa petitis militibus collegit exercitum centum quinquaginta militum peditum, equitum vero quinquaginta millium. Sed cum longe numero eſſet impar exercitus Chriſtianorum, ut cum tanta barbarorum multitudine congredi poſſet, pius Rex ad divinum implorandum auxilium ſe convertit, nuncupatiſque divinitati votis, aggreſſus eſt hoſtes præviis (ut aliqui tradunt) duobus Angelis equeſtrium militum turmam præſeferentibus, quorum ope obtinuit victoriam, cœſis octoginta millibus hoſtium, vel ut alii legunt, trigintamillia, ducto captivo Maurorum duce Abena, qui Cæſar-Auguſtæ præerat, ceteris in fugam verſis, cum ipſo ſupremo Calipha, ſeu Rege Abderamne. Hanc victoriam Hiſpani ſimul, & Arabes auctores referunt, alii ad annum 934., alii ad annum 938., vel etiam labenti 939., ut Pagio placuit, de quibus Rodericus lib. 5. cap. 7. Mariana, aliique conſulendi ſunt, nam rerum ſummam attigiſſe nobis ſat eſt.

JE-

Digitized by Google

JESU CHRISTI an. 940. Joannis octavi Papæ 2. Constantini Imp. 29. Romani Imp. 22.

1. Cum faciles Hugo Italiæ Rex ſuſpicionibus aures præberet, ſicuti Italiæ Proceribus inviſus erat; ita eoſdem ſuſpectos habebat, quare hoc anno in Berengarium Iporegiæ, ejuſque fratrem Anſcharium Spoletinorum, & Camerinenſium Duces, inſidiis paratis, ambos interfeciſſet, niſi iis detectis, fugæ ſibi Berengarius conſuluiſſet, ut pluribus narrat Luitprandus, Hanſcharium tamen, 60. militibus adverſus eum immiſſis, in foſſam cum equo delapſum, ab irruentibus inimicis confoſſum fuiſſe narrat, quem ſane hoc anno obiiſſe, antiquus Spoletinorum Ducum catalogus, ante chronicon Farfenſe editus adnotat. *Anno* 940. *Anſcharius obiit. Quo mortuo Sartius Marchia ſecure potitur, & Rex Hugo gaudio immenſo afficitur*, ait Luitprandus.

Hugonis inſidiæ in Berengarium, ejuſque fratrem Anſcharium. *Luitpr. hiſt. lib.* 5. *cap.* 2. 3. 4. *apud Murat. rer. Ital. t.* 2. *prat.* 2. *pag.* 295.

2. Berengarius interea Anſcharii frater, ac Iporegiæ Marchio, *occulte quædam in Regem cœpit moliri*, ait is auctor, quem cum interim ſimulata amicitia, ut ad ſe properaret, invitaſſet Hugo, Lotharius filius utpote ſimplicioris ingenii, & ætatis adhuc puerilis, patris inſidias per nuncium Berengario detexit: Quod ut audivit Berengarius Italiam cum uxore etſi fœta, & ad partum proxima deſeruit, ac per montem Jovem in Sveviam ad Hermannum Ducem perrexit, a quo benigne exceptus, ad Ottonem Germaniæ Regem perductus fuit, unde verſibus ſuis Jovi, viciniſque montibus dira precatur Luitprandus, eo quod hyeme inſtante tutum Berengario, uxorique ejus iter præbuerint. Rex autem Hugo audita Berengarii fuga, nuncios ſuos Othoni Regi direxit, auri ſummam promittens, ſi Berengarium non ſuſcepiſſet, at Rex Germaniæ, & pecuniam oblatam recuſavit, ac Berengarium in ſuam ſuſcepit tutelam, qui poſtea Italiæ Rex fuit, ut infra dicturi ſumus. Rei geſtæ meminit Gregorius monachus auctor chronici Farfenſis; *Bellum magnum commiſſum eſt*, inquiens, *pro contentione Marchiæ Firmanæ*, ſeu potius Spoletinæ *inter Anſcharium, & Sarilonem, in qua prævalens Sarilo interfecit Anſcharium, & obtinuit Marchiam*, ac addit, Sarilonem ab Hugonis gratia paulopoſt excidiſſe, ac in Tuſcano oppido obſeſſum, Hugoni ſeſe indutum monachali habitu, ac fune ad collum alligata, tradidiſſe.

Berengarius in Germaniam aufugit.

Murat. ut ſup. pag 475.

JESU CHR. AN. 940. ſe. Quare Rex motus miſericordia, *perdonavit ei ipſam culpam, & præpoſuit eum ſuper cuncta monaſteria regalia intra fines Thuſciæ, & Firmanæ Marchiæ*, ſeu Spoletinæ. Veris tamen falſa a Gregorio admixta fuiſſe ſuſpicatur Muratorius, nam cum Sariloni una cum Spoletino Ducatu, monaſteria quoque Hugo Rex dediſſet, ſicut eum inter Farfenſes Abbates inſcriptum reperit Gregorius, eumdem, pro impetranda venia, monaſticum habitum induiſſe ſuſpicatus eſt is auctor, ac ſcripſit.

Saraceni vias infeſtant, monaſterium Agaunenſe incendunt.

3. Interea ut in chronico ad hunc annum narrat Flodoardus: *Collecta transmarinorum, ſed & Gallorum, ſeu peregrinorum turba, quæ Romam petebat, revertitur, occiſis eorum nonnullis, nec potuit Alpes tranſire propter Saracenos, qui vicum monaſterii Sancti Mauricii*, Agaunenſis ſcilicet, *occupaverant*. Invaſionis, & conflagrationis ejuſdem monaſterii mentio fit in vita Sancti Anſcharii Auguſtani Epiſcopi a coevo auctore digeſta capite 15. his verbis. *Regionem quoque Burgundionum tempore alio adiit*, ideſt hoc anno, *& ad Agaunenſium locum, ubi S. Mauricius cum ſuis ſequacibus propter nomen Domini martyrium ſumpſit, magnæ humilitatis ſtudio viſitavit, quia antea a Rege Burgundionum promiſſionem accepit, & unum de ſanctis Martyribus ex ejus datione, & adjutorio inde ad Auguſtam referre mereretur. Et cum illuc die Sabbati perveniret, monaſterium noviter exuſtum a Saracenis invenit, & nullum de habitatoribus ibi conſpexit, niſi unum ædis ædilem, combuſtum monaſterium cuſtodientem. Cumque ille totam noctem in Dei laudibus ibi permaneret, & mane cum radius ſolis primum latitudini terræ lucem diffunderet, Miſſam de ſancta Trinitate celebravit. Qua expleta, cum alteram ſtatim venerationi diei Dominicæ congruentem celebrare cæpiſſet, duodecim clerici cum multitudine populi advenientes, miniſterii ſui celebrationem audientes perſtiterunt. Quo peracto, ſanctus Epiſcopus eoſdem fratres ſalutavit, & muneribus honoravit, & ob quam rem illuc deveniret, notum fecit. Qui hilaritatis ejus dulcedinem, & ſanctitatis religionem perſentientes, ne delectabili deſiderio privatus abiret, aperta collocationis Sanctorum ſpelunca in ſcopulo exciſa, plurima parte ſanctarum reliquiarum donatum lætificaverunt.* Atque inde diſcedens Conſtantiam perrexit, atque Augiæ mo-

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 940.

monaſterium ingreſſus, ibidem ab Alcuino Abbate honorifice ſuſceptus, reliquiarum partem ibi reliquit, ac tandem Auguſtam rediens, & a Clero, ac populo cum Crucibus, incenſo, & aqua benedicta perhonorifice ſuſceptus, reliquias delatas in eccleſia S. Mariæ Virginis collocavit, ut is auctor narrat.

Hugo Italiæ Rex cum Græcis ſociatus Saracenos adgreditur.

Luitpr. lib. 5. cap. 4.

4. Cumque Saraceni ad Fraxinetum, tamquam in inſidiis poſiti, vias undique infeſtarent, ac alias victi, vel repreſſi, novis ſemper Saracenorum auxiliis ex Africa, vel Hiſpania immiſſis, eadem patrarent, eoſdem terra, & mari aggredi Hugo Italiæ Rex cogitans, a Græcis auxilium petiit. *Dum hæc aguntur*, ait Luitprandus, *montana, quibus ad Occidua, ſeu ſeptentrionali parte cingitur Italia a Saracenis Fraxinetum inhabitantibus crudeliſſime populantur. Quamobrem Hugo Rex* (Italiæ ſcilicet) *conſilio accepto, nuncios Conſtantinopolim dirigit rogans Imperatorem Romanum, ut naves ſibi cum græco igne tranſmittat, quas chelandria patrio ſermone Græci cognominant. Hoc autem eo fecit, ut dum terreſtri itinere, ipſe ad deſtruendum tenderet Fraxinetum, eam partem, qua mari munitur*, (arx itaque illa in ora maris poſita erat, ut ſupra oſtendimus) *Græci obſiderent navigio, eorumque naves exuerent: ac ne ex Hiſpania victus eis, aut copiarum ſubſidia provenirent, diligentiſſime providerent*. Tum cap. ſequenti: *Conſtantinop. Imperator, cum Regis Hugonis nunciis ſuos dirigit, mandans naves, & omnia quæ deſideraret ſe ei daturum, ſi nepoti ſuo* (nempe Conſtantino Porphyrogenetæ Imp.) *filiam ſuam conjugem daret &c. Rex itaque Hugo audita hac legatione, directis nunciis ſuis Romano denunciat ſe legitimam ex conjugio natam non habere. ſed ſi ex concubinarum filiabus vellet, egregiam ei forma poſſe præſtare &c. Imperator Romanus naves continuo cum Græco igne præparavit, munera maxima miſit, atque ut illam nepoti ſuo conjungeret mandavit*. Verum memoria labitur Luitprandus, quando ait: *ſi nepoti ſuo filiam conjugem daret. Conſtantinum autem Leonis Imperatoris, non ipſius Romani filium dico*. Ipſemet enim poſtea cap. 9. teſtatur, filium Porphyrogenetæ ex Helena Romani majoris filia natum, Bertham Hugonis Regis filiam ex Bezola meretrice natam, *quam mutato nomine Græci Eudoxiam dixerunt*, uxorem duxiſſe, atque hæc ab Hugone Rege adver-

ſus

Jesu Chr. an. 941. ſus Saracenos hoc anno incœpta, in ſequentes 941. & 942. prorogata ſunt, quo tandem eoſdem inde ejecit, ut ibidem dicturi ſumus.

Athelſtani Angliæ Regis obitus, cui Edmundus ſuccedit. *Pagi not.* 1.

5. Hoc anno *ab Incarnatione Domini* 940., ait Hovedenus annalium parte prima, *ſtrenuus, & glorioſus Rex Anglorum Athelſtanus, anno decimoſexto Regni ſui indict.* 14. *ſexto Kal. Novemb. feria quarta*, ſeu tertia, ut legendum eſſe adnotat Pagius, *apud Glauornam vita deceſſit, & ad Majudulphi urbem delatus honorifice eſt tumulatus, cui frater ſuus Edmundus decimoctavo anno ætatis ſuæ in Regnum ſucceſſit*. Eademque fere ceteri Anglorum hiſtorici Malesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 6. aliique. Eo abſque liberis defuncto Edmundus frater ſucceſſit, fratris pietatem, virtutemque bellicam imitatus, etſi non diu Regno potitus, magnam tamen gloriam adeptus eſt. Inter cetera, ait Veſtmonſtarienſis, Rex Edmundus regularibus inſignibus vix ſublimatus, *Beatum Duſtanum, quem adhuc fratre ſuperſtite probabilis vitæ, & linguæ noverat expeditæ*, ideſt in loquendo ſinceræ, *ſuis conſiliis intereſſe præcepit, ut inter Palatinos regios, Principeſque connumeraretur electus*. Invidorum tamen factione ex aula ejectus fuit, ut in ejus vita narrat Osbertus, ac addit, quod cum die tertia ab Dunſtano ejecto, apertum vitæ diſcrimen Rex in venatione incurriſſet, injuriæ in Duſtanum illatæ factus pœnitens, eumdem in aulam revocavit, priſtinæque dignitati reſtituit, quam uſque ad ejus obitum, non ſine maxima Regni utilitate, Regiſque gloria retinuit, ut is auctor ſtilo ſuo proſequitur.

EdmundiRegis in Duſtanum benevolentia.

Bolland. die 19. Maji.

JESU CHRISTI an. 941. Stephani octavi Papæ 3. Constantini Imp. 30. Romani Imp. 23.

Hugo Remenſis Epiſc. ordinatur. *Flod. chron. & in hiſt. Remen. lib.* 4. 17.

1. De Remenſi Archiepiſcopatu cum Hugone puero Adalberti Ducis filio, Artaldum diu litigaſſe, & ſupradicta demonſtrant, & dicenda confirmabunt. Hoc anno, ut narrat Flodoardus, idem Artaldus, qui olim ab Epiſcopis, & Proceribus rogatus, vel coactus, cum Remenſem urbem Heribertus Comes occupaſſet, Remenſi Epiſcopatui renunciaverat, & in Sveſſionenſi concilio in baſilica SS. Criſpini, & Criſpiniani celebrato, ut a regimine Epiſcopatus, ſicuti juramento ſe obſtrinxerat, abſtineret, fuerat ſtatutum: Hoc, inquam, an-

no

no Hugo Presbyter a Vidone Sveſſionenſi Epiſcopo olim ordinatus, clero, populoque Remenſi petente, Remis Epiſcopus a comprovincialibus Epiſcopis conſecratus eſt, qui Flodoardum ab Heriberto patre ſuo, anno elapſo ejectum, ab exilio revocavit, pallium vero a Remenſibus publica legatione petitum, anno proximo Stephanus Papa Hugoni miſit, ut idem narrat Flodoardus.

Fridericus Mogunt. Epiſc. juramento ſe purgat, monachis infenſus dicitur. *Vitich. lib. 1. prope finem.*

2. Hoc etiam anno Fridericus Archiepiſcopus Moguntinus, conjurationis initæ accuſatus ab Henrico Ottonis Regis fratre, publica teſtificatione, ſumpto ſcilicet Corpore, & Sanguine Domini ſe purgavit, ait Regino in chronico ad hunc annum. De eodem Friderico Moguntino Epiſcopo hæc addit Vitichindus. *Igitur cum bella inteſtina, externaque ceſſarent, legeſque divinæ, & humanæ auctorali vigore pollerent; gravis perſecutio monachis oritur in diebus illis affirmantibus quibuſdam Pontificibus, melius arbitrari paucos vita claros, quam plures negligentes ineſſe monaſteriis oportere, oblitis, ni fallor, ſententiæ patris familiae prohibentis ſervos zizania colligere, ſed utraque creſcere oportere zizania, & triticum uſque in meſſem. Quo factum eſt, ut plures propriæ infirmitatis conſcii, depoſito habitu, relictis monaſteriis, grave onus ſacerdotum devitarent. Fuerunt autem quidam qui ſummum Pontificem Fridericum hoc non pure ſed ficte feciſſe arbitrati ſunt, quatenus venerabilem virum, & Regi fidelem Abbatem Fuldenſem Hadumarum, quoquo modo poſſet, dehoneſtaret; ipſe enim erat magnæ prudentiæ, & induſtriæ, ſub cujus temporibus templum famoſum Fuldenſe igne conſumptum eſt, & ab eo reſtauratum, & multo majore decore perfectum. Hic Pontificem Fridericum ſub cuſtodia tenuit ſecunda conjuratione culpabilem, primum honorifice, ſed cum litteras ab eo ſcriptas deprehendiſſet, ſatis ſevere. Pontifex vero dimiſſus, dum ultionem quærit, & contra tantum virum leges non prævalerent, humillima monaſteria auctoritate tentavit, ut ad excellentiſſima æqualiter procederet: ſed hujuſcemodi ſimulationes incaſſum profuſæ: nam Abbas in gratia, & amicitia Regis permanſit, & cauſis intervenientibus Pontifex quod cogitavit, non implevit.* Hæc is auctor.

Ruſſorum claſſis a Græcis diſperſa, & incenſa.

3. Hoc autem tempore Ruſſi terra, marique Orientale aggreſſi Imperium, uſque ad urbis regiæ obſidionem progreſſi terra, marique a Græcis victi, vix eorum quiſquam ad pro-

Jesu Chr. an. 941.
Leo gramm. pag. 506. Theoph. continuator pag. 262.

propria rediit, ut Curopalates, continuator Theophanis, Leo grammaticus, aliique Bizantini auctores narrant. Qua feritate Chriſtianos perſequerentur, quantaque mala Orientali Imperio attulerint, his verbis idem Theophanis continuator exponit. *Hi porro ingentia maximaque mala perpetraverant, cum necdum illis Romanæ copiæ præſto eſſent. Nam ſtenum omne, quod vocant, igne vaſtarunt. Ex illis, quos captivos ceperant, alios in crucem agebant, alios terræ configebant, alios velut ad metam erectos jaculorum imbre impetebant. Quotquot vero Sacerdotalis, ac Clericalis Ordinis deprehendebant, iis retrò vinctis manibus, per medium caput clavos ferreos adigebant. Multas ſacrarum ædium ſubjecta flamma combuſſerunt. Ingruente vero hyeme, cum eos jam neceſſarius commeatus deficeret, dum ſcilicet Scholarum Domeſtici Curcuæ copiarum inſultus, virique prudentiam, ac conſiliorum ſagacitatem timent, neenon Patricii Theophanis navalia prælia, eaque inſidiis, aſtuque aggredientis impetum reformidant domum redire conſtituerunt. At vero, hoc adnitentes, ut Romanam claſſem laterent, cum menſe Septembri indictione quintadecima ad Thraciæ partes transfretare aggreſſi eſſent, quem dicebam Patricium Theophanem obvium habuerunt &c. Mox igitur navalis iterum pugna committitur; plurimæque hoſtium ſubmerſæ naves, multi occiſi, pauci cum navibus cladi ſubducti, inque Cuſes littus evecti, ingruente nocte, fuga evaſerunt. Theophanes Patricius eum inſigni victoria, maximiſque erectis trophæis reverſus, honorifice, & magnifice ſuſcipitur, ac accubitoris dignitate ornatur &c.*

De Ruſſorum nomine, & victoria.
Luitpr. lib. 5. 6.

4. De Græcorum victoria agens Luitprandus, divinitus eam, ulciſcente Numine mala, quæ in Chriſtianos patraverant, habitam fuiſſe adnotat, ac primum quos *Græci Ruſſos vocant, nos a poſitione loci Nortmannos vocamus*, nam ut ſubdit *Nord* Aquilonem denotat, *Man mas, vel vir*, ſicque Nortmannus vir Aquilonaris, eoque tempore eorum Regem Ingerum fuiſſe ait, qui mille, & amplius congregatis navibus CPolim perrexerat, dum Græcorum claſſis adverſus Saracenos immiſſa, ut ſupra diximus, in mediterraneo mari conſiſteret, quare anxius Imperator, vix quindecim, ſemifracta Chelandria, in eos immittere potuit: at Ducum induſtria, & igne in hoſtium navibus immiſſo: *miſerator, & miſericors Dominus, qui ſe colentes, & adorantes non ſolum prote-*

Digitized by Google

tegere, verum etiam victoria voluit honorare, ventis tunc placidum reddidit mare, ſecus enim ob ignis emiſſionem Græcis erat incommodum, ait is auctor. Quare Ruſſorum *Rex Inger ingenti cum confuſione ad propria eſt reverſus; Græci vero victoria potiti, vivos ſecum multos ducentes CPolim regreſſi ſunt læti, quos omnes Romanus* Imp., *in præſentia Hugonis*, Italiæ Regis, *nuncii, vitrici, ſcilicet, mei decollari præcepit*, ait Luitprandus. Inger vero Ruſſorum Principe paulopoſt defuncto, Elga ejuſdem uxor circa annum 945. *CPolim venit, & baptizata, cum magnæ veræ pietatis ſtudium demonſtraſſet, dignis ſuo inſtituto honoribus effectu domum rediit*, ait Cedrenus, ac in baptiſmate Helena dicta eſt, quæ prima fere inter Ruſſos Chriſto nomen dedit, at filio ſuo Suvaſtoslao, ut eamdem fidem amplecteretur, perſuadere non potuit, quare vix Chriſti fides hoc tempore in Ruſſia propagari potuit, quod tandem deſinente fere hoc ſeculo feliciter ceſſit, ut ſuo loco adnotaturi ſumus. JESU CHR. AN. 941.

5. Hoc anno Adalbero Metenſis Epiſcopus, gregis ſui ſollicitudinem gerens, Ottonis Germaniæ Regis auxilio implorato, clericos, ſive Canonicos eccleſiæ Sancti Arnulphi, qui *poſthabita canonicæ regulæ converſatione, laico more vivebant*, & poſt *creberrimas admonitiones, incorrigibiles perſeverabant*, inde ejecit, ac monachos in ea collocavit. Unde Otto Rex in diplomate in eam rem dato, Adalberonis petitioni annuens, *Regia poteſtate ſancimus*, ait, *ut congregata inibi Domino famulantium honeſta congregatione, ex hoc in antea*, ſeu impoſterum *monaſtica ibi perpetualiter vita ducatur &c. data quarto idus Januarii anno Incarn. Domini* 941. *Indict.* 14. *anno Domini Ottonis 6. actum in Vranconcuort*, ſeu Francofort, *Brun cancellarius ad vicem Friderici Archicappellani* recognovit, ut apud Mabillonium, aut Meuriſium videre eſt, ac Arbertum quemdam religioſum virum Abbatem ibidem conſtituit, qui tirones illic adventantes in monaſtica converſatione erudiret. Idem quippe Adalbero Monaſterium Gorzienſe a prima fundatione neglectum reparavit, ex eoque ad reſtituendam diſciplinam in monaſterio S. Arnulphi monachos vocavit, atque ex his Arbertum, quem Abbatem elegerat, ut ex litteris ejus a Meuriſio in hiſtoria Metenſi vulgatis conſtat.

Adalbero Metenſis Epiſc. monachos in eccleſia S. Arnulphi collocat.

Mabill. Ann. lib. 44. 22. *Meuris lib.* 2. *hiſt. Meten.*

6. Hoc etiam anno Dani, qui Nortumbriam poſſidebant, vi-

Edmundus Angliæ Rex

Jesu Chr. an. 942. Danos domat.

videntes Edmundum Angliæ Regem vix annum ætatis 18. attigiſſe, ſtatim ab ejus coronatione uti refert Monaſterienſis ad annum 940. Anglorum jugum excutere tentarunt, ac Hibernos in ſocietatem vocatos, & *Analupho* ab aliis *Anlafo* dicto, quem nuper Æthelſtanus ex Inſula fugaverat, Northumbriæ Regnum offerunt. Ille opportunitatem nactus in Britanniam tranſiit, Eboracum petit, & inde victoriæ ſuæ trophea explicat. Verum ut habet idem Veſtmonaſterienſis, *Anno gratiæ nongenteſimo quadrageſimo primo, Analaſus, Rex nuper creatus, dum vaſtaret Eccleſiam Sancti Balteri, & Inningham igne cremaret, mox Dei judicio correptus, vitam miſerabiliter terminavit, & Rex Admundus Northumbriam petens hoſtiliter Analaſum filium Sitthrici, & Reginaldum filium Cuthredi Regis* (melius Malmesburienſis lib.2. de Geſt Reg. cap. 7 filium Gurmundi) *inde patenter expellens, Monarchiam totius Angliæ iterum ſubjugavit.* Tandem uti teſtatur Huntindonienſis lib. 5. Edmundus Rex partem Merciæ, quæ Paganis diu ſubdita fuerat, uſque ad latiſſimum flumen Humbri occupavit, quinque Urbes expugnavit, *& ab urbibus prædictis, infidelitate remota, Dei gratia, fidei fulgorem reſtituit.* Porro Anlaſus antequam in Northumbria Rex eligeretur, Rex erat Noreganorum, ſeu Norvegiæ, ut Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria de Geſt. Reg. Ang. aliique produnt.

JESU CHRISTI ANNUS 942. MARINI SECUNDI PAPÆ AN. 1. CONSTANTINI IMP. AN. 31. ROMANI IMP. AN. 24.

Hugonis Regis, & Alberici de urbis dominio diſſidia. *Luitpr. hiſt. lib. 5. 1.*

1. Etſi non ſemel, uti ſupra diximus, de urbis Romanæ poſſeſſione inter Hugonem Italiæ Regem, & Albericum ejuſdem dominum, ſive tyrannum, querelæ ſopitæ fuerint Odonis Abbatis opera, eædem tamen nuſpiam pene extinctæ ſunt, cum Hugo Italiæ Rex pro ea obtinenda continuam geſſerit ſollicitudinem. *Ea tempeſtate*, ait Luitprandus, *Hugone Rege turpiter expulſo, Albericus, ut præfati ſumus, Romanæ civitatis monarchiam obtinebat. Quem Rex Hugo quot annis graviter opprimebat, gladio, & igne quæ poterat univerſa conſumens, adeo ut civitates præter Romam, in qua ipſe conſederat, omnes auferret, ſed & ipſam ſine dubio tum depopulando, tum cives muneribus corrumpendo conqui-*

quiſiviſſet, niſi occulta, & juſta Dei ſententia illi prohibuiſſet: & ſane hiſce annis provincias urbi conterminas ab Hugone Rege pervagatas fuiſſe diplomata ab eo ſingulis annis edita probant: cum itaque Hugonis armis urbs ipſa, & urbi adſtantia loca iterum premerentur, Odo Cluniacenſis Abbas, tertia, vel quarta vice ad urbem a Stephano Papa revocatus eſt, ac inde in Galliam vix reverſus, hoc anno obiit, de quibus infra. De ejus autem ad urbem adventu, hæc ad hunc annum adnotat Flodoardus. *Domnus Odo Abbas pro pace agenda inter Hugonem Regem Italiæ, & Albericum Romanum Patricium apud eumdem Regem laborabat &c.* JESU CHR. AN. 942.

2. Pro reſtituenda, ſervandaque in urbe pace, toto Pontificatus ſui tempore, quammaxime ſollicitum fuiſſe Stephanum Papam non ſemel adnotavimus, nec mirum, cum eamdem pro reſtituenda in Galliis pace curam habuiſſe conſtet, ob quam rem, eodem Flodoardo teſte, hoc anno legationem in Gallias miſit. *Legatus Stephani Papæ*, ait, *nomine Damaſus Epiſcopus Romæ*, ſeu Romani Ducatus, *ob hanc legationem peragendam ordinatus, in Franciam venit afferens litteras Apoſtolicæ Sedis ad Principes Regni, cunctoſque Franciæ, vel Burgundiæ habitatores, ut reciperent Regem ſuum Ludovicum, quod ſi neglexerint, & eum amplius hoſtili gladio perſecuti fuerint, excommunicationis depromeret interminationem. Pro qua re colloquentes Epiſcopi Rhemenſis diœceſeos cum Herberto Comite, deprecati ſunt eum, ut intercederet apud Hugonem Principem pro receptione Regis*. Et paulopoſt: *Legati Rhemenſis Eccleſiæ Roma regreſſi, pallium deferunt Hugoni Epiſcopo, a Stephano Papa tranſmiſſum. Cum quibus pariter legatio venit Principibus Regni, ut Ludovicum Regem recipiant, & ſic Legatos ſuos Romam dirigant. Quod ſi uſque ad Nativitatem Domini facere non procurarint, excommunicandos tunc fore ſe noverint*. Hactenus de his Flodoardus, qui & paruiſſe Principes Romano Pontifici docet, ut plane tunc maxime quanti fuerit apud Principes Romani Pontificis auctoritas, omnibus innotuerit. Sic igitur Ottone etiam Germaniæ Rege Ludovico ſtudente, diu ingenti pace idem Ludovicus regnans potitus eſt. Stephani Papæ in Galliis pro pace reſtituenda.

3. Dum in procuranda eccleſiis, Chriſtianæque Reipublicæ pace intentus eſſet Stephanus Papa octavus, exactis in Stephani octavi Papæ obitus, cui

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 942. Marinus ſuccedit.

in Pontificatu annis tribus, menſibus quatuor, cum diebus aliquot, hoc anno meritis clarus vivere deſiit, ut poſt Pagium adnotant Muratorius, Manſius, aliique, non vero anno ſequenti, ut Baronius, & Papebrochius in chronico hiſtorico Rom. Pontificum ſcribunt, ſucceſſoremque, Decembri ineunte, ait Pagius, Marinum natione Romanum habuit, quem plerique Martinum per errorem dixerunt, cujus extat reſcriptum Vezeliacenſi Abbati datum anno primo, ac ſcriptum dicitur. *Per manus Azzonis ſcrinarii S. R. E., in menſe Februario indict. I., datum 2. nonas Febr. per manum Benedicti Epiſcopi, & bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus D. noſtri Marini ſummi* Pontificis, *& univerſalis Papæ, in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli anno primo, menſe Februarii indictione prima.*

Dacheri ſpicileg. to. 3. pag. 464.

Odo in urbe infirmatur, in Galliam rediens obiit.

4. Odo interea rebus Romæ compoſitis, ſeu vix ſopitis, gravi detentus infirmitate, cum convaluiſſet, in Gallias rediens, ibidem Turonis ſanctiſſime obiit, ſucceſſoremque in Cluniacenſis monaſterii præfectura Aimardum habuit, cui jamdiu Odo Abbas Romam profecturus monaſterii curam commiſerat. De Odonis infirmitate, deque in Gallias reditu, & obitu, hæc narrat Joannes ejus diſcipulus, & itineris ſocius. *Romæ manentem acuta, eaque perpetua corripit febris, membra dolore franguntur, frigidus ignis ipſas cum carnibus medullas abſumit, diverſaque perpeſſionum genera in uno eodemque homine adeo cumulantur, ut magno eſſent argumento, eum jam jamque a Domino accitum iri. Et vir ille ſanctus ſic ſe affectum ſentiens, toto pectore nihil cupit aliud, quam diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Cumque S. Martini, cujus ab incunabulis devotiſſimus fuerat, ſepulchrum ſemel adhuc viſitare cuperet, cæleſti S. Martini viſione recreatus, ac de reditu in patriam certior factus, *Viſionem illam non dubiam efficiunt ſigna mox ſequentia, ægritudo corporis mox fit remiſſior, ſalus accelerata redit*, ac itineri etſi viribus fractus ſe commiſit, ac Turonos inſtante B. Martini feſtivitate perveniens, eaque celebrata, quarto poſt die febris rediit, & adſtantibus undique monachis valedicens, eiſque benedictionem tribuens, *decimoquarto Kal. Decembris, in quem diem etiam incidit octava Marinianæ celebritatis, cum ſacroſancta Euchariſtia prius ſe communiiſſet, beatus ille ſpiritus corrupti-*

Mabill. Annal. lib. 44. 32.

ptibilibus carnis vinculis abſolutus, liber abit ad ſuperos, & beatiſſimo Martino Duce, creditorum ſibi talentorum fructum multiplicem fideliter repræſentat, atque illic præmia ampliſſima recipiens, Sanctorum cœtibus admixtus, beatæ immortalitatis ſplendet candore, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum Amen. Hæc Joannes. Flodoardus vero ad hunc annum: *Dominus Odo venerabilis Abbas multorum reſtaurator monaſteriorum ſanctæque regulæ reparator, Turonis obiit, & ſepultus eſt apud S. Julianum.* In monaſterii præfectura Aimarum, ſive Aimardum ſucceſſorem habuit, virum ingenii ſimplicitate, morumque innocentia, & in monaſtica diſciplina ſervanda, ut narrat Odilo in vita Sancti Majoli. Hic porro Odo Cluniacenſis Abbas ab altero Odone Abbate monaſterii Maſciacenſis anno 935. ordinato diſtinguendus eſt, nam is poſterior vitam ultra annum 967. prorogavit, ut adnotat Mabillonius, qui addit Odonis ſcripta in bibliotheca Cluniacenſi contineri, cui alia etiam inſcribuntur, ut ibidem videre eſt, quot vero monaſteria, vel ædificaverit, vel ad ſanctæ regulæ, ſeu Benedictinæ normam revocaverit, noſtrum non eſt perſequi, de his plura per ſingulos fere annos adnotat ſupracitatus Mabillonius, monaſticæ hiſtoriæ accuratiſſimus, ac diligentiſſimus illuſtrator.

Bolland. 11. Maij.

5. Feliciori exitu, quam cum Alberico urbis tyranno, hoc tempore, ſeu anno cum Saracenis in Fraxineto commorantibus pugnavit Hugo Rex Italiæ, eoſdemque penitus exterminare poterat, niſi malo conſilio, alio eos tranſtuliſſet, ut Berengarii conatibus eos opponeret, ſi umquam in Italiam irrumpere conaretur. De quibus hæc Luitprandus. *Rex Hugo, congregato exercitu, claſſibus per Tyrrenum mare directis ad Fraxinetum, ipſe eo itinere pergit. Quo dum Græci pervenirent, igne projecto, Saracenorum naves mox omnes exurunt. Sed & Rex Fraxinetum ingreſſus, Saracenos omnes in Montem Maurum fugere compulit: in quo eos circumſedendo capere poſſet, ſi res hæc, quam prompturus ſum, non impediret. Rex Hugo Berengarium, ne collectis, & ex Suevia, & ex Francia copiis ſuper ſe irrueret, ſibique Regnum auferret, maxime timuit. Unde, non bono conſilio accepto, ad propria Græcos mox remiſit, ipſeque cum Saracenis hac ratione iniit fœdus, ut in montibus, qui Sueviam,*

Hugo Italiæ Rex ex Fraxineto Saracenos ejicit. *Luitpr. lib. 5. 7.*

JESU CHR. AN. 943.

viam, atque Italiam dividunt, ſtarent, ut ſi forte Berengarius exercitum per eos ducere vellet, tranſire eum omni modo prohiberent.

Hugo Saracenos in Chriſtianorum damnum ſervat.

6. Quanto autem cum Chriſtianæ Reipublicæ damno, ſuique nominis ignominia, his latronibus pepercerit Hugo, idem auctor mox adnotat. *Eo vero loco conſtituti, quam multorum Chriſtianorum ad Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli limina tranſeuntium ſanguinem fuderint, ille ſcit ſolus numerum, qui eorum nomina tenet ſcripta in libro viventium. Perquaminique tibi Rex Hugo Regnum defendere conaris &c.* ait is auctor, cumque Herodem, & Achab imitatum fuiſſe addit, quorum primus, ne Regnum perderet, Innocentes occidit, alter vero in ſui, gentiſque ſuæ perniciem Benadad Syriæ Regem morte dignum, liberum dimiſit.

JESU CHRISTI AN. 943. MARINI SECUNDI PAPÆ AN. 2. CONSTANTINI IMP. AN. 32. ROMANI IMP. AN. 25.

Conſtantini Imp. egregia facta.

1. Hoc anno *Indictione prima, menſe Aprili Turci*, ſeu Hungari, ita ab Græcis hoc tempore dicti, cum iterum adverſus Orientale Imperium arma ſua convertiſſent, Theophane Patricio ad eos miſſo, pacem, induciaſque cum iis Conſtantinus Imp. ad quinquennium compoſuit, ait Theophanis continuator, & Leo grammaticus, qui ſubdunt hoc eodem anno, Romanum Imperatorem, quaſi futurorum præſcium, ac paulopoſt e throno dejiciendum, ut iratum ſibi Numen placaret, largiſſimas diſtribuiſſe eleemoſinas, ac civium inopiam ſublevaſſe; Nam *Urbis debita, eſque alienum civium omnium divitum pariter, pauperumque, ac egenorum, quantum ex tabulis probari poterat, diſſolvit. Suntque adeo qui dicant dediſſe unde viginti centenaria. Nominum tabulas in Chalces Purpureo Umbillico combuſſit, univerſis fauſte acclamantibus, votiſque Imperatorem proſequentibus. Imperii anno ſecundo ſupra vigeſimum, pretia domorum civibus omnibus conductoribus, a maximo ad minimum uſque dimiſit. Feria quarta, & Paraſceve ad Converſarum exiens ædes, ſcortis omnibus argenteos duos erogabat: Incluſis viris, & fæminis ſingulis tres nummos impendebat. Eccleſia vero, & monaſteria plura extruxit, veſtes quoque auro contextas, caliceſque cum diſcis ſacros largitus eſt. Hoſpitale quoque ad Mabriani ædes excitavit, fecitque ſtabula, ac hoſpitia pulcherrima,*

Theoph. contin. p. 266. 67. Leo gramm. pag. 507.

ma, ſtrata etiam ſtruxit cubilia ac cubicula, eorum omnium gratia, qui hoſpites Urbem petunt, ac lites agunt. Quin & de illorum, ipſorumque eorum jumentorum, ac famulorum cibo pabuloque ſtatuit, atque præcepit. Domos in eam rem firma donatione addixit, ut indeficienter ſumptus ſufficerent. Hoc autem illorum gratia fecit, qui hoſpites lites in Urbe habent, ut inde procurentur, atque alantur. Ad ſepulchrum ſuum dari juſſit quotidie fruſtula, oſſaſque triginta millia. Quarta feria, & Paraſceve in Prætorio, & Chalce, & Numeris, vinctis ſingulis folles quindecim erogari mandavit, magnaque Paraſceve nummos ſingulos eleemoſynarum nomine illis tribui. Olympi monachos, & Cyminæ, & Athonis, & Barachei, & Latri, omneſque nummum unum viritim ex ſuo monaſterio accipere voluit &c. Atque his de geſtis in Oriente adnotatis, nunc pauca de geſtis in Occidente addimus.

Villelmus Nortmanniæ Dux occiditur.

2. Atque imprimis Villelmus Nortmanniæ Dux juſſu Arnulphi Comitis Flandriæ proditione occiſus eſt. Is Rollonis Nortmannorum Ducis filius fuit, ac ſecundus ejuſdem gentis Dux, Villelmus a *longa Spata*, paſſim dictus, qui Nortmannorum Ducatum per annos 25. circiter tenuit. Nortmannorum autem natio Arnulpho Comiti, ceteriſque Belgicis, seu Gallis primoribus inviſa erat, utpote extranea, iisque ex neceſſitate inſita, unde cum inter se Arnulphus, & Villelmus diſſiderent, ad colloquium vocatus Villelmus, eoque ferociter interrupto, antequam ad ſuos rediret, proditorie occiſus eſt, cujus corpus dum curarent optimates, ſub lorica monaſticam tunicam ab eo geſtari invenerunt, ait Villelmus Gemmeticenſis monachus, lib. 3. hiſtor. Nortmanniæ cap. 12.: *Quæ ſi comes ei vita fuiſſet, ab hoc conventu rediens, apud Gemmaticum factus monachus proculdubio fuiſſet . . . . . Complevit autem ſacratiſſimum Dux Villelmus vitæ ſuæ curſum decimoſexto Kal. Januarii*, Rege Ludovico Regnum Francorum tenente anno Dominicæ Incarnationis 943., quo anno Flodoardus, aliique hiſtorici eumdem obiiſſe narrant.

Artaldus Remenſem Sedem recuperare satagit.

3. Interea Artaldus Remenſis Archiepiſcopus in locum Hugonis pueri alias ordinatus, eaque ſede a Sveſſionenſi Synodo anni 941. dejectus, ob Heriberti Viromandorum Comitis obitum, cujus factione filius ejus Hugo Remenſem ſedem invaſerat, opportunum recuperandæ ſedis tempus adve-

JESU CHR. AN. 944. niſſe ratus, Ludovici Francorum Regis protectionem implora- vit, quam etſi promeruiſſet, voti tamen ſui compos ne- quaquam effectus eſt, nam Ludovicus paulopoſt, agentibus Ottone Duce, & Adalberone Mediomatricorum Præſule, aliiſ- que Regni primoribus cum Hugone reconciliatus, Remenſis Eccleſiæ Epiſcopum recognovit, cujus etiam filiam Hugo ex ſacro fonte ſuſcepit, ut pluribus ad hunc annum in chronico refert Flodoardus, qua ratione poſtmodum Remenſem ſedem Artaldus recuperaverit, ſuo loco ad annum ſcilicet 948. di- cturi ſumus.

JESU CHRISTI ANNUS 944. MARINI II. PAPÆ AN. 13. CONSTANTINI IMP. AN. 33.

Marini Papæ privilegium pro Caſſinenſi monaſterio.

1. Monachorum quieti, ac incolumitati conſulens Ma- rinus Papa Balduino monaſterii Caſſinenſis Abbati privilegium dedit, quo poſſeſſiones omnes, omniaque monaſteria eidem ſubjecta confirmavit, eumdemque ab Epiſcoporum juriſdictio- ne immunem declaravit, cui etiam facultatem indulſit canen- di hymnum Angelicum: *Gloria in excelſis Deo &c.*, quod tunc cuivis ſacerdoti non licebat, ait Mabillonius. *Scriptum per manus Leonis notarii, & regionarii, atque ſcriniarii S.R.E., in menſe Januario per indictionem ſecundam, datum 12. Kal. Febr. per manum Benedicti ſanctæ ſilvæ candidæ Eccleſiæ Epi- ſcopi, & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, anno, Deo propitio, Pontificatus Domni Noſtri Marini Summi Pontificis, & uni- verſalis Papæ ſecundo, in ſacratiſſima Sede B. Petri, in men- ſe Januario, Indict. 2. &c.* Huic ſimile eſt privilegium al- terum monaſterio Sancti Vincentii ad Volturni fontes in Cam- pania poſito, ab eodem Marino Papa datum, & a Baronio, & Ughellio relatum, ac cum Volturnenſi chronico a Mura- torio editum, Leoni Abbati inſcriptum eſt, ac *ſcriptum per manum Hadriani ſcriniarii S. R. E. in menſe Martio, In- dict. 2. Datum per manum Stephani Primicerii defenſorum hu- jus Apoſtolicæ Sedis, anno Pontificatus Domini Marini ſum- mi Pontificis ſecundo &c.* pro ejuſdemque monaſterii inco- lumitate alia plurima extant diplomata tum Romano- rum Pontificum, cum Imperatorum, vel Regum Italiæ. Præ ceteris unum extat ab Conſtantino, & Romano Imperato- ribus,

Mabill. Annal. lib. 44. num. 63.

Bar. an. 944. Ughelli to. 6. Ital. ſacra. Murat. rer. Ital. tom. 1. par. 2. p. 432.

ribus, filiiſque ejus a Baronio anno 941. relatum, quo monaſterii ejuſdem privilegia confirmantur, ac a publicis oneribus, ſeu ab *Angaria* monaſterium liberatur, ejuſdemque argumenti eſt diploma ſubſequens Hugonis Italiæ Regis, filiique ejus Lotharii, datum 13. *Kal. Auguſt. anno Dominicæ Incarnat.* 941. *Regni vero Domini Heyonis XV., Lotharii vero X., Indict. XV. actum in Campania &c.*, ut ibidem videre eſt, neque enim hæc omnia exſcribere inſtituti noſtri, vel brevitatis ſtudium patitur. *Mur. ut ſup. pag. 427.*

2. Hoc anno cum jam, ut diximus, legationes invicem inter Conſtantinum Imp., & Hugonem Italiæ Regem pro connubio ineundo miſſæ, ac receptæ eſſent, *Indictione ſecunda, Romanus Imperator Paſchalium Protoſpatarium, ac Longobardiæ Ducem*, (quæcumque in Italia, ſeu Campania hactenus retinebant Græci Imperatores, Longobardiam dicebant) *ad Hugonem Regem Franciæ*, ſeu potius Italiæ, *miſit, ejus filiam Romano Conſtantini generi ſui filio ſponſam exquirens, quam & aſſumens, quem dixi, Paſchalius cum multa ſuppellectile, atque opibus in urbem induxit; Celebratæ nuptiæ menſe Septembri, Indictione tertia*, quæ ab Septembri incipiebat. *Vixit cum viro annos quinque, tumque vivis exempta eſt cum Conſtantinus ſocer illius ipſe ſummus Imperator eſſet, ſoluſque rerum potiretur*, ait Theophanis continuator in Romano Lecapeno Imp. num. 46. pag. 267., eademque ceteri Bizantini ſcriptores, ac Hugonis Regis filiam Bertam, Eudoxiam Græcorum more dictam fuiſse adnotat Conſtantinus Porphyrogeneta in libro de adminiſtratione Imperii cap. 36. De iisdem nuptiis Luitprandus, cujus vitricus legatus ab Hugone miſſus fuerat, hæc narrat. *Hac eadem tempeſtate idem Rex Hugo Bertam filiam ſuam, quam ex meretrice Bezula ipſe genuerat per Sigefredum venerabilem Parmenſis Eccleſiæ Antiſtitem Conſtantinopolim direxit, Romano parvulo Conſtantini Porphyrogeneti filio copulandam conjugio. Tenebatque ſummum Imperium Romanus major, ejuſque filii duo Conſtantinus, & Stephanus, quibus poſt Romanum præſtabat Conſtantinus Leonis Imperatoris filius, cujus parvulus ex Helena Romani majoris filia natus, jam nominatam Bertam, quam mutato nomine Græci Eudoxiam dixerant, uxorem duxerat.*

Romani filii Conſtantini Imp. nuptiæ cum Berta Hugonis filia.

Luitp. lib. 5. cap. 5. & 9.

3. Nuptiarum feſtis, Septembri ineunte, vix tranſactis, graves in CP. aula turbæ excitatæ ſunt, cum Conſtantinus,

Romanus Imp. a filiis throno dejicitur.

Jesu Chr. an. 944. tinus, & Stephanus Romani Imp. filii patrem ipſum ex aula ejectum, atque detonſum in monaſterio ad philoſophandum incluſerunt, ſeveritatem patris, ut ait Luitprandus, non ferentes, qua eis non licebat quæcumque vellent, facere; totius tragœdiæ ſeriem Luitprandus narrat, qua etiam pauloport, Romani filii, in patrem rebelles, & ipſi ex aula ejecti, in eodem monaſterio, ubi patrem recluſerant, arcta cuſtodia relegati ſunt, de quibus hæc Curopalates. *Eodem anno decimaſexta Decembris, inchoata jam tertia Indictione, Romanus Imperator, qui cum in honore eſſet, non intellexit, ex collega in quem a Conſtantino aſſumptus erat, jam in dominum mutatus, ſibi filiiſque ſuis aſſumens, & tribuens primatum Imperii, nomen tantum inanime Conſtantino legitimo hæredi Leonis Auguſti relinquens, a Stephano ſuo filio, Imperatore ab ipſo pariter declarato, capitur, exuitur Imperio, & attonſus in monachum relegatur in Inſulam, cum vigeſimum ſextum annum in Imperio degiſſet. Sed & poſt menſem elapſum, & dies quinque, nempe vigeſima prima Januarii ejuſdem tertiæ Indictionis, idem Romani filius Stephanus, & Conſtantinus fratres inter ſe mutuo de Imperii primatu certantes, ambo in menſa tenti, & in Inſulas deportati ſunt ſicque (ut prius erat) uni Conſtantino Leonis filio eſt relictum Imperium. Præſtitit hoc illi in Imaginis ſuæ adventu Conſtantinopolim Jeſus Chriſtus, qui ſemper exaltavit humiles, ſuperbos e ſede deponens.* Hæc pluribus Curopalates, aliique Græci hiſtorici.

Luit. lib. 5. c. 10. & 11.

Romani Imp. filii ex aula ejecti Conſtantinus ſolus Imperat.

4. De Conſtantini, & Stephani Romani filiorum exauctoratione hæc Simeon Logotheta adnotat. *Quadraginta vero dierum exacto ſpatio Conſtantinus Porphyrogenetus ſuſpectos habens Stephanum*, & Conſtantinum fratres, ne in ſe quoque, uti par eſt, talia molirentur, ut qui patri non pepercisſent, nec ſibi eſſent parcituri. *Ajunt enim*, Corrumpunt bonos mores colloquia prava. *Quid igitur Germanis fit: Convivio acceptos, lauteque epulantes, cum adhuc cibos non deglutiſſent, qui in hoc parati erant, abreptos & Clericali militiæ adſcriptos, in Inſulas haud longe poſitas deportaverunt.* Non multo poſt, patris conſpectui oblati, quem monachum fieri coegerant, ut diximus, eamdem & ipſi ſuſtinentes calamitatem, intolerabili luctu affecti ſunt, quibus pater dixit. *Filios genui, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me.* Exinde lega-

relegati ſunt, Stephanus quidem in Preconeſum, deinde Rhodum, poſtea in Mytilenem, *Conſtantinus vero in Tenedum, inde in Samothraciam, ubi etiam tyrannidem moliens a cuſtodibus necatur. Michael Chriſtophori Imperatoris filius, ablatis Imperialibus calceis, a Theophylacto Patriarcha Clericus efficitur. Similiter quoque Theophanem Patricium, & Accubitorem in exilium miſit; Georgium item Prothoſpatharium, & Pincernam, nec non Thomam Primicerium, quos ambos verberibus ſubactos atque detonſos, infamique triumpho per mediam Urbem traductos, in exilium amandavit. Sicque in eos animadverſum, quod deprehenſi occaſionem captare, ut Romanum denuo in aulam reducerent*; eademque ceteri Bizantini ſcriptores, ac Luitprandus ſupracitatus.

5. Eodem tempore, quo Romani nuptiæ cum Berta, hoc anno celebratæ ſunt, Jesu Chriſti imago, & epiſtola, quæ in urbe Edeſſena ſervata hactenus fuerat, ſolemni ritu Conſtantinopolim tranſlata eſt, eamdemque fuiſse, quam Dominus Noſter Jesus Chriſtus dum viveret, ab Abgaro Edeſſenorum tunc Dynaſta rogatus, ut ad ſe veniret, ad eum miſerat una cum epiſtola, paſſim ſcriptores tradunt, rem geſtam ex Euſebio ſuo loco ſupra narravimus, ac momenta, quibus hæc ſuſpecta, ac dubiæ fidei ſunt, retulimus, quæ hoc loco referre non juvat. Hoc unum certum eſt, eamdem epiſtolam, & imaginem tamquam a Chriſto ad Abgarum miſsam ante Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi, & hiſtorici ætatem apud Edeſſenos religioſe, tamquam urbis ejuſdem ornamentum, & præſidium ad hæc tempora ſervata fuiſſe. Hoc autem tempore: *Edeſſa urbe*, ut narrat Theophanis continuator, *in qua veneranda Chriſti effigies poſita erat, a Romano exercitu obſeſſa, & ad extremas anguſtias redacta, oppidani oratores ad Romanum Imperatorem mittunt, rogantes ſolvi obſidionem, ejus muneris gratia, ſe Chriſti ſacram effigiem in lintea expreſſam polliciti, hujuſque ipſius muneris vicem, ex ſuis vinctos recipere petebant, qui nobiliores eſſent, bullaque Aurea eam ipſis præſtari fidem*, ut nunquam Romanæ copiæ Edeſſenam religionem devaſtarent. *Quod ſic utique factum, ac magna cum pompa, & veneratione CPoli eam effigiem, ſive Sudarium CPoli ab Imperatore, ejuſque filiis delatam, ac receptam, in S. Sophiæ templo repoſitum fuiſſe narrat, die 15. menſis Auguſti*. Eademque narrant Simeon Logotheta, ac

Jesu Chriſti imago Edeſſena CPolim transfertur.

tom. 1. n. 37. 38. 39. 40.

pag. 268.

JESU CHR. AN. 944. ac Leo Grammaticus. Combefiſius in originum rerum quæ Conſtantinopolitanarum Manipulo, pag. 75. exhibet narrationem diverſis ex hiſtoriis collectam de Chriſti imagine non manufacta ad Abgarum ex urbe Edeſſena Conſtantinopolim, hoc anno miſſa, antequam Romanus Imp. urbe regia, & Imperio a filiis ſuis exturbaretur. Eamdem vero imaginem, temporis tractu ex Conſtantinopoli Romam translatam fuiſſe, ait Baronius, quod an verum ſit, *aliis diſcutiendum relinquo*, ait Pagius ibidem nota 6. Totius autem translationis hiſtoriam, miraculaque tunc edita, feſtique celebritatem, qua hæc Chriſti imago Conſtantinopoli excepta fuit, fuſiori ſtylo narrat Conſtantinus Porphyrogeneta in oratione tunc in ejuſdem laudem coram frequenti populo recitata: integram poſt Baronium Græce, & Latine edidit Combefiſius in manipulo 75. de rebus Conſtantinopolitanis, ejuſdemque translationis in menologio Græcorum, die decimaſexta Auguſti, quo facta fuit, memoria his verbis recolitur. *Commemoratio imaginis non manufactæ Domini Dei, & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti ex urbe Edeſſa in hanc a Deo ſervatam, & regiam urbem deportata.*

Bar. an. 944. 15.

Ratherius Veron. Epiſcopus Brunonis præceptor.

6. Hoc tempore cum Germaniæ Rex Otto fratrem ſuum Brunonem magnum Eccleſiæ lumen futurum, philoſophis, & eccleſiaſticis diſciplinis erudiri cuperet, non alium tanto viro præceptorem invenit, quam Ratherium Epiſcopum, qui e ſede Veronenſi pulſus fuerat, ut ſupra diximus. Quare in aulam advocatus, *inter Palatinos philoſophos primus habetur*, nec deſtitit, donec Brunonem omnibus diſciplinis penitus imbuiſſet: eam ob rem, tantam apud Brunonem gratiam promeruit, ut eum non multopoſt ad Leodienſem cathedram promovendum curaverit, quod cum non bene ei ſucceſſiſſet, ipſum in Sedem Veronenſem, fratris ſui Ottonis jam Imperatoris dicti auctoritate reſtitui ſategit, uti infra dicturi ſumus.

Londinenſis Synodus in Anglia. *Labb. tom. 9. pag. 612. Vilkins conc. Brittann. t. 1. pag. 214.*

7. Ad hunc Chriſti annum 944. Londinenſe concilium Edmundi Regis Angliæ juſſu celebratum fuiſſe conciliorum collectores tradunt: *Edmundus Rex congregavit magnam Synodum in civitate Londini Sancto Paſchatis tempore, utriuſque tam eccleſiaſtici ordinis, quam politici, ibi erat Odo, & Vulſtan Archiepiſcopus, & multi alii Epiſcopi contemplantes animæ ſuæ ſalutem, & eorum, qui illis ſubjecti erant*, ac ca-

capita quædam ibidem ad eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtaurationem ſpectantia vulgata ſunt, ſcilicet de Sacerdotum caſtitate, de decimis ſolvendis, de homicidii pœna, de monialium ſtupris, de Templorum inſtauratione, & de perjuriis, & faſcinationibus vitandis, & de matrimoniis contrahendis, quæ omnia ut ſervarentur, Edmundus Rex juſſit, his vero Regis ejuſdem privilegium ſubjicitur, quo Duſtano Glaſtonienſi Sanctæ Mariæ Abbati immunitas, & exemptio tribuitur, ab omni extranea poteſtate, & ſubjectione liber declaratur, ut ibidem videre eſt. Jesu Chr. an. 945.

8. Anno Hegiræ 333. ab Imperio depoſitus fuit Muſtaſis Calipha Babilonenſis a Buzuno Turca, idque die Sabbati vigeſimo Safari, ideſt die duodecima Octobris currentis anni 944., ait Pagius, nota decimaquarta, cui ſucceſſit Muſtaſis Billa inauguratus ea die, quo deceſſor dignitate amotus fuerat. Is vero anno Hegiræ 334., ſeu Chriſti 946. Januario ineunte depoſitus fuit, cui in Caliphatum ſucceſſit Almoti, ſeu Mutius Lilla, ait Elmacinus. Muſtaſis Saracenorum Calipha deponitur, cui Mutius Lilla seu Almoti succedit.

JESU CHRISTI annus 945. Marini Secundi Papæ an. 4. Constantini Imp. an. 34.

1. Anno Redemptionis nongenteſimo quadrageſimo quinto: *Hugo Rex Italiæ regno depulſus a ſuis, & filius ipſius in Regnum ſuſceptus eſt*, ait Flodoardus ad hunc annum. Jam ſupra ad annum 940. adnotavimus, quod Berengarius Iporegiæ Marchio Hugonis Regis inſidias declinans, in Germaniam ad Ottonem Regem confugerat, ubi cum eſſet, non ſolum de ſuo in Italiam reditu, ſed de Italico Regno obtinendo cogitare cœpit, cum Italiæ proceribus Hugonem ob rapacitatem, tyrannidemque, qua paſſim in quoslibet ſibi ſuſpectos ſæviebat, inviſum eſſe ſciret, ac Italorum facultates, dignitateſque Gallis, & Burgundionibus diripiendas traderet: exemplo ſit Manaſſes Arelatenſis olim Archiepiſcopus conſanguineus ejus, qui relicta ſua ſponte Arelatenſi Sede in Italiam tranſiens, *contra jus, faſque*, ut ait Luitprandus, *Veronenſem, Tridentinam, Mantuanam commendavit illi, ſeu quod verius eſt, in eſcam dedit Eccleſias, ac ne his quidem contentus, Tridentinam adeptus eſt Marchiam*, deinde qualiter *Mediolanenſem uſurpaverit cathe-* Berengarius in Italiam redit. *Luit. hiſtor. lib. 5. c. 4. 5.* *Luitpr. lib. 4. 3.*

JESU CHR. AN.945. *thedram*, alibi narrat, eodemque loco Manaſſis Eccleſiarum helluonis temeritatem, ſtultamque excuſationem Luitprandus confutat, dum excuſationes in peccatis quærens, ſuas ex Eccleſia in alteram translationes Petri Apoſtoli exemplo abutebatur, qui, Antiochena Sede relicta, in Urbe Sedem ſuam tandem fixerat: *Deſideratus interea Berengarius*, ait is auctor, *ex Svevorum partibus paucis ipſum comitantibus a Svevia per venuſtam vallem Italiam petiit*, & caſtra ſecus munitionem vocabulo Formicariam figens, quam Manaſſes tuendam ſuſceperat, eique Adelardum clericum ſuum impoſuerat, quam cum vi occupare non poſſet Berengarius, Mediolanensi Epiſcopatu Manaſſi oblato, Adelardo vero Comenſi, hoc modo ab eis in eam receptus in Italiam nullo reſiſtente irrepſit, atque ita divino conſilio factum eſt, ut quem fidiſſimum ſibi Eccleſiarum direptionibus effecerat Hugo, rebellem experiretur. Mox ceteri paſſim, Hugone derelicto, ad Berengarii partes tranſiere, ex his Milo vir præpotens, qui ab Hugone in cuſtodia detentus, clam aufugiens, Berengario Veronam tradidit, hunc Vido Mutinenſis Præſul ſecutus eſt, accepta Nonantulana Abbatia in prœmium a Berengario, qui ab Harderico Mediolanenſi invitatus, Verona relicta Mediolanum tranſiit, ſicque *cœperunt omnes Italiæ Primates Hugonem deſerere, & egenti Berengario adhærere*, qui etſi nihil poſſideret, in omnes nihilominus liberalis fuit, nam Eccleſias, aut Abbatias, & dignitates largiſſime conferebat, vel ſaltem promittebat.

Manaſſes Hugone relicto, Berengarium recipit. *Luitpr. lib. 5. 12.*

2. Rebus itaque pene deſperatis, Italorum Principes rogavit Hugo, ut ſaltem Regnum filio ſuo Lothario traderent, eumque non *ad Berengarium ſolum*, ait Luitprandus, *verum etiam ad totius populi præſentiam dirigit, petens, quia ſe eis non morigerum abdicarunt, filium, qui nihil in eos deliquerat, ſaltem pro Dei amore ſuſcipiant, ac voluntatibus eorum morigerum reddant. Lothario itaque Mediolanum petente, Rex Hugo Papia omni cum pecunia egreſſus, Italiam deſerere, atque in Burgundiam ire cogitavit. Sed res iſta eum retinuit, quoniam dum miſericordia inclinati Lotharium in Eccleſia beatorum Confeſſoris, & Martyrum Ambroſii, Gervaſii, & Prothaſii ante Crucem proſtratum erigerent, & Regem ſibi conſtituerent, quamprimam ad Hugonem dirigunt nuntium, per quem illum iterum ſuper ſe regnare*

Lotharius Italiæ Rex dictus. *lib. 5. 13.*

Digitized by Google

gnare promittunt, quod callido Berengarii conſilio factum fuiſse is auctor adnotat, ne Hugo cum immenſa pecunia, & theſauris diſcedens, Italorum, Burgundiorumque exercitum adverſus ſe iterum in Italiam revocaret.

JESU CHR. AN. 945.

3. Berengarius interea, retento ſibi Marchionis titulo, Principatus larva, & nomine Lothario relicto, ſus deque Italorum res & Eccleſias ſubvertere cœpit, ut idem narrat Luitprandus, hoc tempore a Berengario inter aulicos ſuos adſcitus, & epiſtolarum ſignator, ſeu a ſecretis electus. Interea, *ut erat tyrannus vehemens*, Joſephum Brixianæ Eccleſiæ Epiſcopum moribus ſenem, ætate juvenem, ob morum probitatem Epiſcopatu privavit, ejuſque loco Antonium conſtituit; cum is vero non, ut juraverat, fidem ſervaret *Valdonem quemdam ordinavit. Boſonem vero Hugonis Regis ſpurium Placentinæ ſedis, & Liutefredum Papienſis eccleſiæ expellere Epiſcopos cogitavit, verum intercedente pretio, ob Dei amorem eos ſe dimiſiſſe ſimulavit. Quod quam bene fecerit, ſubditorum depopulatio, vitium inciſio, arborum decorticatio, multorum oculorum excuſſio, ſimultatis ſæpiſſima repetitio, tum ſignis, tum gemitibus narrat.* Ac Italorum calamitatem, & dementiam adnotat, dum Berengarium, alterum vel David, vel Carolum Magnum futurum eſſe ſperaverant.

Berengarius eccleſiarum Italiæ ſubverſor.

cap. 13. & 14.

4. In tanta fortunæ inſtabilitate, Ugo olim Italiæ Rex cum Berengario reſiſtere non poſſet, *Lothario relicto, & ſimulata pace Berengarii fidei tradito, in Provinciam omni cum pecunia properavit*, ait citatus Luitprandus, quem monachum paulopoſt obiiſſe narrat Leo Oſtienſis in chronico. *Ipſe Hugo cum omni theſauro ſuo in Burgundiam properavit, monaſterium illic permagnificum conſtruxit ſumptibus propriis, quod ſub titulo S. Petri appellari voluit, ibique omnibus traditis, ipſe monachus effectus eſt.* Hæc tamen de Hugonis monachatu dubia eſſe adnotat Mabillonius, ac vix veroſimilia, nam Luitprandus, eum quidem in Provinciam reverſum paulopoſt obiiſſe ſcribit, relicta Berthæ nepoti ſuæ Arelatenſis comitis viduæ pecunia; de monachatu vero ne verbum addit: Flodoardus etiam Luitprando, & Hugoni coevus eumdem a ſuis, anno proximo, iterum receptum fuiſſe adnotat. *Hugo Rex Italiæ a ſuis in regnum recipitur, Marinus Papa deceſſit, cui ſucceſſit Agapitus, & pax inter Alberi-cum*

Hugo in Gallias redit, an monachus obierit.

cap. 14. *Leo Oſt. chr. Caſſin. lib.*4. 64.

JESU CHR. AN. 946. *cum Patricium, & Hugonem Regem Italiæ depaciſcitur*. Nec majorem meretur fidem auctor Epitaphii in Eccleſia S. Petri, ejus nomine inſcripti, nam idem monaſterium longe poſt Hugonis Regis obitum, ab ejuſdem nepte ædificatum fuiſſe adnotat Mabillonius in Annalibus ſui ordinis lib. 44. num. 89. pag. 481.

Caimus Africæ Calipha moritur.

5. Anno Hegiræ 336. cum labenti concurrente, Caimus Bianrilla Africæ Calipha obiit, cum Saracenis ibidem annis duodecim imperaſſet, ei ſucceſſit Almenſor Billa filius ejus, qui cum regnaſſet annos ſeptem in Africa, ſucceſſorem habuit Muazzum Lidinillam filium anno Hegiræ 341. Hic porro primus fuit Calipha Ægypti, ait Elmacinus lib. 3. hiſt: Saracenorum.

JESU CHRISTI AN. 946. AGAPITI II. PAPÆ AN. 1. CONSTANTINI IMP. 36.

Marini Papæ obitus, cui Agapitus ſuccedit.

1. Chriſti anno 946. indictione quarta, *Marinus Papa deceſſit, cui ſucceſſit Agapitus*, ait Flodoardus in chronico. Marinum veteres Rom. Pontificum catalogi annos tres, menſes ſex, dies quatuordecim Romanam ſedem tenuiſſe tradunt, *Agapitus ſedit annos decem, menſes ſeptem, dies decem*; qua die Junio ineunte Marinus obierit, aut quo ordinatus eſt Agapitus, ex utriuſque Pontificis diplomatibus plura ad hunc annum adnotant Pagius, Georgius, Manſius, Leo Oſtienſis, ſive Marſicanus in chronico Caſſinenſi. De Balduino Franco Abbate Caſſinenſi narrat, *Hic privilegium ſumpſit a Domno Marino Papa ſecundo de conſuetudine hujus monaſterii*, ac ſubdit, quod cum Sico Capuanus Epiſcopus monaſterium, & Eccleſiam, quæ ad arcum Dianæ dicebatur, occupaſſet, ac Diacono ſuo in beneficium dediſſet, Marinus datis ad eum litteris, ut ſine dilatione occupatam Eccleſiam monacho, cui ea tradita fuerat, reſtitueret, juſſit. Quo tempore, ut ſubdit, *Venerabilis Papa Marinus eamdem Eccleſiam S. Mariæ de Capua cum omnibus juribus ſuis Caſſinenſi cœnobio per privilegium ex integro confirmavit: quod itidem confimaverunt Joannes Decimus quintus, Benedictus Octavus, Benedictus Nonus, Leo, ac Stephanus IX. Abbatibus noſtris Balduino, Aldigerio,*

lib. 1. cap. 60. & seqq.

Digitized by Google

rio, Manſoni, Athenulpho, Theobaldo, ac Friderico. Per idem tempus cum monaſterium S. Sophiæ de Benevento Principum vi per annos aliquot fuiſſet cœnobio noſtro ſubtractum, hic idem Abbas, oſtenſis Romanorum Pontificum, Regumque præceptis, qui prædictum monaſterium huic loco firmaverant, recuperatum iterum ſub noſtri monaſterii ditionem redegit. Poſt hæc a memorato Pontifice Marino Romam evocatus, quoniam vir magnæ prudentiæ, multumque potens viſus eſt, monaſterium S. Pauli ſibi Marinus Papa commiſit: Defuncto, ut puto, Joanne illo, qui ipſi monaſterio ab Odone Cluniacenſe, Leone Pontifice (ut dictum eſt) jubente, præfectus fuerat. Atque hæc de Marini geſtis dicta ſufficiant.

Agapiti Papæ ſollicitudo pro monaſtica libertate, & diſciplina.

Leo Oſt. chron. lib. 1. cap. 58. & 60.

2. De Agapito Marini ſucceſſore, hæc paulopoſt idem auctor ſubdit. *Cum S. Sophiæ monaſterium Beneventanum a Principibus pervaſum, monaſterioque ſubductum eſſet, & ſub his ferme diebus defuncto Marino, Agapitus ei in Sede Apoſtolica ſucceſſiſſet, Abbaſque inde coram illo queſtus eſſet, ſcripſit idem Apoſtolicus Principibus dictis, acriter arguens, cur talia tentare præſumerent; Quod ſi ſecus facerent, ſcirent ſe anathematis mucrone feriendos.* Et paulo inferius: *His etiam diebus cum monaſterium quoque noſtrum quod erat Capuæ ſub ditione ſua, cupiditatis ſeu lucri gratia Principes memorati redegiſſent, & per hanc occaſionem fratres ibi morantes ſeculariter viverent, comperto hoc memoratus Pontifex, conquerente Abbate noſtro, ſcripſit continuo præfatis Principibus Apoſtolicæ auctoritatis acres nimium litteras, illorum nequitiam vehementer increpans, cur tantum ſcelus perpetrare auſi eſſent; præcipiens quod nullam ulterius dominationem in eodem monaſterio exercere præſumerent: Omnes autem monachi ad ſuum Caſſinenſe cœnobium, relictis ibi duobus aut tribus tantum ſenibus fratribus cum omnibus monaſterii rebus, protinus redirent, ibidem ſub Abbate proprio Domino ſervituri. Sin autem, vel Principes, vel monachi ſecus agerent, ſeu quiſpiam ex ejus monaſterii rebus aliquid invadere auderent, niſi reſipiſcerent, auctoritate Apoſtolica communione privandos.* Atque aliud privilegium idem Pontifex dedit pro monaſterio S. Stephani juxta Terracinam, ait idem auctor de geſtis ab Agapito Pontificatus ſui initio agens.

Edmundus Angliæ Rex

3. Hoc etiam anno, vel ſequenti fortaſſe, ut ait Manſius, Edmundus Rex Angliæ a ſicario percuſſus obiit, ut

Jesu Chr. an. 946. interficitur, eique Elredus ſuccedit

communiter Angli ſcriptores tradunt, ex his Ovedenus audiatur. *Anno ab Incarnatione Domini 946. magnificus Rex Anglorum Edmundus die feſtivitatis S. Auguſtini doctoris Anglorum, dum in villa, quæ Anglice Puclecirch dicitur, ſuum dapiferum Leonem*, alii habent Leoven, *e manibus peſſimi eleptoris ne occideretur vellet eripere, quinque annis, ſeptemque menſibus Regni ſui peractis, indictione quarta, ſeptimo Kal. Junii, feria tertia ab eodem interficitur, & Glaſtoniam delatus a Beato Dunſtano ſepelitur &c.* Is porro Regnum pie, ac fortiter adminiſtraverat, Eccleſias, & monaſteria multis in locis ædificaverat, filios duos ex Elſgiva uxore reliquit, cumque eorum neuter, ob puerilem ætatem Regno aptus eſſet, frater ejus Edredus, ſeu Elredus Procerum, populique ſuffragio Regni adminiſtrationem ſuſcepit, ac fratris exempla ſecutus, pie ſancteque adminiſtravit.

Luitpr. legatio CPolim ad Conſtantinum Imp. *Luitpr. hiſt. lib. 6. 1. 2.*

4. *Rege Hugone provinciæ in partibus defuncto*, ait Luitprandus, ideſt in Galliis, ut anno proximo diximus, Berengarius, qui re in Italia principabatur, Lotharius autem nomine, apud exteras gentes, & præcipue apud Græcos celebris erat; Conſtantinus itaque, qui ejectis Romani filiis, ſolus in Oriente adminiſtrabat Imperium, *audito Berengarium potentia præſtare Lothario, per Andream, qui ab officio Comes curiæ dicebatur, litteras Berengario dirigit, quibus*, & Lotharium ei commendabat, cujus ipſe ſororem duxerat uxorem, & ut nuncium CPolim mitteret, rogabat; qua accepta legatione Berengarius Luitprandum Papienſis tunc Eccleſiæ Diaconum legatum ad Conſtantinum Imperatorem miſit, qui die quinta Kalendis Auguſti Papia egreſſus per Eridanum tertia die Venetias appulit, ubi *Salomonem Comitem invenit, CPolim verſus tendere cupientem, ſecumque ducentem domini noſtri tunc Regis, nunc Imperatoris magnis cum muneribus nuncium, Liufredum ſcilicet Moguntinum inſtitorem digniſſimum. Octavo autem Kal. Septembris die Venetiis egreſſi, decimoquinto Kal: Octobris CPolim venimus* ait auctor: Deinde aulam, & Palatium Imperatoris deſcribit, & quam magnifice cum Liufredo exceptus fuerit, narrat, ac multa ſe dona Berengarii nomine, etſi ſuis impenſis quæſita, ſe obtuliſſe adnotat, addens *Ego Berengarii ex parte nihil præter epiſtolam, & hanc mendacio plenam detuleram*. Ne tamen ſe ſe Imperatori vacuis mani-

lib. 6. cap. 3.

Digitized by Google

manibus exhiberet, loricas aureas, & ſcuta, & mancipia, eunuchos præſertim obtulit, deinde Imperatoris menſam cui ipſe adfuit, deſcribit, ludumque a puero quodam coram eo exhibito, qui lignum longitudinis 24. cubitorum in fronte gerens, coram eis luſerat, enarrat: capite autem ſequenti addit de munerum ſcilicet diſtributione, quam Imperator in die Dominica Palmarum in Magiſtratus, aulæque adminiſtros, agere ſolebat, cui ipſe Luitprandus ab Imperatore vocatus adfuit; atque his legationis ſuæ hiſtoriam claudit ut ibidem videre eſt.

Jesu Chr. an. 947.

cap. 4. & 5.

JESU CHRISTI annus 947. Agapiti II. Papæ 2. Constantini Imp. 36.

1. Hoc Chriſti anno 947. Verdunenſis in Gallia ſynodus celebrata eſt, cui cauſam dedit inveterata de Rhemenſi Archiepiſcopatu inter Hugonem, & Arthaldum contentio. *Cum vero*, ait Flodoardus, *horum cauſa tam Ludovicus Rex, quam Hugo dux magnopere turbarentur, ad has ſedandas turbas, Synodus hoc anno circa medium menſis novembris habenda denunciatur. Interim vero ſedes Rhemenſis Artaldo conceditur*. Et inferius. *Eodem anno Synodus Virduini habita eſt, præſidente Rotberto Trevirenſi Epiſcopo cum Artaldo Rhemenſi, Adelrico Aquenſi, Adelberone Metenſi, Goslino Tullenſi, Hildebaldo Tranſrhenenſi, Mirnegardo Vurdenſi, Iſraele Britone, præſente Brunone Abbate, fratre Regis Ottonis, Agenoldo quoque, & Odilone cum aliis quibuſdam venerandis Abbatibus*, quos potuit temporis importunitas Epiſcopos in unum colligere, ait auctor. Quid autem in ea actum ſit, his verbis adnotat. *Ad quam Hugo Epiſcopus evocatus, miſſis etiam duobus ad eum deducendum Epiſcopis, Adalberone, & Goslino venire noluit. Univerſa vero Synodus domno Artaldo Rhemenſi tenendum judicavit Epiſcopium. Indicitur etiam Synodus Idibus Januarii habenda*. Hæc de his Flodoardus hoc anno. At quoniam negotium perarduum haud videbatur poſſe per provinciales Epiſcopos terminari, & cauſa valde implicita definiri, placuit, ut plenum Concilium convocaretur ex Epiſcopis, videlicet, Galliæ atque Germaniæ, quod factum eſt anno ſequenti coram Apoſtolicæ Sedis Legato. Sed quid inter hæc Hugo? probe ſciens quanti ponderis eſſet

Synodus Verdunenſis in cauſa Hugonis, & Artaldi de Epiſcopatu Rhemenſi.

Flodoard. chr. & hiſt. Rhemen. lib. 4. 33.

ſet

JESU CHR. AN. 947. ſet Romani Pontificis auctoritas in ejuſmodi definiendis controverſiis, Sigeboldum clericum ſuum Romam ad Agapitum Papam miſit, tradens ei litteras falſas, quas finxit conſcriptas eſſe ab Epiſcopis Rhemenſis diœceſis, quibus petebatur, ut Epiſcopatus ejuſdem Rhemenſis Eccleſiæ eidem ab Apoſtolica Sede confirmaretur Hugoni: His nuntius acceptis litteris, Romam ad Pontificem proficiſcens, eas ipſi obtulit, quarum fide ab eodem Agapito Papa ſurripuit doloſe litteras ad Epiſcopos Galliæ, atque Germaniæ, quibus ſignificabatur, ut Hugo Rhemenſis Eccleſiæ ſedere deberet Epiſcopus. Quomodo autem eædem litteræ ab ipſa Synodo anno ſequenti celebrata, præſente Apoſtolicæ Sedis Legato, oſtenſæ ſint falſæ, ſuo loco dicetur.

Labb. concil. tom. 9. pag. 622.

Helenenſe concilium. 2. Circa hunc quoque annum 947. Helenenſe concilium ſub Aimerico Narbonenſi Archiepiſcopo celebratum eſt, cujus ſummam ex tabulario Eccleſiæ Helenenſis Petrus de Marcha Pariſienſis Archiepiſcopus exhibet: ſecundum ſententiam Romani Pontificis depoſiti ſunt in eo Epiſcopi Gerundenſis, & Urgellenſis, ſed paulopoſt Patrum clementia reſtituti: ſtatutum quoque ibidem eſt, ut Epiſcopus Helenenſis poſt Narbonenſem Archiepiſcopum primum teneret locum tum in ſynodis, cum in Epiſcoporum ordinationibus.

Bertulphus Bojariæ dux obiit, cui Henricus ſuccedit. 3. *Bertulpho Duce Bojariæ defuncto, Henricus frater Ottonis Regis Ducatum illius accepit*, ait Ermannus Contractus ad hunc annum; Vitichindus vero lib. 2. Annalium de Ottone Germaniæ Rege verba faciens addit, *Cum omnia Regna coram eo ſilerent, & poteſtati ipſius omnes hoſtes cederent, monitu, & interceſſione ſanctæ matris ejus* (nempe Mathildis) *recordatus eſt multis laboribus fatigati fratris, præfecitque eum regno Bajoariorum, Bertholdo jam defuncto, pacem & concordiam, cum eo faciens, quæ uſque in finem fideliter permanſit. Erat autem ipſe Dominus Henricus copulatus matrimonio filiæ Ducis Arnulphi, fœminæ egregiæ formæ, mirabiliſque prudentiæ. Fratrum vero pax atque concordia Deo acceptabilis, hominibuſque amabilis, toto orbe ſit jam celebris, dum unanimes res publicas augent, hoſtes debellant, civibus paterna poteſtate præſunt. Ducatu igitur Bojoariorum accepto, nequaquam deſidia torpuit, ſed abiens Aquilegiam Ungaros duabus vicibus ſuperavit.*

4. At

Digitized by Google

4. At hoc eodem anno Ottonis Regis undecimo, dum foris ubique proſpere res ejuſdem cederent, Editha uxor Athelſtani Angliæ Regis ſoror ſeptimo Kal. Febr. obiit, ut continuator Reginonis, & Ermannus narrant in chronico, quam prudentia, & pietate eouſque claruiſſe Ditmarus adnotat, ut miraculis etiam poſt obitum claruerit, eamque Vitichindus in annalibus lib. 2. prope finem, hoc exornat elogio. *Ille annus, 947. notabilis caſu calamitoſo totius populi, de morte ſcilicet beatæ memoriæ Edidis Reginæ, cujus extrema ſeptimo Kal. Febr. celebrata eſt cum gemitu, & lacrymis omnium Saxonum. Hæc nata ex gente Anglorum, non minus ſancta religione, quam Regali potentia pollentium ſtirpe claruit. Decem annorum regni conſortia tenuit, undecimo obiit. Saxoniam vero decem, & novem annis inhabitavit. Reliquit filium nomine Ludolphum omni virtute animi, & corporis ea ætate nulli mortalium ſecundum, Filiam quoque Liudgardam nomine, quæ nupſerat Chonrado Duci*, ſcilicet Lotharingiæ, ex qua originem duxere *Gregorius* V. Papa, & *Conradus Salicus* Imp.

Editha Ottonis uxor moritur.

Edithæ elogium.

5. Inter plurimos florebat hoc tempore in Anglia Elfegus Vintonienſis Epiſcopus, vir vitæ ſanctitate, & prophetiæ dono clarus, cujus vitam Bollandus ad diem 12. Martii, qua in martyrologiis colitur, exhibet. Inter cetera hæc narrantur. *Cum in die Cinerum de more pœnitentes de eccleſiæ liminibus removeret, hortatus eſt eos, ut tempore Quadrageſimali jejunio, & caſtitati vacantes, diebus illis uxorum etiam deliciis abſtinerent. Quorum unus, cæteris Epiſcopi juſſionibus reverenter obtemperantibus, joculari cœpit, dicens, ſe abſtinere non poſſe a venere, a cibo pariter, & conjugio. Cui Epiſcopus: Contriſtas me miſer oppido, neſciens quod tibi pariat dies ventura. Et ſic homo ille recedens duram beati Ælfegi prophetiam nebulo experitur, dum poſtera luce in cubiculo ſit repertus exanimis, incertum utrum a diabolo ſuffocatus. Altero quoque tempore, dum ſacros ordines celebraſſet, tres monachos ad ordinem promovit presbyteratus. Completis itaque ordinibus, præſul ſanctæ recordationis aſtantibus dixit. Hodie tribus monachis manus impoſui, quorum duo pontificalis ordinis gratiam obtinebunt, unus in civitate Vvigorniæ, ac deinde in Cantia, alter meam ſedem quandoque implebit. Tertius voluptatum petulantia accenſus exitum miſera-*

Elfegi Vintoniæ Episc. pie geſta.

Jesu Chr. An. 947. *ſerabilem ſortietur. Quam utique ſancti præſulis prophetiam, ut prædixerat, rerum exitus comprobavit.* Qui enim Vvigornii, & deinde Cantiæ Antiſtes extitit, fuit ſanctus Dunſtanus; qui autem ſedem Vvintonienſem poſt eum accepit, fuit Ælſſinus, ut ex Osberto patet, tertius autem nobis ignotus eſt, ac uſque ad annum 440. circiter Elfegum vixiſſe adnotat Pagius nota prima ad hunc annum.

Odo Cantuarienſis Episc. floret.

6. Inter Angliæ Epiſcopos hoc etiam tempore florebat Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus. *Qui cum eſſet in habitu clericali, dum eligeretur, conſtanter cœpit reniti, ne morem majorum, qui eum in eadem ſede præceſſerant, ambitione ſua turpari videretur. Nullum enim viderat ad id tempus Cantuarienſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, niſi monachali ſchemate indutum fuiſſe*, Inquit Gervaſius Monachus Cantuarienſis in Actis Pontificum Cantuar., ac addit, vocatum fuiſſe e Monaſterio Floriacenſi Abbatem in Angliam, ut eum habitu monachico indueret, ſicque gaudentibus cunctis Odonem factum Archiepiſcopum Cantuariæ, & ab Agapito Papa Pallium ſuſcepiſſe. Fuſius hoc refertur in ejus vita a Mabillonio ſec V. Benedict. in qua auctor narrat, quod cum clerici quidam maligno errore ſeducti dicerent, panem & vinum quæ in Altari ponuntur, poſt conſecrationem in priori ſubſtantia permanere, & figuram tantummodo eſſe Corporis, & Sanguinis Chriſti, ut eorum perfidiam beatus Odo deſtrueret, dum in conſpectu totius populi ſacroſanctis miſſarum ſolemniis devotus intenderet, expreſſis lacrymis Dei omnipotentis clementiam exoravit, ut veram corporis ſui eſſentiam in ſacramento Euchariſtiæ, verumque ſanguinem in calice adeſſe miraculo comprobaret; *& ob ineffabilis Dei miſeratio*, nam dum Odo vivificum confregiſſet Panem, cœpit guttatim ſanguis defluere, quo portento factum eſt, ut errorem ſuum adſtantes increduli abjurarent, ut fuſiori ſtilo ibidem narrat auctor, qui addit ſancti Sacerdotis oratione, in ſuam iterum in ſuam ſpeciem tranſiiſſe. Ex his autem patet, eouſque de vero Chriſti corpore, veroque ejuſdem ſanguine in Euchariſtiæ ſacramento ſententiam in Anglia tunc viguiſſe, ut clericorum vacillantium errorem, enormem perfidiam is auctor dixerit. In quam rem Paſchaſius Ratbertus lib. de Corpore, & Sanguine Domini, cap. 14. eadem portenta in fidei confirmationem alibi quoque patrata fuiſſe ſcribere non

Digitized by Google

non dubitavit. *Nemo*, inquit, *qui ſanctorum vitas & exempla legerit poteſt ignorare, quod ſæpe hæc myſtica Corporis, & Sanguinis Sacramenta, aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes Chriſtum, viſibili ſpecie in agni forma, aut carnis, & ſanguinis colore, monſtrata ſint: quatenus de ſe Chriſtus clementer adhuc non credentibus, fidem faceret. Ita ut dum oblata frangitur vel offertur hoſtia, videretur agnus in manibus, & cruor in calice, quaſi ex immolatione profluere, ut quod latebat in myſterio, pateſceret adhuc dubitantibus in miraculo &c.*

7. Ejuſdem etiam Odonis Archiepiſcopi extant conſtitutiones circa annum 944., vivente adhuc Edmundo Rege vulgatæ, quibus cujuslibet conditionis viros, ut ſancte pieque viverent, juſtitiamque adminiſtrarent, admonet, de immunitate, ſcilicet, Eccleſiis ab omnibus ſervanda, de obedientia Epiſcopis a Principibus præſtanda, de Epiſcoporum, Presbyterorum, clericorum, & monachorum officiis ſingillatim agit, itaut ſinguli pro modulo ſuo, verbis, exemplis, & ſancta converſatione, animarum ſalutem curarent, illicita poſtmodum connubia prohibet, ac ut quislibet concordiam, & jejunia Eccleſiæ ſervaret, eleemoſinas faceret, ac decimas ſolveret, jubet: tandem epiſtola ad Epiſcopos ſuæ Metropolis data, eoſdem, ut gregi ſibi commiſſo, cum omni cura & ſollicitudine, tamquam boni paſtores invigilarent, excitavit: ex quibus ſane maximam paſtoralis officii curam, cum toto vitæ ſuæ tempore geſſiſſe manifeſtum eſt.

Odonis Cantauri Archiepiſc. conſtitutiones. *Labb. to. 9. pag. 610. Wilkins concil. pag. 212.*

Odonis Archiep. epiſt. ad Epiſc. ſuæ Metrop.

JESU CHRISTI ANNUS 948. AGAPITI SECUNDI PAPÆ 3. CONSTANTINI IMP. 37.

1. Hoc Chriſti anno 948. cum inveterata de Remenſi Archiepiſcopatu quæſtio inter Hugonem, & Artaldum adhuc ferveret, Marinum Polimartii Epiſcopum in Gallias legatum Agapitus Papa miſit, ut cum illarum partium Epiſcopis cauſam Remenſis eccleſiæ cognoſceret, & ut Ludovici Francorum Regis cauſam tueretur, cujus Regnum Hugonis Principis factione jamdiu nutabat, de quibus hæc Flodoardus Remenſis tunc Eccleſiæ Presbyter in chronico, & in hiſtoria Remenſis Eccleſiæ. *Anno nongenteſimo quadrageſimo octavo, ſynodus*

Agapitus Papa Marinum legatum in Gallias mittit.

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 948.
Labb. to. 9. pag. 622.
Synodus ad caſtrum Moſomi.

dus prædicta, quæ ſcilicet indicta fuerat celebranda hoc anno Idibus Januarii, celebraretur in Eccleſia ſancti Petri ante conſpectum caſtri Moſomi a domino Rotberto, ceteriſque Trevirenſis diœceſeos Epiſcopis, & aliquibus Rhemenſis. Veniens illuc Hugo, & locutus cum Rotberto Trevirenſi Archiepiſcopo, Synodum noluit ingredi, litteras vero quaſdam ex nomine Agapiti Papæ miſit ad Epiſcopos per clericum ſuum qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicæ continentes, hoc tantum præcipientes, ut Hugoni Rhemenſe redderetur Epiſcopium. Quibus lectis, ineuntes Epiſcopi conſilium cum Abbatibus, & cæteris ſapientibus qui aderant, reſponderunt, non eſſe dignum vel congruum, ut mandatum legationis Apoſtolicæ, quam dudum Rotbertus Archiepiſcopus, deferente Friderico præſule Moguntinenſi, coram Regibus, & Epiſcopis tam Galliæ quam Germaniæ ſuſceperat, & partem jam petitionis ipſius exegerat, propter illas litteras intermitterent, quas inſidiator Artaldi præſulis exhibebat, imo quod regulariter cœptum fuerat, canonice pertractaretur. Sicque præceptum eſt, ut recitaretur capitulum decimumnonum Carthaginenſis Concilii, de accuſato, & accuſatore. Quo recitato, judicatum eſt, ſecundum definitionem ipſius capituli, ut Artaldo præſule retinente communionem, & parochiam Rhemenſem, Hugo, qui ad duas Synodus evocatus venire contempſerat, a communione, & regimine Rhemenſis Epiſcopii abſtineret, donec ad univerſalem Synodum, quæ indicebatur ad Kalendas Auguſti, ſeſe purgaturus occurreret. Ipſumque capitulum mox in charta deſcribi fecerunt Epiſcopi coram ſe, ſubnectentes hanc etiam definitionem ſuam, & eidem Hugoni miſerunt. Qui poſt alteram diem eamdem chartam Rotberto præſuli remiſit, hoc verbis remandans, quod ipſorum judicio nequaquam obediturus ſit. Interea proclamationis litteræ a domno Artaldo diriguntur ad Sedem Romanam. Domnus igitur Agapitus Papa Vicarium ſuum Marinum Epiſcopum mittit ad Ottonem propter evocandam, & congregandam generalem Synodum, litteræque ipſius Papæ mittuntur ab Urbe Romana ſpeciatim quibuſdam Epiſcopis Galliæ, Germaniæque vocantes eos ad Synodum. Quæ Synodus congregata eſt ex præcepto præfati in Englehem palatio regali in Eccleſia beati Remigii honore dicata, ſeptimo Idus Junii, cauſa videlicet maximarum diſſenſionum, quæ agitabantur inter Regem Ludovicum,

& Hu-

Digitized by Google

& Hugonem Principem, inter Artaldum quoque Rhemenſem Epiſcopum, & Hugonem illicite ſubſtitutum ejuſdem urbis præſulem, quæ diſſenſiones omne perturbaverant Regnum Francorum. Ad quam ſynodum celebrandam, adveniente prædicto Marino Sedis Apoſtolicæ Vicario, convenerunt etiam Germaniæ præſules cum quibuſdam Galliarum Epiſcopis, ex quibus Robertus Trevirenſis Archiepiſcopus primus ſubſcripſit, deinde ceteri numero 30. ex præcipuis Germaniæ Epiſcopis.

Ludovici Regis querelæ contra Hugonem ſynodo expoſitæ.

2. Reſidentibus itaque Epiſcopis in Eccleſia S. Petri, & poſt præmiſſas preces *ingreſſis glorioſis Regibus Ottone, ac Ludovico, & ſimul reſidentibus poſt allocutionem præfati Marini Sedis Apoſtolicæ Legati, exurgens Ludovicus Rex e latere, & conſenſu domni Regis Ottonis, proclamationis ſuæ querimoniam propalavit coram præmiſſo Romanæ Sedis Vicario, cæteriſque conſidentibus Epiſcopis, referens, qualiter accerſitus fuerit a tranſmarinis regionibus per Legatos Hugonis, cæterorumque Franciæ Principum ad ſuſcipiendum ſuæ paternæ hæreditatis Regnum, cunctorumque votis, & acclamationibus procerum, militiæque Francorum ſublimatus, & conſecratus ſit ad apicem regalis moderaminis obtinendum; poſtea vero ejectus ſit a præfato Hugone, & dolis appetitus ac comprehenſus, per annum integrum ſub cuſtodia fuerit ab eo detentus, nec aliter ejus abſolutio potuerit obtineri, niſi Landunum caſtrum, quod ſolum tunc Regina Gerberga cum fidelibus ſuis regiis ſuis ſedibus retinebat, Hugone id occupante, dimitteret: De his omnibus malis, quæ poſt Regni ſuſceptionem paſſus fuerat, ſi quis objiceret, quod ſui facinoris cauſa eidem fuiſſent illata, inde ſe juxta ſynodale judicium, & Regis Ottonis præceptionem purgaret, vel certamine ſingulari defenderet. Deinde ſurgens Artaldus Archiepiſcopus protulit ſecundum juſſionem Papæ Romani, quam ei delegaverat, litis initium atque tenorem, quæ verſabatur inter ipſum, & Hugonem ſubrogatum ſibi Eccleſiæ Rhemenſis Antiſtitem.*

Agapiti Papæ falſas litteras Hugo ſynodo exhibet.

3. Tunc ſynodum ingreſſus Sigeboldus Hugonis clericus Agapiti Papæ litteras ſynodo obtulit, quibus juſſerat, ut Artaldo remoto, Remenſis ſedes Hugoni reſtitueretur, quæ cum juſſu Marini Romanæ ſedis legati lectæ eſſent. *Exurgentes Artaldus, & præfatus Rodulphus, qui in iiſdem litte-*

JESU CHR. AN. 948. *litteris memorabantur, Fulbertus quoque Cameracenſis Antiſtes, eaſdem litteras refutarunt, aſtruentes quod eas antea nunquam viderint, vel audierint, neque in earum delegatione conſenſum præbuerint. Quibus cum idem clericus contraire non poſſet, licet in eos calumniis obſtrepens: præcepit Dominus Marinus, ſuggerens univerſæ Synodo, ut ſibi conſilium, & rectum judicium proferrent ſuper hujuſmodi calumniatore, & calumniarum in Epiſcopos delatore. At illi poſtquam delator publice confutatus eſt falſa detuliſſe, lectis capitulis de hujuſcemodi calumniatoribus, judicant, & unanimiter cenſent, eum quo fruebatur honore, privari debere, ac ſecundum capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur miniſterio mulctatus, a conſpectu Synodi reprobatus abſceſſit. Artaldo vero præſuli, qui omnibus ſe Synodis præſentabilem fecerat, non refugiens ſynodale judicium Epiſcopium Rhemenſe juxta Canonum conſtituta, & ſanctorum Patrum decreta, omnino retinendum atque diſponendum decernunt, laudant atque corroborant.*

Hugo invaſor ſedis Remen. damnatur.

4. Reſtituto itaque in Remenſem ſedem Artaldo, cum iterum Epiſcopi conveniſſent, Robertus Trevirenſis Epiſcopus dixit, ut in ejuſdem ſedis invaſorem Hugonem ſententiam ſynodus proferret. *Præcepit itaque Marinus Vicarius*, Agapiti Papæ, *ut canonicam ſuper præſumptione Synodus proferret ſententiam. Jubentur ergo ſanctæ legis Catholicæ recitari capitula. Quibus recitatis, ſecundum ſacrorum Canonum, & ſanctorum decreta Patrum Sixti, Alexandri, Innocentii, Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, Leonis, Symmachi, cæterorumque ſanctorum Eccleſiæ Doctorum, excommunicaverunt, atque ab Eccleſiæ Dei gremio repulerunt prædictum Hugonem Rhemenſis eccleſiæ pervaſorem, donec ad pœnitentiam, & dignam ſatisfactionem venire procuraret. Cæteris quoque diebus tractata ſunt quædam neceſſaria de inceſtis conjugiis, & Eccleſiis, quæ presbyteris in partibus Germaniæ dabantur, imo venumdabantur indebite, & auferebantur a laicis illicite. Probibitum igitur atque ſtatutum eſt, ne id omnino præſumeretur ab aliquo. Sed & de aliis Eccleſiæ Dei utilitatibus tractata ſunt, & definita nonnulla*, quæ in actis conciliorum relata, in canones decem diſtincta ſunt, ac primo, & tertio Hugo Comes tamquam pacis publicæ perturbator, qui etiam Rodulphum Lugdunenſem Epiſcopum ſua ſede ejecerat

pag. 625.

Digitized by Google

rat excommunicatur, niſi ad Trevirenſem ſynodum ſexto idus Septemb. celebrandam, adveniens ſatisfecerit, eademque pœna Hugo Remenſis eccleſiæ invaſor ſubijcitur; deinde ut laicorum nullus eccleſiæ presbyterum dare, aut ejicere præſumat, vel Presbyteris injuriam inferre; ut Paſchale feſtum per totam hebdomadam celebraretur cautum eſt, & ut in Pentecoſte ſecunda, tertia, & quarta feria tamquam feſtivæ haberentur, juſſum eſt; & ut in Litania majori jejunium, ſicut in Rogationibus ſervaretur; ut in oblationibus altaris laici omnino abſtinerent, & ut decimarum quæſtiones motæ in ſynodo, a ſacerdotibus, & non in forenſibus judiciis cognoſcerentur, ſtatutum eſt.

Trevirenſis ſynodus celebratur.

5. Adveniente autem die, qua ſynodus Treviris celebranda indicta fuerat. *Artaldus Archiepiſcopus Rhemenſis Treviros proficiſcitur ad Synodum cum Epiſcopis Vidone Sueſſionico, Rodulpho Laudunenſi, & Vicfredo Morinenſi. Quo pervenientes Marinum ſeſe præſtolantem repererunt cum Roberto Archiepiſcopo Trevirenſi. Cæterorum vero Lotharienſium, atque Germanorum præſulum illuc invenere neminem. Conſidentibus igitur illis, ſciſcitari cœpit Marinus Vicarius, quid egiſſet poſt præmiſſam Synodum Hugo Princeps erga ipſos, & Regem Ludovicum. At illi referunt ſupra memorata, quæ ipſis, & Eccleſiis eorum intulerat mala. Requirit ergo de vocatione ipſius Principis Marinus: Utrum perlatæ ei fuiſſent litteræ vocationis, quas ei perferendas delegaverat. Cui reſpondetur ab Artaldo Archiepiſcopo, quod quædam earum perlatæ ſunt, quædam vero perferri non potuerunt, earum gerulo ab ipſis graſſatoribus intercepto, vocatus tamen fuerit tam litteris, quam internuntiis. Requiritur itaque ſi adſit aliquis ex parte ipſius Legatus, ubi cum nullus fuiſſet inventus, decernitur expectandum, ſi forte adventurus eſſet in craſtinum. Quod cum minime contigiſſet, & omnes qui aderant tam clerici, quam illuſtres laici excommunicandum eſſe acclamarent, definitur ab Epiſcopis, hanc excommunicationem differendam uſque ad diem tertiam. Tractatur autem de Epiſcopis qui vocati fuerant, & venire diſtulerant, vel his qui ordinationis Hugonis participes extiterant. Et Vido quidem Sueſſionicus ſe culpabilem, proſtratus coram Marino Vicario, & Artaldo Archiepiſcopo confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Roberto, & Artaldo Archiepiſco-*

JESU CHR. AN. 948. *ſcopis, abſolvi ab hac noxa meretur: Vicfredus Morinenſis immunis ab hac ordinatione reperitur. Adeſt Tranſmarini Noviomenſis Epiſcopi Legatus quidam presbyter, aſtruens, eumdem præſulem ita gravi languore detentum, ut ad eamdem Synodum venire non valuerit. Id quoque noſtrates qui aderant teſtabantur Epiſcopi. Tertia tandem die, inſiſtente præcipue Lindulpho Legato, & Capellano Regis Ottonis, quoniam idem Rex id omnino fieri præcipiebat, excommunicatur Hugo Comes inimicus Ludovici Regis pro ſupra memoratis malis ab ipſo perpetratis, eo tamen modo, donec reſipiſcat, & ad ſatisfactionem coram Marino Vicario, vel Epiſcopis, quibus injuriam fecit, deveniat. Quod ſi facere contempſerit, Romam, pro abſolutione ſui proficiſcatur. Excommunicantur, & duo pſeudoepiſcopi ab Hugone damnato ordinati, Thetbaldus, & Ivo, prior poſt expulſionem ipſius in Ambianenſi urbe, alter poſt damnationem ejuſdem Hugonis in Silvanectenſi ab eo conſtituti. Excommunicatur etiam clericus Laudunenſis nomine Adelomus, quem accuſavit Aodulphus Epiſcopus ſuus, eo quod Thetbaldum excommunicatum in Eccleſiam introduxerit. Vocatur Hildegarius Bellovacenſis Epiſcopus litteris præfati Marini, ut veniat coram eo, vel eat Romam, rationem redditurus coram domino Papa pro illicita ordinatione prædictorum pſeudoepiſcoporum, cui interfuerat. Vocatur & Heribertus Heriberti Comitis filius ad ſatisfactionem venire pro malis, quæ contra Epiſcopos agebat. His geſtis, Epiſcopi revertuntur ad ſua. Luidulphus autem Capellanus Ottonis Marinum Vicarium deducit ad Regem ſuum in Saxoniam, ubi conſecraturus fuerat Eccleſiam Fuldenſis monaſterii: poſt cujus conſecrationem idem Marinus exacta hyeme, Romam revertitur.* Hactenus de Synodis hoc anno celebratis, & geſtis a Marino legato, quæ omnia anno ſequenti Romæ ab Agapito Papa confirmata ſunt, ut ibidem dicturi ſumus, totam vero cauſam ſuam, & Remenſis eccleſiæ viciſſitudines ab tempore Herivei, & Seulphi ſucceſſoris, ad Trevirenſem ſynodum fuſiori ſtilo proſequitur Artaldus in Epiſtola ad Marinum Romanæ ſedis legatum, qua ſemel, & iterum in eamdem ſedem ſe reſtitutum, & ejectum fuiſſe narrat, dataque eſt *Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis Vicario Domno Marino, univerſeque ſanctæ ſynodo apud Engelentheim con-*

congregatæ Artaldus divina propitiante clementia Remorum Archiepiſcopus.

6. In Anglia etiam hoc anno Edredus, ſive Elredus Rex convocatis Londini Regni ſui Epiſcopis, & Proceribus, in feſto nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, de totius Regni, & Eccleſiæ negotiis tractatum habuit. Iiſque geſtis *Domino Turketulo Abbati, monachiſque ſuis accerſitis Rex Edredus dedit monaſterium Chroyland per chartam ſuam dictatam ab eodem Turchetulo Abbate jamdudum Regis Cancellario, conſiliarioque familiariſſimo*, his verbis conſcriptam. *Pax in ſummæ Trinitatis nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Ego Edredus &c.* Quam integram exhibet Ingulphus pag. 32. & ſeqq.; eaque prædia plurima dicto monaſterio, & Abbati collata ſunt, ac immunitas ab omni Eccleſiaſtica, & ſeculari poteſtate tribuitur, datum vero diploma dicitur anno ab Incarnatione D. N. J. C. 948. in præſentia Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Procerum Regni ſubſcriptorum, quorum primus Odo Dorobernenſis Archiepiſcopus legitur, deinde Vulſtanus ſive Duſtanus Eboracenſis &c.

pag. 627. Synodus Londinenſis.

Apud Vilkins concil. Britann. to. 1. pag. 217.

7. Omnium virtutum, & ſcientiarum genere exornatum fuiſſe Conſtantinum Imp. tradunt Bizantinæ hiſtoriæ ſcriptores; unus præ ceteris Theophanis continuator, tot de eodem elogia refert, ut ea reſcribere pigeat, ac mirum eſt, in uno Principe tantam cum pietate, & religionis ſtudio conjunctam fuiſſe liberalitatem cum œconomia, magnificentiam cum frugalitate, clementiam cum juſtitia, legumque obſervantia, & cum ſedula Imperii adminiſtratione, ſcientiarum quoque, artiumque omnium peritiam conjunxiſſe, ut merito Philoſophi nomen, & Sapientis promeruerit, quas non ſolum ipſe excoluit, ſed etiam accitis undique doctiſſimis viris, ſcholas aperuit, eiſque magiſtros præfecit. *Ex quibus Conſtantinum protoſpotharium myſtici* (ſeu ſecretarii) *tunc munere fungentem Philoſophorum ludo præfecit, Rethorum Alexandrum Nicææ Metropolitam Geometriæ Nicephorum Patricium, Aſtronomiæ Gregorium a ſecretis &c.* Atque exhortationibus, præſentia, & prœmiis magiſtros, æque ac diſcipulos, ut ſedulo in iis vacarent, excitabat, quotidie eos menſæ ſuæ contubernales efficiens, prœmiiſque excitans, unde factum eſt, ut temporis tractu viros ſcientiarum,

Conſtantinus Imp. ſcientiarum omnium, & artium cultor. *Theoph. contin. pag. 275. & ſeqq.*

pag. 278.

Jesu Chr. an. 949.

rum, artiumque peritiſſimos Imperator, Judicum, ac Senatorum, Secretariorumque, & Metropolitanorum honore ſublimaverit: quot vero vel ſacras ædes, vel publica ædificia extruxerit, longum eſſet referre.

Conſtantinus Imp. filium ſuum in Imperii adminiſtratione edocet, pag. 285.

8. Inter cetera *Romano Imperatori filio ſuo majora extruxit Palatia, quam ſuperioris ævi Imperatorum extiterint, magnificas ædes a fundamentis excitans*, ita tamen filium diligebat, & hortabatur, *ut pie ac religioſe Deum coleret, tumque doctrinam, & mores docebat, inceſſ*[illegible]*mque, & riſum, & habitum, ut pro regia majeſtate in ſolio ſedere, ac ſtare eum deceret, informabat, cui uxorem locavit nobiliſſima ortam proſapia, pulchram corpore, facie venuſtam, caſtam animo, ac omni morum honeſtate præditam, nomine Anaſtaſiam Crateri filiam, cui a Porphyrigeneto inditum Theophanonis nomen &c.* Hunc vero cum, poſt ejectos ab aula Romani olim Imp. filios, Imperio hoc tempore ſociaſſet, ac ut narrat Cedrenus *Feſto Paſchatis die Romano filio ſuo diadema impoſuiſſet, vota faciente Theophylacto Patriarcha*, librum de adminiſtrando Imperio filio ſuo Imperatori Conſtantinus dicavit, ut eum quomodo Imperii gubernacula tractanda eſſent, edoceret, quem librum hoc, vel ſequenti anno editum fuiſſe inde conſtat, quod capite 26. de Romano Lecapato olim Imp. defuncto ſermo fiat, cum adhuc Lotharius Italiæ Regnum adminiſtraret, quare cum Lotharius anno 950. vivere deſierit, Romanus vero anno proximo, hoc tantum, vel ſequenti anno is liber ſcriptus eſt, quod etiam ex mundi anno, & indictione ſeptima, ibidem commemorata capite 27. idem probatur, ait Manſius ad hunc annum.

Conſtantini Imp. liber de Imperii adminiſtratione.

JESU CHRISTI annus 949. Agapiti Secundi Papæ 4. Conſtantini Imp. an. 38.

Agapitus Papa acta concilii Ingelhemi confirmat.

1. Hoc ineunte Chriſti anno 949., indict. 7. Agapitus Papa congregata Romæ ſynodo, geſta concilii Ingelhemi anno proximo in cauſa Adelardi, & Hugonis de Remenſi Archiepiſcopatu contendentium, confirmavit, ut his verbis narrat Flodoardus. *Agapitus Papa ſynodum habuit apud ſanctum Petrum, in qua damnationem Hugonis Epiſcopi apud Ingalenheim factam confirmavit, excommunicans etiam Hu-*

go-

Digitized by Google

genem Principem donec Ludovico Regi ſatisfaciat &c. ſicque inveterata quæſtio de Remenſi Archiepiſcopatu ſopita aliquatenus fuit, unde Adelardus in ea Sede ab Agapito Papa confirmatus, duos conſecravit Epiſcopos, unum Lugduni, ſcilicet Roriconem Diaconum Ludovici Regis fratrem, alterum Ambianis Regembaldum nomine Atrebatenſem monachum, quem Ambianenſes elegerant in locum Thetbaldi, iis invitis ab Hugone Principe intruſi, ut idem narrat Flodoardus. JESU CHR. AN. 949.

2. Trenorchii in Galliis concilium hoc anno celebratum fuiſſe adnotat Mabillonius, quod Labbeus, Sirmondus, aliique ad annum 944. alligarunt: concilio cauſam dedit violenta Guidonis Abbatis electio a Giſberto Duce facta, in locum Haimini defuncti, invitis monachis Trinorchienſis monaſterii, qui ea de cauſa, cum reliquiis ſanctorum, ad ſancti Portiani cellam in Arvernis tranſierant. Hinc Epiſcopi ibidem congregati, Guidone Lugdunenſi Epiſcopo præſide, ut monachi ad ſua redirent decreverunt, de quibus plura ibidem Mabillonius citatus. Concilium Trenorchienſe. *Mabill. Annal lib. 45. num. 20.*

3. Hoc ipſo anno Otto Germaniæ Rex debellatis undique gentibus, in Danos arma convertit, *tranſgreſſuſque eum exercitu fines Danorum, qui olim fuerant apud Slewich ferro, & igne vaſtavit omnem regionem uſque ad mare noviſſimum, quod Nortmannos dirimit a Danis, & uſque in præſentem diem a victoria Regis Ottenſund dicitur. Cui ingrediendi Haroldus Rex, apud Slewich bellum intulit, in quo utriſque viriliter concertantibus, Saxones* (ideſt Milites Ottonis Regis) *victoria potiti ſunt, & Dani terga vertentes ad naves ceſſerunt. Tandem conditionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni ſubiicitur, & ab eo regnum ſuſcipiens, Chriſtianitatem in Dania recipere ſpopondit. Nec mora, baptizatus eſt ipſe Haroldus cum uxore ſua Gunnild, & filio parvulo, quem Rex noſter a ſacro fonte ſuſceptum, Suein Otto appellavit*, inquit Helmoldus lib. 1. chronici Slavorum cap. 9. eademque fuſiori ſtylo ex Adamo Bremenſi Baronius. Chriſtiana fides in Dania propagatur.

4. Poſt hæc ſubdit Adamus. *Dania Ciſmarina, in tres diviſa Epiſcopatus Hamburgenſi Archiepiſcopatui eſt ſubjecta*, ibique Adaldagus Hamburgenſis Archiepiſcopus, *omnium primus ordinavit in Dania Epiſcopos Haroldum ad Sliawich, Liadſegum ad Ripam*, quæ nunc Jutlandiæ oppidum Tres Epiſcopi in Dania conſtituti.

JESU CHR. AN. 949.

dum eſt, *Reibrandum ad Harbuſam, quibus etiam illas commendavit eccleſias, quæ trans mare in Finne, Seland, ac in Sveonia; atque hoc factum eſt anno Archiepiſcopatus duodecimo*. Adaldagi, ſcilicet, Hamburgenſis, ideoque hoc, vel anno proximo, ut adnotat Pagius.

Agapiti Papæ privilegia Hamburgenſi Epiſc. conceſſa.

5. Hæc autem omnia Agapiti Romani Pontificis auctoritate ab Adaldago Hamburgenſi Archiepiſcopo peracta fuiſſe his verbis narrat Adamus. *In privilegiis Romanæ Sedis videri poteſt, quod Agapitus Papa Hamburgenſi eccleſiæ, de ſalute gentium congratulatus, omnia, quæ a deceſſoribus ſuis Gregorio, Nicolao, Sergio, & ceteris Bremenſi Archiepiſcopatui conceſſa ſunt, & ipſe conceſſit Adaldago, cui etiam ſua vice jus ordinandi Epiſcopos tam in Dania, quam in Septentrionis populis, Apoſtolica auctoritate conceſſit*, qua fultus tres, ut diximus, in Dania Epiſcopatus erexit.

Berengarius pecunia Hungaros ab Italiæ ingreſſu prohibet. *Luitpr. hiſt. lib. 5. 15.*

6. Hoc eodem anno Berengarius Iporegiæ Marchio, ſeu potius Italiæ Rex, cum nomen tantum Lotharius retineret, oblata pecunia Hungaros ab Italiæ ingreſſu, & devaſtatione prohibuit, ut his verbis narrat Luitprandus. *Per idem tempus Taxis Hungarorum Rex cum magno exercitu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex propria pecunia, ſed ex eccleſiarum, & pauperum collectione decem modios nummorum dedit. Fecit autem hoc, non ut populi curam haberet, ſed ut hac occaſione magnam pecuniam congregaret, quod & fuit. In omni enim etiam ætate, omnique ſexu, tam ablactatus, quam lactens pro ſe nummum dedit. Quibus æs commiſcens, ex paucis decem modios fuit, ceterum vero partem, & quidquid ex eccleſiis tulit, ſibi retinuit*. Ex Italia abeuntes in Gallias tranſierunt, unde ad annum 951. Flodoardus, *Hungari ab Italia tranſcenſis Alpibus egreſſi Aquitaniam ingreſſi ſunt, ibique tota pene demorati æſtate, multis hanc regionem rapinis, & interminationibus*, ſeu internecionibus, *attriverunt, ſicque per Italiam reverſi ſunt in terram ſuam*. Unde huc, illucque vagantes, vaſtitatem ubique ferebant.

JE-

JESU CHRISTI annus 950. Agapiti II. Papæ an. 5. Constantini Imp. an. 39.

1. Hoc Chriſti anno 950. Lotharius Italiæ Rex vivere deſiit, quem veneno a Berengario propinato obiiſſe fama vulgatum eſt, ut his verbis indicat Flodoardus ad hunc annum. *Berengarius quidam Princeps Italiæ, propinato veneno, ut ferunt, Lothario Regi Hugonis filio, Rex Italiæ efficitur*, idem indicat Leo Oſtienſis *Lotharius poſt annos ferme quatuor in phreneſim ſubitam incidens, diem clauſit extremum &c.* Hinc ſupra adnotaverat Luitprandus, quod dum Lotharius Berengarium imprudentia ſua ab inſidiis patris eripuerat. *Sibi decipulam præparaverit, futuri ignarus videre non potuit. Dum enim Berengario conſuluit, qui Regnum, & vitam auferret, ſibimet præparavit*. Diem Lotharii ultimum auctor chronici Novalicenſis adnotavit. *Hic*, ideſt Lotharius, *dum aliquando de Papia veniret Taurinum, ac cum uxore ſua feria quarta, quæ eſt decimatertia Novembris, præceptum dedit Arduino Marchioni Abbatiæ Bremenſis, qui non poſt multum tempus mortuus eſt, tranſacta vix ſpatio unius menſis feria ſexta, quæ eſt decimo Kal. Decemb., & Mediolanum vectus, ibique tumulatur, in ſepulchro ſui genitoris*, quod ſcilicet ſibi paraverat, ſi in Italia obiiſſet, at Hugo in Gallias reverſus, in monaſterio a ſe ædificato tumulatus fuit, ut ſupra diximus.

Lotharii Regis obitus.

Leo Oſtienſ. lib. 1. 61.

lib. 5. cap. 4.

Murat. rer. Ital. tom. 2. part. 2.

2. *Poſt mortem horum Regum*, ſequitur auctor chronici, *regnavit Berengarius cum filio ſuo Adelberto die Dominica, quæ eſt quintadecima die menſis* (Decembris) *in civitate Papiæ ad abſidam ſancti Michaelis, ſic electi ſunt Reges ut præeſſent Italiæ, qui inde exientes laureati cum Villa uxore ipſius Berengarii indictione nona*. De annis Regni Lotharii, dieque obitus, hæc etiam auctor brevioris chronici Regum Italiæ. *Poſt deceſſum ipſius Hugonis, regnavit ipſe Lotharius annos III. expletos, & menſes VII., & dies duo. Obitavit*, ſeu obiit, *die veneris, qui eſt X. Kal. Decemb. civitate Taurinenſium*. Berengarii autem in Italia Regnum turbulentum, & breviſſimum fuit, nam cum Adelaidem Lotharii viduam in ſuam poteſtatem accepiſſet, eamdem filio ſuo uxorem deſtinaverat, cujus nuptias, cum Adelaides

Berengarius Italiæ Rex declaratur.

Apud Murat. rer. Ital. tom. 4. anecdota latina tom. 2.

 renuiſ-

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 950. renuiſſet, variis eam affecit injuriis, uſque dum Otto Germaniæ Rex, anno proximo in Italiam adveniens, ab ejus manibus eam eripuit, uxoremque duxit, ut narrat Odilo Cluniacenſis Abbas in ejus vita. *Poſtquam enim mortuus eſt Lotharius vir ejus, honorem Regni Italici adeptus eſt quidam vir nomine Berengarius, qui habebat conjugem nomine Villam, a quibus indecenter innocens capta, diverſis anguſtiata cruciatibus, capillis, cæſarie detractis, pugnis frequenter agitata, & calcibus una tantum famula comite, ad ultimum tetris incluſa carceribus, liberata divinitus poſtmodum ordinante Deo Imperialibus eſt ſublimata culminibus*. Dum cum Ottone marito ſuo Auguſtea corona utrique donati ſunt, ut infra dicturi ſumus. In Venuſinam arcem poſt mariti obitum Adelaidem ſe recepiſſe Leo Oſtienſis, & auctor chronici Novalicenſis ſcribunt. Atque inde ab Ottone liberatam; uxorem duxiſſe addunt, at ut adnotat Muratorius, in eam arcem aufugit, cum e carcere, in qua Berengarius eam clauſerat, erepta eſt.

Boleslaus Bohemiæ Rex Ottoni Regi se submittit.

3. *Illo tempore*, ideſt hoc anno ait Vitichindus lib. 2. poſtquam de injuriis a Berengario Adelaidi viduæ illatis, ſermonem habuit. *Rex Otto proficiſcitur in militiam contra Boleslaum Regem Bohemorum, & cum capienda eſſet Urbs, quæ nuncupabatur Nova, in qua clauſus obſidebatur Bolislavi filius, prudenti Rex conſilio diremit prælium, ne miles in rapiendis hoſtium ſpoliis aliquod periculum incideret. Conſiderata itaque virtute Regis, ac innumera multitudine exercitus Bolislaf urbe egreſſus maluit tantæ majeſtati ſubiici, quam ultimam perniciem pati. Subque ſignis ſtans, & Regem audiens, reſponſaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoriaglorioſus factus Rex Saxoniam regreſſus eſt*. Quod currenti anno contigiſſe teſtantur Sigebertus in Chron. & Continuator Reginonis. Et hic finis fuit belli, quod per annos quatuordecim adverſus Ottonem Germaniæ Regem *Boleslaus* S. Venceslai fratris parricida geſſit, & *ex eo Regi fidelis ſervus & utilis permanſit*, ait Vitichindus de initio Regni Ottonis loquens.

Ramiri Legionis Regis obitus, cui Ordonius tertius succedit.

4. Hoc pariter anno 950. Ramirus Legionis in Hiſpania Rex, ob multas adverſus Arabes victorias partas clariſſimus, Ovetum religionis cauſa profectus, ibique læthali morbo correptus, Legionem delatus, domeſticis rebus com-

compoſitis, confeſſione coram Epiſcopis, & Abbatibus, qui illic aderant, facta, ſuſceptoque ſacramento corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſupremum diem obiit, die quinta Januarii, cum annos decem & novem, menſes duos, dies vigintiquinque Regnum adminiſtraſſet, ac in monaſteri Salvatoris a ſe conſtructo ſepultus fuit, ut omnes Hiſpaniarum hiſtorici narrant, ſucceſſoremque habuit filium ſuum Ordonium tertium, qui annos quinque, menſes ſeptem, domeſticis diſſentionibus, civilique bello a Sanctio fratre fatigatus, regnavit, ut pluribus narrant Hiſpaniarum hiſtorici.

JESU CHR. AN. 951.

Mariana hiſt. Hiſpan. pag. 315.

JESU CHRISTI AN. 951. AGAPITI II. PAPÆ 6. CONSTANTINI IMP. 40.

1. Hoc Chriſti anno 951. Otto Germaniæ Rex, filio ſuo Lodulpho in Italiam præmiſſo, eumdemque paulopoſt ſubſequens Italia potitus, Adelaidem deſinente hoc anno, uxorem duxit. *Rex Otto*, ait Reginonis continuator, *in Italiam ire volens, multo ſe ad hoc iter apparatu perſtruxit, quomodo Adelaidem viduam Lotharii Regis Italici, filiam Rodulphi Regis*, Burgundiæ ſcilicet, *a vinculis, & cuſtodia qua a Berengario tenebatur liberare, ſibique eam in matrimonium aſſumere, regnumque eum ea ſimul Italicum aquirere poſſet deliberavit*. Ac filium præmiſiſſe addit. Deinde *Mox ſubſequenter Rex Regnum Italicum ingreditur, Deoque ſibi aſſiſtente totius Italiæ poſſeſſor efficitur, ſed & domina Adelaid Deo amabilis Regina ſua ipſius prudentia a cuſtodia eſt, Deo propitio, liberata, & Ottoni Regi felici Deo auſpicante copula conjuncta*, & ſane ad Italicum obtinendum Regnum, cuncta proſpere eidem ceſſiſſe narrat ſuis verſibus Roſvida celebris hujus ſeculi poetiſſa in vita Odonis.

Otto Italiam occupat, Adelaidem uxorem ducit.

Perpaucis ſecum ſociis ſecreto reſumptis
Italiam petiit, fortique manu penetravit,
Exhortans patris Imperio populum dare collum,
Moxque redit, clarum referens ſine Marte triumphum.

Deſi-

Jesu Chr. an. 951.

Deſinente autem anno nuptias cum Adelaide celebratas fuiſſe narrat Annaliſta Saxo apud Eccardum his verbis. Rex Otto *Cum ſuis fidelibus in Italia Papiæ Natale Domini celebravit, & celebratis juxta magnificentiam regalem nuptiis, ſicque diſpoſitis negotiis proficiſcitur inde &c.* Ideſt in Germaniam, Conrado Papiæ cum exercitu relicto ad Italiam tuendam. Quem exitum hæc habuerint, anno proximo quo Italiam cum Berengario diviſit Otto dicturi ſumus.

Agapiti Papæ privilegia monaſteriis conceſſa.

2. De Agapiti Pontificis geſtis adnotamus eum diplomata, ſeu privilegia monaſteriis conceſſiſſe. Ex his recenſetur privilegium anno proximo 950. monaſterio Coxalenſi in Catalaunia datum, ac Gundefredo religioſo Abbati inſcriptum, quo ejuſdem monaſterii monachis concedit Pontifex, ut primitias, decimas, & oblationes iis in locis colligerent, liberamque eligendi Abbatis facultatem tribuit. *Scriptum*, dicitur, *per manus Leonis Notarii regionarii, & ſcriniarii S. R. E. in menſe Decembri &c.* Hoc anno Arnulphus Abbas Rivipullenſis Romam profectus, ab Agapito Papa petierat, ut monachis ſuis eligendi Abbatem liberam facultatem concederet, & poſſeſſiones monaſterii confirmaret, cui libenter annuens Pontifex dato diplomate, ait; *Igitur quia per veſtrum legatum, videlicet Arnulphum humilem Abbatem poſtulaſtis a nobis, quatenus monaſterium ſupradictum confirmaremus, & cum omnibus ſuis locis &c.* Prohibet inſuper Pontifex, ne quis poſt mortem Abbatis, cupiditate, aut pecunia, vel qualicumque favore, aut ambitu Abbas conſtituatur, ſed a cunctis ſervis Dei ejuſdem cœnobii *ſecundum Deum, & ſecundum S. Benedicti patris regulam dignus eligatur &c. Scriptum per manus Stephani notarii regionarii atque ſcriniarii Sanctæ, & Apoſtolicæ Rom. eccleſiæ in menſe Decembri per ſupradictam indictionem decimam.*

Mabill. Annal. lib. 45. n. 36. num. 52.

Hoc etiam tempore cum monaſterium Celſiniacenſe in Arvernia, a vicinis ejus loci præpotentibus viris vexaretur, cujus poſſeſſiones invaſerant, id ubi Pontifex intellexit, graves litteras *Omnibus in Arvernico habitantibus* direxit, maxime Prælatis, ut prædones ab eo loco arcerent, eoſque ad reſtitutionem ſub excommunicationis pœna compellerent. Agapiti Papæ epiſtolam Stephano Arvernenſi Epiſcopo inſcriptam exhibet Mabillonius loco ſupracitato, ex quibus eum

Mabill. num. 63.

Digitized by Google

eum pro monaſteriorum libertate, quiete, & indemnitate ſollicitum fuiſſe patet, unde plura non addimus, cum alioquin monaſteriorum cauſa ſingulis fere annis diplomata, ab Romano Pontifice, vel a ſeculi Principibus vulgata referant Mabillonius, Muratorius, aliique.

Berengarius Virdunenſis Episc. monachos in sua eccleſia conſtituit. *Mabill. annal. lib. 45. num. 57. pag. 516.*

3. Ad monaſticam hujus temporis hiſtoriam pertinet, Berengarii Verdunenſis Epiſcopi monachorum inſtitutio in ſua Eccleſia; dolens quippe ſanctus vir Eccleſiæ ſuæ clericos, qui ad monaſticam profeſſionem anhelabant, ad externa commigrare monaſteria, propterea quod nullum in ſua urbe inveniretur, communicato cum Clero, & proceribus conſilio conſtituit, ut in Eccleſia Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, ubi ſanctus Vitonus cum aliis ejuſdem ſedis ſanctis præſulibus requieſcit, monachorum cœtum inſtitueret clericorum loco, qui illic tum degebant; expulſis itaque clericis, monachos illuc introduxit, quibus ex rebus tum propriis, tum ex Eccleſiæ bonis annuos proventus aſſignavit, præfecto eiſdem venerabili Humberto Abbate, quem e Tullenſi ſancti Apri monaſterio accerſivit. Extat Berengarii hac de re charta in chronico Hugonis Abbatis, data *anno incarnationis Domini DCCCCLII.* ubi male conſcripta dicitur *præſidente Romanæ Eccleſiæ Papa Adriano VI.* ubi legendum Agapito. In ea ſubſcripti ſunt Humbertus ejus loci Abbas, Vodo ſeu Udo, vel Odo Abbas S. Michaelis ad Moſam, Bernardus Abbas, & Lotheſridus Comes, cum aliis clericis, & monachis, extatque privilegium Ottonis Imperatoris, quo jubet, ut *Filii eccleſiæ Virdunenſis, qui ſeculum deſerere voluiſſent, monaſticum habitum in eo ſuſciperent, nec ad externa monaſteria demigrarent.* Atque in eodem monaſterio paulopoſt idem Berengarius, ſeu Berengerius, Epiſcopali ſarcina abjecta, monachalem induit habitum, ibique obiit anno 971. ut narrat Hugo Flavimiacenſis in chronico Virdunenſi.

Digitized by Google

Jesu Chr.
an. 952.

JESU CHRISTI annus 952. Agapiti Secundi Papæ an. 7. Constantini Imp. an. 41.

Berengarius Ottoni Regi ſe ſubjicit.

1. Ob bellum adverſus Berengarium Italiæ Regem ab Ottone ſuſceptum, turbatas in Italia res fuiſſe ſcimus, quæ aliquatenus hoc anno ſopitæ ſunt, nam ut narrat Flodoardus ad hunc annum. *Otto Rex*, Germaniæ, *legationem pro ſuſceptione ſui Romam dirigit, qua non obtenta, cum uxore in ſua regreditur, dimiſſis ad cuſtodiam Papiæ quibuſdam ex ſuis. Berengarius Rex Italiæ ad Conradum Ducem, qui Papiæ remanſerat, venit, a quo in fide ipſius ſuſceptus, ad Ottonem perducitur, quem ille benigne ſuſcipiens, conceſſis eidem rebus, prout ſibi viſum fuit, quibuſdam in Italiam pacifice redire permiſit. Ipſe quoque Otto poſt celebrationem Paſchæ Papiam regreditur*. Rem clarius explicat Reginonis continuator, dum addit, quod cum Otto Conradum in Italia ad perſequendum Berengarium reliquiſſet; is ne omnia perderet, ideſt *Berengarius ejuſdem Ducis*, Conradi, *conſilio ſponte ſua in Saxoniam ad Regem venit, nihil tamen de his, quæ voluit obtinuit, ſed machinatione Henrici Ducis fratris*, Ottonis ſcilicet, *vix vita, & patria indulta in Italiam rediit*, paulopost tamen meliorem fortunam expertus eſt, ac Italici Regni partem data fidelitatis ſponſione obtinuit, ut idem continuator his verbis narrat.

Berengarius iterum Italiæ Regnum obtinet, & turbat.

2. *Eodem anno mediante Auguſto menſe conventus Francorum, Saxonum, Bavarorum, Alamannorum, & Longobardorum publicus apud Auguſtanam urbem Rhætiæ Provinciæ agitur: ubi præſcriptus Berengarius cum filio ſuo Adelberto Regiæ ſe per omnia in vaſallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia, & dono Regis accepit regendam. Marca tantum Veronenſis, & Aquilejenſis excipitur, quæ Henrico fratri Regis committitur. Berengarius tamen in Italiam revertens, omnia hæc in Epiſcopos, & Comites, cæteroſque Italiæ Principes retorſit: omnes eos odiis, & inimicitiis inſequens, inimiciſſimos ſibi fecit*. Eademque Vitichindus lib 3., & Uſpergienſis Abbas, aliique narrant, quibus autem conditionibus Italicum Regnum Berengario reſtituerit Otto, his verſibus narrat Roſvida de geſtis Odonis Cluniacenſis Abbatis.

Hunc

Hunc Regem certe digno ſuſcepit honore,
Reſtituens illi ſublati culmina Regni,
Iſta per certe tantum ſub conditione,
Ut poſt hæc cauſis non contradiceret ullis,
Ipſius Imperio multis longe metuendis, minis ſcilicet,
Sed ſeu ſubjectus juſſis eſſet ſtudioſus.
Hoc quoque ſollicitis decrevit maxime dictis,
Ut poſt hæc populum regeret clementius ipſum,
Quem prius Imperio nimium contrivit amaro;
Qui ſe complendis ſimulans promptum fore juſſis,
Ocius abſceſſit, patriam lætuſque petivit.

quem deteriora geſſiſſe ſcimus.

3. Auguſtanum conventum hoc Chriſti *anno* 952. *indict.* 10., *Regni Ottonis* 16. *ſub die* 7. *idus Auguſti*, celebrari præceperat Otto, *quatenus concordi diligentia*, ut in præfatione legitur, *tam ſancti Cleri, quam populi eccleſiæ ſtabilitatis profectus, & totius Chriſtianitatis utilitates tractarentur*, & ſane præcipui tum Germaniæ, qua late patebat, quam Italiæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi numero vigintiquatuor eidem adfuerunt, quorum nomina, & ſedes ibidem leguntur, eique Frithuricus Moguntinus præfuit, ac canones undecim ad eccleſiæ diſciplinam reſtituendam vulgati ſunt, quorum tres primi, matrimonia, venationes, Aleæ Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus prohibentur, Quartus ſubintroductas mulieres, ab clericorum conſortio removendas eſſe jubet. 5. Monachis ſecularia negotia tractare, aut extra clauſtrum ſine Abbatis licentia vagari prohibet, 6. Epiſcopis, ut monaſteriorum curam gerant, hortatur; Ut clericis licentia non denegetur, monaſticam profeſſionem amplecti, Epiſcopi admonentur canone 7. Nec ſanctimonialem vitam amplecti canone 8. cautum eſt. Canone nono laici admonentur, ne Presbyteros ab eccleſiis commendatis ejicere præſumant. Decimus de decimis exigendis agit, tandem ultimus jubet, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, qui divina miniſteria contrectant, ab uxoribus ſe abſtineant.

Auguſtana ſynodus ejuſque canones. *Labb. to. 9. pag. 635.*

4. Inter Epiſcopos Auguſtanæ ſynodi hoc anno celebratæ, ſubſcriptus legitur Gerardus, ſeu Herordus, Juva-

Agapitus Papa diſſi-

JESU CHR. AN. 952. dium inter Laureacenſem, & Salisburgenſem Epiſc. componit. Agapiti ep. ad Geraldum. *Concil. to. 9. pag. 618.*

venenenſis, ſive Salisburgenſis Archiepiſcopus, qui cum Geraldo Laureacenſi, ſeu Paſſavienſi Archiepiſcopo de jure Metropolitico diſſideret, cauſa ad Agapitum Romanum Pontificem delata ab Ademaro Fuldenſi Abbate, qui Romam orationis cauſa profectus fuerat, ea cognita, Agapitus Papa Geraldo ſcribens, eam componere conatus eſt. *Ad ſequeſtrandam litem veſtram accedimus nos arbitros*, ait Pontifex, tam ex Eccleſiarum ſollicitudine ſibi a Domino commiſſa, quam ex benevolentia, qua in utrumque ferebatur, ac Laureacenſem eccleſiam ex authenticis privilegiis a Geraldo ad ſe miſſis, aliiſque in Archivio Rom. eccleſiæ exiſtentibus, Metropolitica dignitate exornatam olim fuiſſe narrat, temporis autem tractu, ob barbarorum, ſeu Hunnorum incurſiones, inde Epiſcopos abiiſſe, alibique ſedem tranſtuliſſe addit, nunc vero rebus in ea provincia pacatis, cum ibidem Epiſcopi rediiſſent, eoſdem in priſtinam dignitatem reſtituendos eſſe decernit. *Quapropter*, ait, *reinthronizamus te eidem eccleſiæ, ſanctorum Patrum, videlicet prædeceſſorum noſtrorum, ſed & beatæ memoriæ Domini Leonis Papæ, a quo excellentia tua pallio, ac privilegio donata eſt, ſanctiones atque ſtatuta exequentes: ac ſæpe dictam ſanctam Laureacenſem eccleſiam, poteſtate, & vice Beati Petri Apoſtolorum Principis abſolvimus, & Archiepiſcopamus, & in culmen Metropolitanum ſublimamus, & privilegia nobis tranſmiſſa manu propria munimus, & corroboramus, ac rata eſſe firmamus, denuoque tibi pallium cum præſenti præcepto ſecundum uſum prius conceſſum, ſucceſſoribuſque tuis perpetim tenendum tradimus*, & ut impoſterum omnis diſcordiæ fomes tolleretur, his limitibus utraſque Metropoles circumſcripſit, *Proinde diſtribuere*, inquit, *atque determinare ita vobis Parochias bonum, & pacificum exiſtimamus, ut diviſis duabus Noricæ regionis provinciis, Herordo Archiepiſcopo occidentalis Pannoniæ cura committatur, & cuſtodia, tibi autem, ſucceſſoribuſque tuis propter emeritam antiquitatem ſanctæ Laureacenſis Eccleſiæ, cui jure juniorum reverentia aſſurgit, in benedictionis, & ſedis ordine prælatus atque præpoſitus, providentiam orientalis Pannoniæ, regionemque Avarorum atque Mabarorum* (hoc eſt Moravorum); *ſed & Schlavorum, qui modo Chriſtiani, vel adhuc per baptiſma Chriſto lucrandi ſunt, circumquaque manentium, credimus, noſtramque Apoſtolicam vicem in illis partibus prædi-*

dicandi, & pro arbitrio veſtro, ubi opus eſt, Epiſcopos conſtituendi, omniaque diſponere atque ordinare tali auctoritate atque poteſtate delegamus; ac ſi ipſi præſentes affuiſſemus, hæc nihilominus diſſenſio inter utrumque Archiepiſcopum poſt aliquot annos iterum excitata fuit, ut ſuis locis videbimus.

5. Epiſtola altera idem Agapitus Papa ab Aymardo rogatus, monaſterium Cluniacenſe a Gulielmo Duce fundatum Romanæ eccleſiæ ſubjectum eſſe teſtatur, illudque Aimardo regendum concedit, ac poſt ejus obitum Abbatis eligendi poteſtatem, monachis tribuit, ſicuti & decimas monaſterio debitas colligendi, ac capellas ei ſubditas retinendi. Poſſeſſiones autem, villas, Abbatias, Alodia, ſeu feuda, eidem monaſterio collata, vel impoſterum relinquenda confirmat, liberaque eſſe decernit, anathematis pœna in eos dicta, qui ea uſurpare tentaverint, vel privilegia violare, ut ibidem videre eſt.

Agapiti Papæ epiſtola ad Aymardum Cluniacenſem Abbatem. *Concil. to. 9. pag. 620.*

JESU CHRISTI an. 953. Agapiti Secundi Papæ 8. Constantini Imp. 42.

1. Germaniæ Rex Otto ridentem hactenus fortunam expertus, mox Rodulphi filii ſui conſpiratione adverſam habuit. Ottonis quippe filius Rodulphus, paterni Regni hæres deſtinatus, adverſus patrem, vel ob nuptias ab eo cum Adelaide initas, unde Regno excludi, cum filios ex ea ſuſcepiſſet, timebat, vel ob conceſſum Berengario Italiæ Regnum, exaſperatus, adverſus Henricum patruum, & Bojariæ Ducem arma convertit, qua de cauſa adverſus filium Otto bellum ſuſcepit. *Satis acerba, & nimium crudelis diſſentio orta eſt*, ait Annaliſta Hildenſeimenſis ad hunc annum, *inter Liudulphum filium Regis* (Ottonis ſcilicet) *& patruum ejus Henricum, ipſo Rege partes fratris ſui adjuvante. Manſitque per duos annos in incendiis, cædibus, & depopulationibus, multique non ſolum de populo, ſed etiam de Optimatibus occubuerunt. Hoc etiam anno Moguntia obſeſſa eſt*, ab Hottone, *& Caſtellum quod Roſſadal nominatur: factumque eſt magnum bellum in illo loco*. Rem pluribus narrant Vitichindus, continuator Reginonis, & Hermannus contractus, ac de Auguſtanæ etiam civitatis deprædatione, ſuppliciоque iis, Deo vindice, inflicto, qui inde res Eccleſiæ abſtu-

Germania civili bello turbatur.

Jesu Chr. an. 453. lerant, plurima refert auctor vitæ Sancti Uldarici Auguſtani Epiſcopi. *Nullus enim eorum*, inquit, *qui antea ſibi ſpolia Auguſtæ civitatis in contrarietatem ſanctæ Dei genitricis Mariæ vindicaverunt*, *impunitus evaſit*, ut apud Baronium videre eſt.

S. Bruno Colonienſis Archiep. ordinatur. *Sur. die 11. octob.*

2. Inter Germaniæ turbas ob civile bellum excitatas, *Vicfredus Colonienſis Antiſtes defungitur*, ait Flodoardus hoc anno, *& Bruno frater Regis Ottonis ibi Pontifex ordinatur*, *cui etiam Rex Otto Regnum Lotharienſe committit*. De Brunone viro pietatis fama, & litterarum peritia clariſſimo in ejus vita narrat Rotgerus, quod a teneris unguiculis in liberalibus diſciplinis a Baldrico Epiſcopo eruditus tantos in iis profectus fecit, *ut nullum penitus erat ſtudiorum liberalium genus in omni Græca, vel latina eloquentia, quod ingenii ſui vivacitatem aufugeret*, quem poſtea ab ſcholis Otto frater in Palatium evocavit, quo cum eſſet, confluentibus undique ad aulam, admirationi omnibus erat, itaut qui doctiores putabantur, ac cum eo colloquentes, *Inde reverſi, qui ſibi paulo ante domi videbantur doctiſſimi, rubore notati, rudimenta artium quaſi nunc cœpi dicentes, aggreſſi ſunt &c.* Quare cum in omnibus diſciplinis, ac ſacris humaniſque litteris excelleret.

De Brunonis doctrina, & pietate.

3. *Prima diſpenſatio tradita eſt illi*, ait idem auctor, *adhuc adoleſcenti in quibuſdam monaſteriis, in quibus degentes cum idoneo Eccleſiæ teſtimonio, partim voluntate, partim vi ad regularem vitam conſtrinxit, ſciens quod & invitis bona præſtantur. Ipſaque poſt paululum Deo ſacrata loca, annuente Regia liberalitate, Privilegiis, & immunitatibus priſtinis roformavit, nihil ſibi fuiſſe exinde benificii jure reſervatum, niſi quantum cœnobiorum patres cauſa charitatis obtulerant*. Tum narrata Vicfridi Archipræſulis Colonienſis morte, ſubdit, unanimi conſenſu Brunonem in Colonienſem Epiſcopum electum fuiſſe, quorum votis annuens Imperator, eam obtinuit, ſancteque rexit: quid poſt acceptum Archiepiſcopatum egerit Bruno, præcipue ut Rodulphum nepotem, qui cum aliis contra Ottonem patrem conſpiraverat, & quomodo pace inter Ottonem, & Luidolfum conciliata, Regni Lotharingici negotia ſapientiſſime pertractarit, narrat ibidem auctor.

JE-

JESU CHRISTI AN. 954. AGAPITI SECUNDI PAPÆ AN. 9. CONSTANTINI IMP. AN. 43.

I. Civile bellum inter Ottonem Germaniæ Regem, filiumque ejus Rodulphum, biennio perduraſſe ſcimus, quod anno proximo incœptum, deſinente hoc anno, poſt graviſſimas provinciarum devaſtationes compoſitum eſt, opera præſertim Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi, fratris Regis Ottonis, nam ut narrat Reginonis continuator, cum Natalem domini in Saxonia Otto celebraſſet. *Appropinquante Quadrageſima in Bavariam remeavit, ibi Heroldus Archiepiſcopus* (Salisburgenſis) *a fratre Regis cœcatus, Deo propitio, viribuſque imminutis inimicorum, in brevi tota Bavariæ virtus ad eum, & Alemaniæ in tantum convertitur, ut Ratiſpona civitas Regi redderetur, ipſique rebellatores nihil ſe contra eum velle, vel poſſe profiterentur. Fridericus etiam ſacramento ſe expurgaturus nihil contra Regiam fidelitatem egiſſe, acceſſit: ſed Rex omni pietate plenus, eum ſacramento abſolvit; In eodem anno Chunradus Dux cum Lotharienſibus, duce Brunone Archiepiſcopo* (ſcilicet Coloniæ) *in Bellenſi pago apud villam Rimilinga congreſſurus erat, Deo volente ne fieret, remanebat. Hungari, ducentibus inimicis Regis, in quadrageſima, Rheno tranſito, pervadentes Galliam, inaudita mala in eccleſia Dei fecerunt, & per Italiam redierunt.* Poſtea loquitur de pace, quæ hoc anno peracta eſt, quam etiam narrat Vitichindus lib. 3. qui ſubdit: *Moguntia poſt annum, & dimidium Regi tradita cum omni Francia* (nempe Lotharingia) *filius* (nempe Luidolfus) *ac gener* (nempe Conradus; qui anno 947. Liutgardam Ottonis filiam in matrimonium ſumſit, ut habet Continuator Reginonis ad eum Chriſti annum) *in gratiam ſuſcepti, qua, & in finem uſi ſunt fideliter &c.*

I Civile bellum inter Ottonem, & filium componitur.

2. Germaniæ clades in immenſum auxit Hungarorum irruptio, quos Rodulphus adverſus patrem in ſui auxilium evocaverat, qui irruentes in Lotharingia ingentes ſtrages ediderunt. Sigebertus chronographus in vita S.Luiberti fundatoris monaſterii Gemblacenſis cap. 13. tradit. *Hæc gens, Hungarorum, etiam tempore primi Ottonis aggreſſa Lotharingiam, deducta eſt a Duce Conrado uſque ad ſilvam carbonariam,*

Hungari in Germaniam a Liudulpho revocantur. *apud Mabill. acta ord. S. Bened. sec. 3.*

Jesu Chr. an. 954. *riam, & virtute apud Laubienſe cœnobium oſtenſa, prohibita ultra prodire rediit impune*. Fuſiori ſtylo de eadem Hungarorum irruptione agit Fulcuinus Laubienſis Abbas hujus temporis ſcriptor, quippe qui anno 990. obiit, ut narrat continuator Reginonis, ac in libro miraculorum S. Urſmari Abbatis Laubienſis agens, adnotat. *Erat in ea conjuratione Princeps, ipſius Regis filius Luidulphus ſpectabilis adoleſcens & unice carus, ſi ſeductoribus non credidiſſet, & hæres eſſe, non proditor voluiſſet: atque cum eo, quaſi quidam ſtimulus Cono Dux paulo ante fortiſſimus, quibus (ut ita dicam) omnia erant in manibus, ſed agendo ut plus haberent, omnimode effecerunt, ut nihil haberent. Hi Hungros, antiquam quam prædiximus peſtem, ſollicitaverunt, ut Regnum in ſe ipſum diviſum invaderent: arbitrantes hoc modo ſollicitudinem qua premebantur, aut penitus adimi, aut aliquatenus poſſe minui. Hac, ut dicere inſtituimus occaſione, ſæva Hungarorum gens, & qualem nunquam terra noſtra ſenſit barbariem, a perverſis civibus illecta, tranſitis Germaniæ, & pleriſque provinciis Galliæ, cui jam nobilis ille Francorum populus inſederat, omnia ferro, & ignibus vaſtatura ſe totam infudit. In hac acie Cono, quem prædiximus, cum ſuis ſequacibus militavit. Sed ubi Trajectum ventum eſt, quam Moſa alluit, incertum qua factione ab eis diſſidium fecit. Hungri Hasbaniam igne, & rapina aggreſſi, Carbonariam petunt. Fama ad nos perlata, mittitur e collegio noſtro* (e monaſterio nempe Laubienſi) *Hucbertus, frater patiens laboris & fugitans quietis, & ſemet impendere paratus, ob amorem loci & ſanctæ religionis, paciſci cum illis. Facta pactione de ſolidis ducentis, revertitur poſt hæc, obſidibus ab eis acceptis*. Cononis autem nomine Fulcuinus, uti & multi Conradum Ottonis Regis generum appellat.

Mabill. act. ord. Bened. secul. 3. part. 1. Bolland. 18. Aprilis.

3. His addit. *Sed noſtri non ſatis creduli*, quæ enim fides eſt infideli, munire ſe deſtinaverant Laubienſes monachi, ſed ne id agerent prohibiti ſunt. *Quarto nonas Aprilis*, Paſchali feſtivitate adſtante, quæ hoc anno in diem 26. Martii incidit. *Ecce ſubito*, ſubdit, *in exordio matutino denſaverat aerem equorum nebula, & quaſi ex abditis terræ finibus emergebant loricarum, & galearum millia. Expaveſcere noſtri, & mortem ſibi præmeditari. Qui agiliores erant, non dico munitionem, ſed ſimulacbrum munitionis ſcandunt*,

Hungari nonnullis Laubienſibus monachis interfectis inde recedunt.

dunt, immo veram munitionem per ſanctorum Dei interceſſionem. Reliqui, qui impeditiores erant ætate, aut gravitate, infra monaſterii clauſtra ſubſiſtere. Qui ſubſiſterant capiuntur: obſidentur alii nulla inter captos, & obſeſſos diſtantia, niſi quod ſecundum quomdam gravior eſt expectata quam illata mors. Obtruncantur in aſpectu aſpicientium Theodulphus, & Theutmarus, qui inter captos viſi ſunt excellentiores, reliqui flagellati captivitati reſervantur. Interea urgenter obteſſi, nec ulli telorum, aut tormentorum parcitur generi, noſtri e contra pro viribus reſiſtere, & conglomerato plebium, & Clericorum, ipſo etiam Monachorum agmine (quamvis illicitum ſit huic ordini arma tractare) quoniam pro anima illis erat res, eniti obnixe. Ubi cum ventum eſt ut deſperaretur omnino, tantum audiebatur Kyrie eleyſon, & Sancte Urſmare adjuva, more gentis uſitato. Jam irruptionem timentibus, jam in mutuis oſculis hærentibus, jam pleriſque deditionem pangentibus, ecce ex reſpectu miſerationis Dei duæ ex adytis templi columbæ evolant. Subſecuta eſt illico pluvia prægrandis, quæ gentiliciam illis ſagittandi artem cordarum diſtentione fruſtravit. Pavor quoque, ac timor tantus in eos irruit, ut maturarent fugam, & Principes ipſi uterentur, flagris in eos, qui volebant ſubſiſtere. Paulo poſt ſubjungit: *Et hæc eſt celebritas, que ita inſcribitur in noſtris Martyrologiis: quarto Nonas Aprilis commemoratio meritorum Urſmari, & Ermini, quo meruerunt Laubienſes ab Hungarorum obſidione eripi.* Hactenus is auctor.

Jesu Chr. an. 954.

4. Pacis initæ inter Ottonem Regem, & filium Liudulphum Uldaricus Auguſtanus Epiſcopus mediator recenſetur. *Sacerdos* ſane *magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliator*, nam ut narrat auctor vitæ ejus, cum utrique exercitus in ea vicinitate eſſent, ut prælium inſtaret. *Tunc amabilis Deo Uldaricus Epiſcopus in Deum tota fiducia confidens, aſſumpto Curienſis Eccleſiæ Harberto religioſo Epiſcopo, legationes inter eos facere cœpit, & ad pacis concordiam exorare, & ne populus qui a Deo illis commendatus eſt ad regendum, pro eorum reatu duceretur ad perditionem: Deo autem annuente duræ eorum mentes Patris ſcilicet Ottonis, & filii ejus Luitolphi de proficua admonitione, & doctrina venerandorum Epiſcoporum in mollitiem verſæ, pactum pacis inter*

Uldaricus Auguſtanus Episc. pacis sequeſter. *Eccleſiaſ.* 44.

 inter ſe placitaverunt, & turbine belli mitigato, in ſua cum pace redierunt.

Ludovici Francorum Regis obitus, cui Lotharius ſuccedit.

Mabill. Annal. lib. 45. pag. 520.

5. Dum hæc in Germania agerentur, in Galliis *Ludovicus Rex Francorum moritur*, ut ad hunc annum narrat Flodoardus, anno ætatis ſuæ 32. Regni 18. ait Mabillonius, cujus epitaphium, & Iconem ſepulchro appoſitam refert, *Cujus filius puer Lotharius apud ſanctum Remigium conſecratur ab Artbaldo Remenſi Archiepiſcopo favente Hugone Principe, & Brunone Archiepiſcopo Colonienſi, cæteriſque præſulibus, & proceribus Franciæ, Burgundiæ, & Aquitaniæ.* Eodem quoque anno defuncto Friderico Archiepiſcopo Moguntino, ſubrogatus eſt in locum ejus Vvilelmus filius Ottonis, cujus magna eſt laus ex ſacerdotali conſtantia apud Petrum Damianum: ac de eo ſuo loco agemus. Firmavit ipse ſuo chirographo tempus quo ſedere cœpit, quod ſic recitatum invenies apud Marianum Scotum: *Eodem vero anno ego Guilelmus tantæ ſucceſſionis indignus, loco ejus cum conſenſu Cleri, & populi ejuſdem tantæ ſedis decimoſexto Kalen. Januari (ipſoque die pace inter Regem Ottonem, & filium ejus Luitholphum facta) in loco Aranſtedi ſum electus, & die nono Kal. Januarii Moguntiæ ordinatus.* Ex quibus verbis conſtat, pacem Ottonem inter, & filium ejus deſinente hoc anno initam fuiſſe. Hic porro Gulielmus Ottonis filius Moguntiæ Epiſcopus hoc anno ordinatus, nequaquam ex Editha, ex qua Luidulphum ſeu Ludulphum genuerat, ortus erat, ſed ex alia uxore ignoti nominis, ex nobili genere Sclavorum, ut ex Annaliſta Saxone adnotat Manſius hoc anno, & Pagius anno 975.

Alberici urbis tiranni obitus, cui Octavianus ſuccedit.

Murat. rer. Ital. tom. 2. pag. 296.

6. Eodem Flodoardo auctore ſcimus, hoc anno *indictione duodecima, Alberico Patricio Romanorum defuncto*, ſeu tiranno, qui urbis dominium Rom. Pontificibus eripuerat, *Filius ejus Octavianus cum eſſet clericus Principatum adeptus eſt, quique poſtea defuncto Agapito, ſuggerentibuſque ſibi Romanis Papa urbis efficitur.* Hinc auctor chronici brevioris Ducum Spoletinorum, & Abbatum Farfenſium, chronico Farfenſi præfixi, adnotat. *Anno 954. Albericus Princeps Romæ obiit.*

Ratherius Leodienſis Episc. eligitur.

7. Ratherius Veronenſis Epiſcopus hoc tempore ſua ſede expulſus in Germaniam profectus, ac Brunoni Ottonis fratri præceptor datus, ut anno 944. diximus, Colonienſis Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopus ab Brunone Colonienſi ordinatus fuit, ut his verbis narrat Rotgerus in vita S. Brunonis. *Ratherius Veronæ, civitas eſt Italiæ, ordinatus præſul, cum ex quadam levi ſuſpicione, ut mos eſt gentis illius, ab honore ſedis illius eſſet expulſus, Leodienſi cathedræ vacanti magna ejus induſtria ſecundum ſtatuta Canonum incardinatus eſt: Quod quidem propter abundantem doctrinam, & eloquentiam copioſam, qua inter ſapientiſſimos florere viſus eſt, non eidem Eccleſiæ ſolum, cui præfuit, ſed & multis aliis circumquaque valde proficuum fore putatum eſt.* At Brunonis ſpes fruſtrata omnino fuit, nam tanta in eum Leodienſis cleri excitata eſt invidia, ut *niſi & hic*, ideſt Ratherius, *penitus amoveretur, & eumdem locum Baldricus, qui erat de Magnatum terræ illius proſapia oriundus ſubrogaretur, ſedari non poſſe viſa eſt*, ait is auctor, quare Leodienſi ſedi abrenunciare coactus fuit Ratherius; Bruno vero Colonienſis Archiepiſcopus, *cum Imperatore germano ſuo id effecit, ut Ratherio Epiſcopo, bis jam deſtituto, antiqua ſedes Veronenſis eccleſiæ redderetur*, cum in Italiam Otto Germaniæ Rex rediit, anno 961.

Jesu Chr. an. 955. *Surius die 11. Octob.*

Ratherius Leodienſi ſedi renunciare cogitur.

JESU CHRISTI annus 955. Agapiti secundi Papæ 10. Constantini Imp. an. 44.

1. Pace jam inter Ottonem Germaniæ Regem, & filium ſuum Luidulphum reſtituta, Bruno Ottonis frater Colonienſis Archiepiſcopus anno 953. ordinatus, Hadamarum Fuldenſem Abbatem Romam ad Agapitum Pontificem legatum miſit, ut pallium ab eo obtineret, ut in ejus vita narrat Rotgerus monachus. *Servus Domini Bruno ſecundum dignitatem ſedis ſuæ, Romanæ quoque Sedis, & Apoſtolicæ benedictionis privilegiis debuit inſigniri, & cum eis pariter, qui traditam a beato Petro Apoſtolo ſanam ſervavere doctrinam, Catholicæ Fidei integritate in vera confeſſione, & inviolabili veritate prædicationis uniri. Synodicam ſuam epiſtolam per Hadamarum venerabilem Fuldenſis monaſterii Abbatem Romam ad Agapitum miræ ſanctitatis Papam direxit, in qua cujus ſpiritus eſſet, & quia paſtor ab ovibus electus, a Domino miſſus eſſet innotuit.* Et poſt aliqua. *Legatus ergo, ut loqui cœpimus, Roma rediens bonum nuncium Coloniam ferre*

Bruno Colonienſis Archiepis. pallium ab Agapito recipit.

Jesu Chr. An. 955. *acceleravit portans ſacrum habitum ab univerſali Papa miſſum, prætendentem jugum Domini ſuave, & onus leve, & ipſum quod ſub eo diſpenſatur, humile miniſterium, quod verba Domini teſtantur dicentis: Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Ferens ſimul reliquias de proprio corpore ſancti Pantaleonis martyris, & privilegium Apoſtolicæ ſublimitatis auctoritate traditum: quo & eodem pallio, præter conſuetudinem ſacerdos Domini quoties vellet, indui permiſſus, & conceſſis omnibus, quæ petebantur, ipſe præ magnitudine virtutis, & ſapientiæ, in participatum ejus operis, & prope in conſenſum tantæ dignitatis admiſſus eſt, properavit in occurſum ejus læta civitas, undique jubilans occurrit multitudo. Convenerunt in ſuburbio prope antiquum locum, ubi Eccleſia ejuſdem pretioſi Martyris erat inculta adhuc, & ruinæ proxima: ibi deportata ſunt grata onera, denique ſuo quæque loco repoſita.* Hæc de his Rotgerus.

Otto ad Bellum ſe parat. 2. Cum Hungari excurſionibus jamdiu aſſueti, ingenti exercitu comparato, hoc anno in Germaniam iterum irruiſſent, divino magis, quam humano fretus auxilio, inſignem de iis victoriam Otto Germaniæ Rex, die decima Auguſti, Sancto Laurentio martyri dicata, retulit, ut Vitichindus, Ditmarus coevi auctores, aliique narrant. Belli apparatum, variamque prælii fortunam, cruentamque victoriam, præceteris Vitichindus deſcribit, ac prælio inſtante, *Jejunio in caſtro indicto, juſſum eſt omnes in craſtinum paratos eſſe ad bellum*, & exercitu in legiones octo diſtributo, primæ, ſecundæ, & tertiæ, ex Bojariis compoſitis, *Præfuerunt Præfecti Ducis Henrici, nam ipſe bello interim aberat, eo quod valetudine corporis laboraret, qua & mortuus eſt*: Quartæ legioni Francorum Conradus præerat. In quinta, quæ maxima, & Regia dicebatur, ipſe Otto Rex cum delectis militibus præſidebat, *Coramque eo Angelus, penes quem victoria, denſo agmine circumſeptus*. Sextæ, & ſeptimæ legioni ex Svevis compoſitæ præerat Burcardus Regis gener, utpote qui filiam ejus duxerat. In octava erant Bohemi, quibus ſarcinæ, & impedimenta quælibet commendata fuerant; Hungari tamen Lech flumine, ſeu Lints tranſmiſſo, hanc ultimam ex improviſo aggreſſi in fugam verterunt, unaque cum ea ſeptimam, & ſextam legionem. Otto autem Rex, cum intellexiſſet bellum ex adverſo eſſe, & poſt

& poſt tergum noviſſima agmina periclitari, miſſo adverſus Hungaros Conrado cum quarta legione, eorum impetum, ferociamque compreſſit, deinde Rex ipſe *arrepto gladio, & clypeo, & ſacra lancea ipſe primus equum in hoſtes vertit, fortiſſimi militis, & optimi Imperatoris officium gerens*. Quo factum eſt, ut Hungari jam pene victores, victi omnino, & profligati fuerint.

Ottonis inſignis victoria de Hungaris.

3. *Ea die*, ſequitur is auctor, *caſtra invaſa, captivique omnes erepti, ſecunda die, ac tertia vicinis urbibus reliqua multitudo in tantum conſumta eſt, ut nullus, aut rarus evaderet. Sed non adeo incruenta victoria fuit de tam ſæva gente. Chunradus quippe Dux fortiter pugnans animi fervore, ſoliſque ardore, qui eo die nimius erat accenſus, æſtuat, vincliſque loricæ ſolutis, dum auram captat, vulnere ſagittæ ex adverſo gutturis defixæ cadit: cujus corpus juxta Regis imperium honorifice collectum tranſportatur Wormatiam, ibique ſepelitur, Vir omni virtute animi, ac corporis magnus, atque famoſus, cum fletu & planctu omnium Francorum. Tres Duces gentis Hungariæ capti, Ducique Henrico præſentati, mala morte, ut digni erant, mulctati ſunt, ſuſpendio namque creperunt. Triumpho celebri Rex factus glorioſus, ab exercitu Pater Patriæ, Imperatorque appellatus eſt. Decretis proinde honoribus & dignis laudibus ſummæ divinitati, per ſingulas Eccleſias, & hoc idem Sanctæ Matri ejus per nuncios demandans, cum tripudio, & ſumma lœtitia Saxoniam victor reverſus a populo libentiſſime ſuſcipitur: neque enim tanta victoria quiſquam Regum intra ducentos annos ante eum lætatus eſt*. Die ſancto Laurentio dicata eam ab Ottone victoriam reportatam fuiſſe Rotgerus auctor vitæ S. Brunonis adnotat his verbis. *Imperator indici ſanxit jejunium ipſa die*, quia tunc erat in vigilia S. Laurentii martyris; Ditmarus etiam hujus temporis ſcriptor. *Pugnaturus Otto*, ait, *adverſus eos in die S. Laurentii martyris vovit eidem ſancto dedicare Epiſcopatum Marſepurgenſem, quando & exurgens poſt celebratam Miſſam a ſancto Udarico confeſſore Epiſcopo Auguſtano poſt ſacram acceptam ab eo cummunionem, haſtam ſacram accepit, & pugnavit, & vicit*. Quo etiam tempore Uldarici Auguſtani Epiſcopi precibus, & ſollicitudine factum eſt, ut nuſpiam in eam ingredi Hungari potuerint. *Magnam quippe multitudinem optimorum militum ſecum in-*

 tra

Jesu Chr. an. 955. *tra ſepta civitatis collocatam habebat*, ait auctor vitæ ejus, quos verbo, & exemplo, ut fortiter pugnarent excitavit, dum ipſe poſt matutinas preces, oblatamque ſalutaris ſacrificii hoſtiam, die, noctuque, ſacerdotali tantum ſtola ornatus, non clypeo tectus, huc & illuc equo vectus diſcurrens, inter arma illæſus perſeveravit, ait idem auctor.

Edredus Angliæ Rex obiit, cui Edvvinus succedit.

4. Hoc anno Edredus Angliæ Rex pietate clarus vivere deſiit, ut omnes Angli ſcriptores tradunt, cui Edvvinus Edmundi Regis filius, qui poſt patris mortem, ob puerilem ætatem Regno tunc ineptus fuerat, poſt patrui obitum ſucceſſit. Is porro non ſolum ab patris, & patrui exemplis devius fuit, ſed Roboami Salomonis filii ſtultitiam ſequutus inſanis amoribus ſe totum dedit, & *Juvenum quos ſibi comites, atque ſatellites aſſociaverat mox cæpit conſiliis uti, ſpretis ſenibus, quos vita, moribus, & ætate, magna præditos induſtria, & auctoritate conſtabat &c.* ait auctor vitæ S. Odonis Cantuarienſis Archiepiſcopi, eademque Osbertus in vita S. Dunſtani Abbatis, ceterique Angliæ ſcriptores. Tanto autem libidinis, luxuriæque æſtu ferebatur, ut *Ea die, qua Regni coronam in conſpectu totius eccleſiæ in capite geſſit*, cum regali unctione inunctus fuerat, ut iidem ſcriptores addunt, *Gravis infamiæ notam tantæ gloriæ, ſibi injecit. Cum enim poſt officium Eccleſiaſticum una cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, cæteriſque Principibus regni jam pranſus ſederet, ſubito exilivit, & relicto conſortio omnium in ſecretiorem ſe ſe cameram contulit, duarum feminarum illic cum operientium ſtupri ardore accenſus infandum conſortium expetens: quæ res confidentium mentes magni pudoris mærore dejecit. Habito autem conſilio inter eos quid facto opus eſſet, miſſus eſt ab Archiepiſcopo, & Primoribus his, cujus ſuperius mentio facta eſt, venerabilis Abbas Dunſtanus, Regem ab illicitis amplexibus abſtrahere, & ad Regiam ſedem inter Principes revocare: quod & factum eſt. Quapropter Rex vehementi furore turbatus, Dunſtanum ſuis omnibus ſpoliatum exilio damnavit, & extra Angliam trans mare fugavit. Fecit & alia innumera mala, quæ quoniam alias latius, licet non omnia, digeſta ſunt, hic tantummodo paucis ea tetigiſſe ſufficere ratus ſum*, ait is auctor. Dunſtani porro exilium anno ſequenti contigit.

5. De

5. De Dunſtani autem exilio hæc Ovedenus pag. 425. *Anno 956. Beatus Dunſtanus Abbas a Rege Anglorum Edvvino pro juſtitia proſcriptus mare tranſiit, & ab Arnulpho Rege*, ſeu Flandriæ Comite, *Regiæ ſtirpis viro honorifice ſuſceptus, in monaſterio, quod Blandinium dicitur, ſub exilii ſui tempore manſionem excepit*. Veſtmonſtarienſis vero de Dunſtani exilio agens, hæc etiam addit, *Anno gratiæ 956. Algiva mulierum nequiſſima ex Edvvii Regis conſenſu, omnem ſubſtantiam monaſterii viri Dei Dunſtani diripiens; urgente etiam Regis imperio, tandem ipſum a regno proſcripſit. Qui gallicanas ſecedens in partes. exilium coactus petivit. Sed mulier virum Dei deſiderans prævenire, miſit lictores qui ipſum, ſi inveniretur, lumine oculorum privarent. Sed eo non invento, confuſi ad propria remearunt*. Amoto Dunſtano, Edvvii Regis ira nequaquam extincta eſt, ſed in alios etiam Monachos tranſiit: nam illis e Monaſteriis ejectis, Clericos ad ſuos mores factos ſubſtituit: *Ea tempeſtate facies monachorum fœda*, inquit Malmesburienſis lib. 2. de Reg. cap. 7. *& miſerabilis erat: Nam & Malmesburienſe cœnobium, plus quam ducentis ſeptuaginta annis a monachis inhabitatum, Edvvius*, ſive Edvvinus, *clericorum ſtabulum fecit*, eo quod ibidem Regis exemplo voluptuoſe viverent. Quem hæc exitum in Regis ipſius perniciem ſortita ſint, infra dicturi ſumus.

Dunſtanus in exilium ab Edvvino Rege ejicitur.

6. Poſtquam quinquennio in Hiſpania Legionis Regnum Ordonius tertius tenuiſſet, hoc anno vivere deſiit, ſucceſſoremque habuit Sancium fratrem ſuum, qui ob corporis pinguedinem Craſſus dictus eſt, cujus Regnum ob domeſtica diſſidia turbatum fuit, rebelles vel in ipſo Regni initio ſuſtinere compulsus, ut pluribus narrant Hiſpaniæ hiſtorici, ac præceteris Mariana tom. 1. pag. 318. ſeqq.

Ordonii Legionis Regis obitus, cui Sancius ſuccedit.

7. *Anno 955. indict. 13. a nativitate Domini hoc nefarium opus factum eſt, in diebus enim Nougui filii Curiat, atque patris Epiſcopi ſedis Epiſcopalis famoſiſſimæ, quæ ad ripam Tavi fluminis poſita eſt*. Cum itaque ut acta narrant, ibidem Diaconus nomine *Ili, filius Beli* Ruſticum quemdam nomine Marduric objurgaſſet, iſque educto gladio digitum Diacono ſuccidiſſet, Diaconus eum ad ſe ficte vocatum, ut digitum ligaret, arrepto gladio occidit, quo facinore peracto, in Eccleſiam aufugit, at defuncti amici in unum congre-

Landavenſis ſynodus, pœnam occiſoribus Diaconi ſtatuit. *Concil. Labb. tom. 9. pag. 638. Vilkins concil. Britanniæ tom. 1. pag. 222.*

JESU CHR. AN. 955. gregati, fractis Eccleſiæ foribus, Diaconum in ea occiderunt. Quare ut & crimen vindicarent, injuriamque Eccleſiæ illatam repararent Epiſcopi, Landavii congregati, hanc de homicidis Diaconi pœnam ſtatuerunt, ut ſcilicet viri ſex, qui tantum crimen patrarant, poſtquam menſes ſex in ferreis carceribus detenti fuiſſent, eorum unuſquiſque ſuum agrum, ſuamque ſubſtantiam, inſuper & argenti libras ſeptem, Eccleſiæ, quam maculaverant, pro animæ ſuæ pretio redderet, quod ibidem fuſiori ſtilo narratur.

Raptores, & detentores rerum eccleſiæ excommunicantur. *Labb. pag. 639.*

8. Hoc etiam tempore, concilium in finibus Burgundiæ celebratum eſt, cujus extat ſynodica epiſtola ad Manaſſem Arelaten. Archiepiſc., alioſque Galliarum Epiſcopos, quorum nomina ibidem leguntur, eaque admonentur, ut juxta reſcriptum nuper ab Agapito Papa acceptum, & in Gallias ab Rodmundo delatum, raptores, retentoreſque bonorum Eccleſiæ S. Symphoriani, atque ex his Iſuardus quidam cum ſociis, ad reſtitutionem ſub canonica adigerentur pœna. *Ergo petimus*, inquiunt, *ut omnes illos invaſores terræ Sancti Symphoriani, ſemel, bis, & ter vocando admoneatis, ut reſipiſcant a talibus, & permittant tenere ſancti Symphoriani Eccleſiam quod ſuum eſt. Et, ſi tenere voluerint, impetrent ab eo qui loco ſancti Symphoriani præeſt, quoquo modo impetrare potuerint. Sin autem nec reddere voluerint, nec impetrare: ſicut ſcriptum eſt, & mandatum nobis a domno Papa, ex parte illius, & ex parte noſtra ſint anathematizati & damnati, & ſocietate Chriſtianorum ſeparati: in Eccleſiam Dei non intrent, Miſſam non audiant, pacem cum Chriſtiano non faciant: nec manducent, nec bibent, nec dormiant cum ullo Chriſtiano: ſi infirmati fuerint, non viſitentur, & ſi mortui non ſepeliantur: ſed in baratrum confuſionis, & perditionis, cum Core, Dathan, & Abiron, quos vivos terra abſorbuit, demergantur*, Hæc ibidem. Manaſſes porro Arelatenſis Archiepiſcopus, qui primus recenſetur inter Epiſcopos, cui hæc ſynodalis epiſtola inſcripta eſt, Arelatenſi retento Epiſcopatu, Veronenſem, Mediolanenſem Mantuanam, & Tridentinam ſedem invaſerat, non tam ut Eccleſias regeret, ſed potius ut earum ſpoliis diteſceret. Cumque Mediolanenſem Eccleſiam Manaſſes, & Adelmannus diriperent, prætioſaque ſuppellectile ſpoliarent, utroſque Mediolanenſes inde ejecerunt, ac Vatpertum, ſive Gualber-

Labb. ut sup. *Luitpr. lib. 4. cap. 3. lib. 5. 12.*

bertum Epiſcopum elegerunt, *utriſque ſponte, vel invite cedentibus, ſedem tenuit Valpertus ſolus*, ait Arnulphus in hiſtoria Mediolanenſi lib. 1., quem anno 953. ordinatum fuiſſe, ex Mutinenſi manuſcripto coniicit Muratorius.

JESU CHR. AN. 956.

Apud Murat. rer. Ital. tom. 4.

JESU CHRISTI ANNUS 956. JOANNIS PAPÆ XII. AN. 1. CONSTANTINI IMP. 45.

Agapiti Papæ obitus, cui Octavianus, seu Joannes XII. succedit.

1. De anno Agapiti Papæ ultimo, deque primo Joannis duodecimi ſucceſſoris mirifice inter ſe diſſident chronologi cum Baronio. Manſius in notis ad hunc annum, anno proximo 955. Agapitum obiiſſe, ac Octavianum, Joannem duodecimum dictum Romanum Pontificem ordinatum fuiſſe ſcribit, Papebrochius vero, Pagius, Muratorius, Georgius, aliique hunc ultimum Agapiti, & primum Joannis duodecimi Papæ fuiſſe contendunt, cum utraque pars ex diplomatum ſubſcriptionibus, ſententiam ſuam tueatur, quarum plurima aut apocripha aut interpolata occurrunt, his pro more noſtro chronologis ad diſputandum relictis, dicimus Agapitum Pontificem, exactis in Pontificatu annis decem, & menſibus aliquot hoc anno obiiſſe, cujus ſucceſſor fuit Octavianus Alberici filius, poſt patrem urbis Dominus, ſive tyrannus, de Romanæ ſedis invaſione ab Octaviano facta, ad annum 954. hæc Flodoardus adnotaverat. *Alberico patricio Romanorum defuncto, filius ejus Octavianus, cum eſſet clericus principatum adeptus eſt, quique poſtea, defuncto Agapito, ſuggerentibuſque ſibi Romanis, Papa urbis efficitur.*

Qua ratione Joannes 12. legitimus Papa agnitus fuerit.

2. Multa quidem, ne Pontifex fieret, Octaviano, ſeu Joanni, obſtabant, & ut uſurpatam urbis tyrannidem prætereamus, illegitima ætas, curruptique mores, chriſtiano nomine vix dignum faciebant, nam Ephebos vix exceſſerat, aut juxta communes computos, decimumoctavum ætatis annum vix attigerat, quem ideo Otto Imperator cum Pontificatus annum octavum ageret, puerum adhuc dixit. Hunc tamen, ut adnotat Baronius, totius orbis accedente conſenſu, tolerandum utcumque, perditiſſima illa tempora ſuaſerunt, quam eccleſiam ſchiſmate ſcindere, quod malorum omnium teterrimum eſt, teſte Auguſtino.

Luitpr. lib. 6. 6.

Bar. an. 955.

Octavianus factus Pon-

3. Hic autem omnium primus, factus Pontifcx nomen mutavit, atque ex Octaviano Joannes duodecimus, ex pa-

truo

JESU CHR. AN. 956. truo ſuo fortaſſe Joanne undecimo, dictus eſt. De quo Baronius, *Hic vero*, ait, *revera primus inventus, qui mutavit ſibi nomen, ut qui ex Octaviano voluerit nominari Joannes*, quo loco ea, quæ ad annum 744. de nominis mutatione ab Sergio tertio facta, re melius examinata, retractavit Annalium Parens. Ibi quippe de Sergii ſecundi ordinatione agens, *Quos delectat*, ait, *fabulas veris intexere hunc primum fuiſſe tradunt Romanum Pontificem, qui creatus Papa nomen ſibi mutavit, eo quod nomen indecens tanto Sacerdotio viſus eſſet ſe habere*, quem os nigrum, ſeu boccanera appellatum fuiſſe fabulantur, *Sed ſcias*, ſubdit auctor, *id factum in Sergio tertio, neque id accidiſſe ob turpitudinem nominis, ſed reverentiæ cauſa, cum enim ille Petrus vocaretur, indignum putavit eodem ſe nomine vocari, quo Chriſtus primum ejus ſedis Pontificem, Principem Apoſtolorum, ex Simone Petrum appellaverat &c.* Hæc nihilominus retractaſſe videtur, dum nominis mutationem in Octaviano tunc primum factam fuiſſe adnotat.

[Margin: tifex nomen in Joannem mutat. — anno 744. I.]

[Margin: Theophilactus CP. Patriarcha moritur.]

4. Interea Theophylactus aulæ potentia, utpote Conſtantini Imp. filius, CP. Patriarcha, vix Ephebus annorum ſexdecim, ordinatus, ut anno 933. diximus, qui aliqualem in moribus honeſtatem retinuerat, quouſque ſub pedagogis fuit, temporis progreſſu, laxatis eouſque ad vitia quælibet habenis, omni fœditatum genere, Patriarchalem ſedem deturpavit, ac in reprobum ſenſum datus, poſt annos 23. dies aliquot, hoc anno in ſua perverſitate obiit. *Theophilactus Patriarcha, ægra affectus valetudine, jamque morti vicinus, cum paululum convaluiſſet, nihil de priori moroſitate remiſit, animique perverſitate, & ut muneribus Epiſcopos ordinaret, curandiſque equis, & mollitiei ac luxuriæ ſtudium omne, operamque inſumeret, inque eum modum, morbo rurſus invaleſcente illo oppreſſus, vivendi finem facit, Patriarchatu functus annos quatuor ſupra viginti*; (incompletos ſcilicet) ait continuator Theophanis pag. 276. cujus in equos eouſque inſania proceſſerat, ut, teſte Curopalate, ſupra duo millia ſibi comparaſſe dicitur, iiſque alendis, *Non fœnum, aut hordeum illis apponens, ſed pinnorum fructus, & amygdala, & piſtacia, idemque dactylos, & caricas, & uvas paſſas molliores odoratiſſimo vino miſcens, & crocum, cinnamomumque, & balſamum, atque alia aromata cum iis,*

[Margin: Theophilacti nefanda ſcelera.]

quæ

quæ diximus ſingulis equis apponebat ad alios cibos. Ajunt etiam ſacra peragenti, magna illa quinta ſacræ Cœnæ die, & preces myſteriorum legenti, miniſtrum illum, cui fuerat equorum commiſſa cura, hoc bonum nuntium attuliſſe, maxime inſignem illam portantem equam, addito nomine, peperiſſe. Et illum præ nimio gaudio, quod reliquum erat ſacrificii utcumque peracto, curſu ad ſtabulum contendiſſe, conſpectoque nato pullo, abſurdo ſpectaculo expleto, ad magnum templum rediiſſe, ut abſolveret ſanctæ Dei, et Salvatoris noſtri Paſſionis hymnum &c. Quibus ſane, cetera de vitæ ejuſdem turpitudine addere ſuperfluum eſt.

Polyeuctus CP Patriarcha ordinatur. pag. 277.

5. Nequiſſimo Theophylacto, ſanctus vir Polyeuctus ſucceſſit. *Ejus loco ſuffectus Policuctus monachus*, ait ſupracitatus continuator, *monaſticæ exercitationis paleſtra clarus, ac qui ſanctioris vitæ inſtitutum a teneris unguiculis ſectatus, omni virtutum, ſanaque doctrina excelluiſſet, quem velut alterum Joannem Criſoſthomum plerique noſſent, ac dicerent, neque id nomine tenus, ſed ut vere talis videretur. Hujus conſpectu honeſti amans Conſtantinus gaudebat, animoque geſtiebat, ut qui virum talem in diebus ſuis nactus eſſet.* Diem ordinationis ejus notavit Cedrenus. *Eadem*, inquit, *indictione* (nempe 14.) *tertia Aprilis die*, quæ cum feria quinta in cœna Domini hoc anno incidit, *in ejus locum ſufficitur Polyeuctus monachus CPoli natus, & educatus. Huic non Heracleæ, ut mos ferebat, ſed Cæſareæ Epiſcopus Baſilius manus impoſuit*: *quod Nicephorus*, Heracleæ, *in quadam re animum Imperatoris offendiſſet, non ſinebatur manus imponere*. Cur vero ab Heracleenſi Metropolitano CP. Epiſcopus ordinaretur, ratio in promptu eſt, eo quod CPolis, olim Bizantium, ſub Metropoli Heracleæ eſſet, ut pluribus in ſcholiis ad canonem 2. Nicæni concilii ſecundi adnotat Balſamon.

Manus Joannis Baptiſtæ CPolim delata.

6. *Sub idem tempus*, ait Cedrenus, ideſt ſub initio Patriarchatus Polyeucti, *Veneranda Præcurſoris manus Antiochia CPolim allata eſt, ſurrepta a Jobo quodam Diacono, ea cum appuliſſet Chalcedonem, Imperator ſuam emiſit triremem, & illuſtriores Senatores procedentes obviam cum Patriarcha, & univerſo clero cum cereis, facibus, & ſuffitibus eam in Palatium deduxerunt*. Inventionis hiſtoriam ſcripſit Simeon Metaphraſtes, qui hoc tempore CPoli erat, eam-

Jesu Chr. an. 956. que genuinum Metaphraſtes opus eſſe docet Leo Allatius in diatriba de Simeonum ſcriptis, extatque apud Surium die 29. Auguſti, qua martyrii Præcurſoris, ſeu decollationis memoria recolitur.

Joannis 12. Papæ diplomata pro monaſteriorum incolumitate. *Mabill. Annal. lib. 45. num. 99.*

7. Pro monaſteriorum incolumitate ſervanda ſollicitos fuiſſe Romanos Pontifices non ſemel adnotavimus, quare Joannes Papa 12. Pontificatus ſui initio, *ſuggerentibus Ludovico Rege, Comite Adalberto, & Gilberto*, ut ait Pontifex, pro monaſterio apud Humolarias ſito diploma Bernero venerabili Abbati direxit, quo juſſit, ne quiſquam prædictam Abbatiolam, ejuſque poſſeſſiones umquam invadere, aut diſtrahere præſumeret, *Scriptum per manus Leonis ſcriniarii S. Sedis Apoſtolicæ in menſe Januàrio*, anni ſequentis, *per indictionem* 14. *datum quarto nonas Januarii per manum Georgii ſecundicerii S. Sedis Apoſtolicæ, anno primo, Domino propitio, Pontificatus Domini Joannis ſummi Pontificis, & univerſalis Papæ*. Huic ſimile eſt diploma ſeu privilegium alterum Berengario Virdunenſi Epiſcopo directum pro monaſterio S. Vitonis, *Datum quinto idus Januarii per manum Marini Epiſcopi, & S. Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii* (Joannis Papæ 12.) *anno primo indictione* 14.

Joannis Papæ 12. privilegia pro monaſterio Cantuarienſi in Anglia. *Apud Vilkins concil. Britann. tom. 1. pag. 223. & 224.*

8. Eamdemque ſollicitudinem pro monaſterio Cantuarienſi in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, olim juſſu Adalberti Regis, & opera Auguſtini Anglorum Apoſtoli erecto gerens Joannes Papa duodecimus, duo diplomata, eodem fere tempore Regi Angliæ Edredo, & Odoni Cantuarienſi Archiepiſcopo, *& omnibus Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Abbatibus* inſcripſit, quibus idem monaſterium, utpote ſub Romanæ Eccleſiæ protectione poſitum, iiſdem commendat, & ut omnimodam, tum in Abbatum electione libertatem, cum bonorum incolumitatem, & immunitatem ſervarent, jubet, & ut *Abbas ejus reliquis*, totius Regni, *prior habeatur*, ſeu primus, *ita dumtaxat, ut ad ſacræ fidei, charitatis & concordiæ compaginationem loco primogeniti, & vice Romana affectuoſe magis, quam imperioſe præluceat confratribus &c.* Hæc, & alia ibidem videnda.

Liutulphus Ottonis filius Italiæ partem ma-

9. Cum Italiæ Regnum Ottonis clementia, ac jurata ei fidelitate Berengarius anno 952. recuperaſſet, fidem tamen datam cito violans, ac tyrannidem exercens, ut alteram

ram adverſus eum hoc anno expeditionem Otto Germaniæ Rex ſuſciperet, coegit, qui, Liutulpho filio cum exercitu in Italiam miſſo, ejuſdem temeritatem repreſſit. *Liudulphus in Italiam ad deprimendam Berengarii tyrannidem dirigitur, & in brevi expulſo Berengario, totius pene Italiæ poſſeſſor efficitur*, ait Reginonis continuator in chronico, aliique annalium hujus temporis ſcriptores, ac Liutulphum menſe Majo Parmæ Longobardorum coronam accepiſſe narrat auctor ignotus, qui res geſtas Comitiſſæ Mathildis ex Donizone in compendium redegit, dum autem Liutulphus anno ſequenti, totius Italiæ poſſeſſionem, Berengario, & Adalberto filio ejus victis, inire ſperaverat, e vivis repente ſublatus, Berengario iterum locum ceſſit. Liutulphum alii veneno, alii gladio, alii febre correptum obiiſſe ſcribunt. *Febre correptus*, ait Epidamnus in chronico, *Liudulphus Ottonis filius, qui pene totam obtinuerat Italiam obiit; ſepeliturque Moguntiæ, apud ſanctum Albanum*. Ditmarus vero in chronico lib. 2. *Octavo idus ſeptembris (proh dolor) Liudulphus obiit. Hujus corpus a ſociis ejuſdem Moguntiæ delatum, lugubriter in Eccleſia Chriſti martyris Albani ſepultum*. Ob Liutulphi obitum, Berengarius recuperandi Regni in ſpem erectus, ejuſdem iterum poſſeſſionem iniit, ac per annos aliquot retinuit, uſque dum idem Rex Otto ab Epiſcopis, & Proceribus Italiæ, quibus Berengarii tyrannis inviſa, & intolerabilis evaſerat, rogatus, iterum in Italiam anno 961. exercitum eduxit, de quibus infra redibit ſermo.

Jesu Chr. an. 957. Italiam maximam ſibi ſubjicit.

Murat. rer. Ital. tom. 5.

JESU CHRISTI annus 957. Joannis XII. Papæ an. 2. Constantini Imp. an. 46.

1. Hoc tempore, nam annus in obſcuro eſt, Joannes Papa 12. *Dum eſſet adoleſcens*, ait Anonymus auctor chronici Salernitani, *atque hujuſmodi vitiis deditus, undique hoſtium gentes congregari juſſit in unum, & non tantum Romanorum exercitum, ſed & Thuſcos, Spoletanoſque in ſuum ſuffragium conduxit* adverſus Landulphum Beneventanorum Principem, is vero cum Giſulphum Salernitanum Ducem, ut ſibi opem ferret, rogaſſet, atque uterque exercitus in conſpectu eſſet, *Dum Romani, Spoletinique, & Thuſci adven-*

Joannis Papæ expeditio in Capuanos, cum quibus poſtea reconciliatur.

Apud Mu-

JESU CHR. AN. 957.

rat. rer. Italic. tom. 2. pag. 280.

ventum Principis Giſulphi reperiiſſent, magno metu percuſſi, ſuos repetunt fines, ait is auctor, addens capite ſequenti, miſſa ab Joanne legatione, mutuoque Terracinæ congreſſu habito, pacem inter eos initam fuiſſe, *& inter ſe*, ait, *fœdus alternatim inierunt, atque ad invicem ſunt ſeparati*, ac in urbem cum exercitu ſuo Pontifex rediit.

Edgarus, Edvvino remoto, Rex Angliæ eligitur.

2. Hoc anno, ut ſcribit Annaliſta Matiſconenſis, *Merceſes, & Northumbrii contemnentes Edvinum Regem elegerunt fratrem ejus Edgarum, qui mox beatum Dunſtanum de exilio revocavit, & defuncto Rinevvaldo, Virgonienſem ei Epiſcopatum dedit, & ab Odone Cantuarienſi Archiepiſcopo ordinatur*. Eadem fuſiori ſtylo perſequens auctor vitæ S. Dunſtani a Mabillonio ſeculo quinto Benedictino vulgata, de Edvvini in Regni adminiſtratione tyrannide, ſanctorumque perſecutione multa adnotat, quem ea de cauſa Regni parte privatum, profugum iviſſe, ac biennio poſt obiiſſe narrant chronologi, ac communibus ſuffragiis Edgarum in Regem electum fuiſſe, virum ſane pietate, & religione præclarum.

Dunſtanus ab exilio revocatus, Epiſcopus ordinatur.

3. *Poſt paucos autem electionis ſuæ dies præcepit Edgarus Diarcha totius Regni ſui concilium celebrari, in quo annichilatis omnibus, quæ a fratre ejus iniquis fuerant legibus decreta, ac reſtitutis omnibus, quæ violenta illius fuerant damnatione ablata, Dunſtanum quoque venerabilem Abbatem de exilio revocavit, & majore, quam ab omnibus ante, ut Pontificale decus ſuſciperet, vehementi petitione obtinuit, nec antea precibus quieſcere voluit, quam illum a ſententia ad conſentiendum retraheret. & Eccleſiæ Vigornienſi, quæ ſub honore Beatæ Virginis Mariæ pollebat, Pontificem præficeret: qui dum Doroberniam ſacrandus adveniret, & recitata petitione cleri, ac populi ſummus Dei Sacerdos Odo gaudenter annuiſſet, mirabile dictu! ceterum conſecrationis miniſterium, non quaſi ſuper Antiſtitem Victiorum, ſed ſicut ſuper Archiepiſcopum Cantuariorum mirabiliter, atque hilariter abſolvit. Qua de re a circumſtante clero reprehenſus, quod contra Patrum decreta ageret, qui unius Eccleſiæ duos prohibent eſſe Sacerdotes, nec per jus hæreditatis fieri electionem ſucceſſionis; tale fertur reſponſum dediſſe: Si divinis humana non cederent, jure mihi hominum auctoritas prætendi poſſet. Nunc vero quoniam auctor omnium Deus eſt, non poſſum illud non facere, quod faciendum Spiritus Dei dignatus*

Digitized by Google

tus eſt præcipere. Erit namque beatus iſte proximus poſt mortem meam hujus ſedis Archiepiſcopus, & adverſus mundi principes fortiſſimus prœliator, quem poſtea Cantuarienſem Eccleſiam, pro qua divino quodam præſagio ordinatus fuerat, adminiſtraſſe infra videbimus. Jasu Chr. an. 957.

4. Cum ubique Ottonis Germaniæ Regis fama clareſceret, *Plurimos legatos* hoc anno *ſuſcepit*, ait Vithichindus, *Romanorum ſcilicet, Græcorum, Saracenorumque*. Saracenorum autem legati ab Cordubenſi Calipha miſſi fuerant, quibus Epiſcopus quidam præerat, qui ab Ottone cum honore recepti, diuque retenti fuiſſent. Epiſcopus legatorum primus ibidem obiit.

Caliphæ Hiſpaniarum legatio ad Ottonem Regem.

5. Dum vero ſollicitus eſſet Otto, quem in Hiſpania legatum mitteret, poſt varia conſilia. *Id demum convenit, ut quia idem Rex, nempe Abderamnus, qui in Hiſpania regnabat, ſacrilegus & prophanus utpote Saracenus, & a vera fide prorſus eſſet alienus; quippe, quamvis amicitiam expeteret Principis chriſtiani, in litteris tamen quas miſerat, blaſphema nonnulla in Chriſtum evomuerat, cum ſcriptis Imperialibus, quæ ferrent, vocem quoque ſuam ipſi aperire, & ſi quo pacto divinitus daretur, immutare poſſent perfidiam. Forte ſub ipſos dies*, Adalbertus Epiſcopus Metenſis aderat, & Bruno Archiepiſcopus Colonienſis Ottonis frater, qui aſſeruit nulli Epiſcopo aptius id negotii injungi poſſe, quam Adalberoni. *Convenitur continuo Epiſcopus, & ut duos ſuorum idoneos legationi Hiſpaniarum paret, imperatur*. Lecti primum Angilramnus, & Vido Monachi, ſed cum prior non acquieſceret, juſſit Imperator alium pro eo adſcribi. *Cum diutius quæreretur, omneſque prorſus refugerent, nec in tanta congregatione quiſquam inveniri poſſet, qui ſe id aggredi ullo modo poſſe fateretur, Joannes repente nihil cunctabundus ſe ultroneus offert*: Imperator mandata cum litteris ſeu muneribus tradi jubet, & Ermenhardum Virdunenſem ſocium ob locorum regionumque notitiam facit, cui munera tradi Joannes expoſtulat: ipſe litterarum tantum bajulus fit. Quis legationis exitus fuerit, in vita Joannis Gorzienſis Abbatis fuſiori ſtylo deſcribitur, ac triennio ibidem legatos Ottonis retentos fuiſſe narratur, regio quidem apparatu, & magnificentia exceptos, & retentos, at cum vero Abderamnis aulici intellexiſſent cum muneribus litteras quoque

Joannes Gorzienſis Abbas legatus in Hiſpaniam miſſus.

que

JESU CHR. AN. 958. que Ottonis ab Joanne Abbate deferri, in quibus quædam in chriſtanæ religionis laudem inſerta erant, eas ſine vitæ diſcrimine Saracenorum Duci offerri non poſſe dixerunt, quare ut eas vel ſupprimeret, vel emendaret, ab Joanne petebant, ut in Regis conſpectum, & audientiam admitti poſſet. At cum utrumque renueret Joannes, tandem conventum eſt, ut ad Ottonem legatus mitteretur, ut alteras ab eo litteras Abderamno mitteret, delectuſque eſt Racemundus quidam catholicus, e Palatinis Caliphæ, qui mira celeritate Francofurtum Ottoni adductus, ab eo impetravit, ut prioribus litteris ſuppreſſis, alteras cum muneribus Saracenorum Principi Joannes traderet, eoque citiſſime in Hiſpaniam reverſo, traditiſque Joanni his alteris Ottonis litteris, ſine mora Joannes cum ſociis in Regis conſpectum admiſſus eſt, quo honore & ritu exceptus, quidve inter eos tranſactum fuerit, pluribus auctor vitæ Joannis enarrat, ut ibidem videre eſt, vel apud Pagium, & Mabillonium. Js porro poſt triennium ad ſua reverſus, paulopoſt Gorzienſis Abbas, in locum Einoldi electus eſt.

Pagi. not. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. ad an. 956. Mabill. secul. 5. Benedict. & Annal. lib. 45. 94. & lib. 46. 22.

JESU CHRISTI AN. 958. JOANNIS XII. PAPÆ AN. 3. CONSTANTINI IMP. 47.

Joannes Papa Adamum Farfæ Abbatem conſtituit.

Murat. rer. Ital. tom. 2. parte 2. pag. 472.

1. Hoc tempore dum Campo Farfenſis Abbas, cujus ſupra mentionem fecimus ad annum 939., dum inquam in priſtina morum corruptela, & bonorum direptione perſeveraret, Joannes Papa, ut narrat auctor chronici Farfenſis, *Malivolum Camponem cœpit exoſum habere, ſicut & pater ejus* Albericus ſcilicet, qui eum inde ejecerat: *Idcirco non permiſit illum ad hoc regimen redire, ſed ſtatim conſtituit alterum Abbatem, quem prædiximus nomine Adam, qui Lucania civitate ortus fuerat*. At is vix melior Campone, & Hildebrando fuit, nam ut is auctor ſubdit. *Pro publico ſtupri ſcelere, in quo detentus eſt a militibus Papæ prædicti, & Marchionis Theobaldi, qui tunc Sabinenſibus præerat, dedit Curtem S. Benedicti de campo, & S. Gethulii, & fundum Carbonianum &c.*

Concilium Engilenheimenſe.

Manſi not. hoc. an.

2. Hoc anno in octava Paſchatis concilium Engilenheimenſe ab Epiſcopis ſexdecim celebratum eſt, Ottone Rege præſente, ait Manſius, ut ex Annaliſta Saxone diſcimus.

Digitized by Google

mus. Quo in concilio Fridericus Epiſcopus Salzburgenſis ordinatus fuit. Eadem de Synodo hac memorat Continuator Reginonis ad hunc annum, ſed adnotat Fridericum non Salzburgenſem, ſed Viennenſem Archiepiſcopum ordinatum fuiſſe *conſenſu Heroldi Archiepiſeopi cæcati*. Sed male cum Fridericus per hæc tempora Epiſcopatum Salzburgenſem tenuerit, ut non ſemel idem Annaliſta Saxo docet, & Ditmarus ad annum 961. confirmat. Heroldus quippe Epiſcopatum Salzburgenſem obtinebat, ſed luminibus multatus fuerat ab Henrico duce Bavariæ Ottonis I. Imperatoris fratre, unde ab hac ſynodo Saliſburgenſis Eccleſiæ adminiſtratio in Fridericum translata eſt. Ejuſdem Concilii a XVI. Epiſcopis præſide Guillelmo Moguntino Archiepiſcopo celebrati meminit Joannes Latomus in Catal. Archiepiſcoporum Moguntinensium, ac res ab eodem Guillelmo geſtas deſcribit.

Odonis Cantuarienſis Epiſc. obitus.

3. Hoc autem anno S. Odo Cantuarienſis Epiſcopus vivere deſiit, ut Veſtmonſtarienſis, ceterique Angliæ chronologi tradunt, ſucceſſoremque habuit Ealsfinum, qui malis artibus eamdem ſedem invadens, dum Romam pallium accepturus pergeret, infelici exitu in via mortuus est, ut his verbis idem narrat Veſtmonſtarienſis. *Eodem anno* 958., *Sanctus Odo Cantuarienſis Arebiepiſcopus Regem Eadrinum, ſive Eduinum, & Aelginam ab invicem ſeparavit, vel cauſa conſanguinitatis, vel quia illam ut adulteram adamavit. Quo etiam anno idem Odo vir ingenio elarus, virtute laudabilis, & ſpiritu prophetiæ pollens, humanis rebus exemptus, in paradiſum eſt Angelorum manibus deportatus: quo ad cæleſtia translato, Ealsfinus* (Edelfinum hunc nominat Osbertus in Dunſtano) *Vventanæ urbis Epiſeopus, datis muneribus profuſis, per internuntios Regem Eadgarum circumvenire ſtudens. cum Simone Mago thronum Cantuarienſis Eccleſiæ, pecuniæ interventu conſcendit: qui primo introitus die abſtinere non potuit, quin furias mente diu conceptas evomeret: ad tumulum Sancti Odonis accedens, illudque pede coneulcans, dixit: Peſſime ſenex, nunc animam licet ſero emiſiſti, & meliori locum faciens, ceſſiſti. Nunc vero quod diu conceperam teneo, te invito, & inde tibi malas gratias ago. Et ſic factus, eum rabidus ille ſopori membra dediſset ſequenti nocte: vidit Beati Odonis effigiem ſibi aſtare, atque improperare convicium, atque velox illi*

Ælſinus Odonis ſucceſſor punitur. *Mabill. ſecul. 5. act. Ord. S. Bened. Annal. lib. 46. num. 51. 52.*

exi

JESU CHR. AN. 958.

xitium comminari. Sed Ealſinus ſomnii vanitatem eſſe quoa viderat exiſtimans, non minus ad obtinendum pallium Romam properabat, ubi cum per Alpes viam expediret inceptam, nihil aliud remedii habere potuit, dum nivali tempore eſſet congelatus, niſi ut exenteratorum equorum adhuc calentibus extis pedes immergeret, quibus ſanctiſſimi viri conculcaverat ſepulturam. Sed nec ſic algore deficiente, ſed potius invaleſcente, vitam flagitioſam morte miſera terminavit. Odonis obitum ex Annaliſta Saxone ad annum 961. triennio poſt narrat Mabillonius, tum in notis ad vitam Odonis, cum in annalibus, at ultra hunc annum differri vix poſſe Odonis obitum probat Pagius, inter cetera id conſtat ex privilegio Edvvinis Regis Angliæ Vintonienſi monaſterio conceſſo, cui Birthelmus Dorovernenſis, ſeu Cantuarienſis Archiepiſcopus, in locum Odonis, & Ealſini in itinere demortui, ſubſcripſit anno ſequenti 959. cujus hæc ſunt verba, apud Alfordum. *Acta eſt hæc præfata donatio anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti* 959. *Indict.* 2. *Ego Edvvid Rex Anglorum* (ſubſcripſi ſcilicet) *Ego Berthelmus Dorovernenſis Eccleſiæ Epiſcopus &c.* Hic autem Berthelmus in locum Ealfini ſimoniaci, ac in via demortui ordinatus, etſi pius eſſet, cum tamen regendis populis impar omnino eſset, quod ſuſceperat onus, ſponte dimiſit, & unde diſceſſerat humilis rediit, quo recedente juxta Odonis prædictionem, Dunſtanus Londonienſis jam Pontifex ordinatus, Regis Angliæ, omniumque ordinum plauſu in Cantuarienſem Sedem, anno 960. translatus eſt, ut ibidem dicturi ſumus.

Hungarorum aliqui fidem Chriſti ſuſcipiunt.

4. Ottonem Germaniæ Regem in Sclavos, & Hungaros arma ſæpius convertiſse continuator Reginonis, Sigebertus, aliique narrant, hoc autem tempore contigit, ut cum quidam Turcarum Duces, ſic paſſim Hungaros Curopalates, Cedrenus, Porphyrogeneta, aliique Bizantinarum rerum ſcriptores vocant, itaque cum Turcæ, ſeu Hungari in Romanam regionem arma inferre non deſiſterent, accidit, quod *Boleſodes ipſorum Dux, cum decreviſſet Fidem Chriſtianorum amplexari, venit Conſtantinopolim, & baptizatus, a Conſtantino Imp. ſuſcipitur, Patriciatus dignitate donatus, ac multæ pecuniæ compos effectus, deinde domum reverſus eſt. Paulo poſt etiam Gylas, ipſe quoque Turcarum Dux, Conſtan-*

ſtantinopolim ingreſſus baptizatur; paribuſque, & ipſe affectus muneribus, & honoribus diſceſſit. Aſſumpſit autem, & ſecum monachum quemdam Hierotheum nomine, qui habebatur religioſus, & pius, Turciæ Epiſcopum a Theophylacto delectum. Qui eo profectus, multos a barbaro errore in religionem Chriſtianorum traduxit. Verum Gylas in Fide permanſit, neque ipſe Romanos invadens, neque captos Chriſtianos negligens, ſed redemptos pretio curans, in libertatem vindicabat. Boleſodes autem, violato fœdere divino, ſæpe omnem exercitum in Romanos adduxit. Quod cum in Francos quoque facere decreviſſet, captus ab Ottone ipſorum Rege, in crucem actus eſt. Et ea quæ fuerat uxor Ducis Rhos, qui contra Romanos claſſem adduxerat, Elga nomine, mortuo ipſo viro, Conſtantinopolim ſe contulit, & baptizata cum ſinceræ Fidei cultum ſe ſuſcipere inſtituiſſet pro ſui propoſiti dignitate ornata domum rediit. Jesu Chr. an. 958.

5. Eodemque tempore in Ruſſiam, ſive Rugiam, Moſcoviam nunc dictam Adalberti opera Chriſti fides propagata eſt, etſi tunc primo radices vix fixerit; nam in chronico Hildemheimenſi ad annum proximum 959., hæc narrantur. *Legati Ruſciæ Ottonem venerunt, & deprecati ſunt eum, ut aliquem ſuorum Epiſcoporum tranſmitteret, qui eis oſtenderet viam veritatis, & profeſſi ſunt ſe velle recedere a Paganico ritu, & accipere Religionem Chriſtianitatis. Et ille conſenſit deprecationi eorum, & tranſmiſit Adalbertum Epiſcopum fide Catholicum: illique per omnia mentiti ſunt, ſicut poſtea eventus rei probavit*. Continuator vero Reginonis ait. *Legati Helenæ Reginæ Rugorum, quæ ſub Romano Imperatore Conſtantinopolitano Conſtantinopoli baptizata eſt, ficte* (ut poſt claruit) *ad Regem venientes, Epiſcopum, & Presbyteros eidem genti petebat*. Idem habet Lambertus Schafnaburgenſis ad an. 960. de Adalberto addens, *qui etiam vix evaſit manus eorum*. Ad id opus, ad fidem nempe Chriſti Ruſſis prædicandam Libutium quemdam monachum ex cœnobitis S. Albani prope Moguntiam ab Adalgado Epiſcopo deſtinatum, & Epiſcopum ordinatum fuiſſe ad annum 960. narrat Reginonis continuator, deinde ad an. 961. addit. *Libutius priori anno quibuſdam dilationibus ab itinere ſuſpenſus, decimoquinto Kal. Martii anni præſentis obiit, cui Adalbertus ex cœnobitis S. Maximini prope Treviros, machinatione,*

S. Adalbertus in Ruſſiam mittitur.

Jesu Chr. an. 958.

ne, *& conſilio Villelmi Archiepiſcopi* (Moguntini ſcilicet) *licet meliora in eum confiſus fuerit*, *& nihil unquam in eum deliquerit*, *peregre mittendus in ordinatione ſucceſſit*. *Quem piiſſimus Rex ſolita ſibi miſericordia*, *omnibus*, *quibus indigebat copiis inſtructum genti Rugorum honorifice deſtinavit*.

Adalbertus re infecta ex Ruſſia ad ſuos redit.

6. Et ut uno loco rem geſtam enarremus, re infecta, biennio poſt ad ſuos Adalbertum rediisse, his verbis ad annum 962. idem auctor addit. *Adalbertus Rugis ordinatus Epiſcopus*, *nihil in his*, *propter quæ miſſus fuerat*, *proficere valens*, *& inutiliter ſe fatigatum videns revertitur*, *& quibuſdam ex ſuis in redeundo occiſis*, *ipſe cum magno labore vix evaſit*; quem poſtea Magdeburgenſem Epiſcopum fuiſſe ſcimus, de quo Ditmarus, qui hoc tempore vivebat, de Ottone Imp. loquens, hæc adnotat. *Adalbertum Trevirenſem profeſſione monachum*, *ſed Ruſſis prius ordinatum Præſulem*, *& hinc a Gentilibus expulſum*, *ad Archiepiſcopatus apicem*, *inclitum patrem*, *& per omnia probatum*, *anno Dominicæ Incarnat.* 970., *decimoquinto Kalen. Novemb. Apoſtolica auctoritate promovit &c.* Quod vero re infecta, vix ſalvus ad ſua Adalbertus redierit, Helenæ Ruſſorum Reginæ culpa non fuit, ſed potius aut filio ejus Spendoſtolabo, vel Ruſsorum ferociæ, & ſuperſtitioni, qua ab religione chriſtiana abhorrebant, tribuendum: quo autem tempore, apud Ruſſos, ſeu Moſcovitas chriſtiana fides propagata fuerit, ſuo loco adnotabimus.

Quo tempore incolæ inſulæ Rugiæ Chriſti fidem ſuſceperint. *Pagi not.* 2. *an.* 959.

7. Hoc loco cum Pagio addimus, quod cum latini ſcriptores mediæ, & infimæ ætatis Ruſſiam paſſim Rugiam appellaverint, hinc error apud nonnullos ortus eſt, quod Adalbertus, qui in Rugiam, ſeu Ruſſiam ad prædicandum Evangelium miſſus fuit, idem ipſe in Inſula maris Baltici Rugia dicta evangelium prædicaverit, quod ſane a veritate alienum omnino eſt, nam Hermoldus in chronico lib. 1. cap. 6. de evangelii prædicatione apud Sclavos, & inter incolas Rugiæ inſulæ, hæc adnotat. *Tradit veterum antiqua relatio*, *quod temporibus Ludovici ſecundi* (filii Ludovici Pii, & Germaniæ Regis), *egreſſi fuerint de Correja* (ſeu Cordia), *monachi Sanctitate inſignes*, *qui Sclavorum ſalutem ſitientes*, *impenderunt ſe ipſos ad ſubeunda pericula*, *& mortes pro Legatione verbi Dei*. *Peragratiſque multis Sclavorum Provin-*

vinciis, pervenerant ad eos, qui dicuntur Rani, ſive Rugiani, & habitant in corde maris. Ibi fomes eſt errorum, & ſedes idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam inſulam lucrati ſunt, ubi etiam oratorium fundaverunt in honorem Domini, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & in commemorationem ſancti Viti, qui eſt patronus Corvejæ; at paulo poſt ab Chriſti fide deficientes, pulſis Sacerdotibus atque Chriſticolis, religionem verterunt in ſuperſtitionem. Nam Sanctum Vitum, quem nos Martyrem, ac ſervum Chriſti confitemur, ſubdit auctor, *ipſi pro Deo venerantur, cui etiam templum, ac ſimulacrum ampliſſimo cultu dedicaverunt, cui ſacrificia etiam exhibentur. Ab eo ergo tempore, quo primo fidei renunciaverunt, hæc ſuperſtitio apud Ranos perſeverat, uſque in hodiernum diem*, ideſt ad annum 1168. quo Helmoldus chronicon ſuum ab Arnoldo Abbate Lubecenſi poſtea continuatum abſolvit. Atque hæc de fidei propagatione, ſeu prædicatione inter gentes ad Septentrionem poſitas dicta ſufficiant. JESU CHR. 3AN. 959.

JESU CHRISTI ANNUS 959. JOANNIS XII. PAPÆ AN. 4. ROMANI IMP. AN. 1.

1. Infantulus adhuc Imperatoris nomen, & inſignia Conſtantinus Porphyrogeneta habuerat, ac totidem fere, quot vitæ fuerant, tranſactis in Imperio annis, cum poſt patris obitum per annos quadragintaſeptem Imperium gubernaſſet, hoc anno vivere deſiit, cujus exitum filius ejus, in Imperio ſucceſſor, propinato veneno maturavit, ut narrat Curopalates, quo propinato, dum lento morbo tabeſceret, in montem Olympum pergere concupierat, *Ut Sanctos Patres illic degentes inviſeret, ſeque venerabilium precum illorum amplo commeatu communiret, nec non ut locorum mutatione, auraque leniore ægræ valetudini remedium quæreret, muſſitabat enim in eo occulta quædam ægritudo* (ex veneno hauſto, ut diximus), *cujus etiam curandæ cauſa Medicorum ſe curæ addixerat, ac ad Olympum exire maxime opus habebat*, ait Theophanis continuator in ejus vita numero 49. Illuc ergo profectus, aditiſque ſanctioribus monachis, qui in ea regione erant, ut eorum ſe precibus commendaret, cum indies morbus ingraveſceret, in urbem regiam,

Conſtantini Imp. ægritudo, & obitus.

pag. 289.

giam, ſeu Conſtantinopolim rediit, ubi paulo poſt morti jam proximus, Romanum filium ſuum Imperatorem deſignavit, ac Joſepho Patricio commendavit, ut qua pollebat prudentia, & potentia res ejus incolumes ſervaret, ſicque *Mortuus eſt menſe Novembri die quintadecima, Indict. 3. anno ætatis ſuæ quinquagintaquinque menſes duos, dies ... relicto Romano Imperatore, atque Helena Auguſta Romani matre*, ait idem auctor, ac magnifico funere ad Eccleſiam Apoſtolorum delatum ſepelierunt, ut ibidem videre eſt; multis porro virtutibus, & ſcientiarum laude illuſtrem fuiſſe Conſtantinum Porphyrogenetum, jam ſupra ad annum 948. adnotavimus, vitiis tamen eum non caruiſse, nimia nempe in puniendo ſævitia, & in rebus publicis adminiſtrandis oſcitantia, ſcribit Curopalates, quin epularum, vinique amantiorem fuiſse tradit incertus auctor, qui Theophanis chronologiam continuavit.

Romanus Conſtantino patri ſuccedit. *pag.* 293.

2. Conſtantino ſucceſſit filius ejus Romanus, a patre etiam Imperator dictus, *annos natus circiter viginti, & unum*, ait citatus auctor, bis nuptias inierat Romanus, primum cum Bertha Hugonis Italiæ Regis filia, cum qua per annos quinque vixit, quam Curopalate teſte, intactam, & virginem reliquit, alia deinde uxor a Conſtantino patre data eidem eſt, *Anaſtaſia*, plebeiis, ac cauponibus orta parentibus, quam Theophanonem appellavit, quæ poſt Romani exceſsum imperium per aliquot annos rexit, ut infra videbimus. Uxoris inſtinctu Helenam matrem, & ſorores ſuas aula amovit: *Sorores Zoem*, inquit citatus continuator, *Theodoram, Agatham, Theophanonem, Annamque aula detruſas ad Caniclii Ædes, ubi Sophia Auguſta Chriſtophori Imperatoris uxor, tonſis crinibus, Monacham agebat, ipſas quoque Sanctimonialium ritu capillis mulctavit, ac quamquam multis, Helena matre, ſororibuſque rei facinus deplorantibus, largeque queritantibus, cum ſe illæ mutuo adſtringerent, & collo aliis aliæ prope hærerent, nihil amplius, tragico illo ſpectaculo conſecutæ ſunt, quam ut mutis, ac inanibus lacrymis defungerentur &c.* quas etiam paulo poſt inde amotas, alio tranſtulit, ait idem auctor pag. 295. cum vero paterni Imperii ſucceſſor fuit, ex Theophanone uxore Baſilium Porphyrogenetam unius anni puerum, jam ſuſceperat, poſt patris obitum alterum filium ex eadem uxore poſtea ſuſcepit

pit Conſtantinum dictum. Utroſque imperaſſe infra videbimus, ac Baſilium a Polyeucto Patriarcha ſolemniter Auguſtali corona donatum fuiſse iidem auctores tradunt Romanus interea, Imperii omnem curam, vel exercitus in Phocam, fratremque ejuſdem Leonem delegavit. Ipſe vero, *Gaudio dies agebat, extraque Bizantium eum æqualibus palponibus, maleque conſultis viris, ac ganeonibus venatu totus geſtiebat &c.* ſed de geſtis in Oriente hoc anno hactenus.

Arnulphus Flandriæ Comes Rhemenſi eccleſiæ munera offert.

3. Hoc anno *Arnulphus Flandriæ Comes*, teſte Flodoardo, *Rhemos venit, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ non modico argenti pondere muneravit, unde areæ, in quibus Calliſti, & Nicaſii, ceterorumque ſanctorum quondam pignora continentur ornatæ, & coopertæ ſunt, ſed & quemdam evangeliorum librum auro, argentoque decoravit. Monaſterio quoque Sancti Remigii dona contulit*. Hic porro Arnulphus Flandriæ Comes, aliquot ante annos, & ut ait Pagius 948., cum calculi morbo vexaretur, nec niſi per inciſionem curari poſſe medici teſtarentur, Gerardum Bromienſem in Belgio Abbatem ſanctitate celebrem ad ſe vocatum, ut ſibi opem, ſanitatemque conferret, humillimis rogavit precibus; is vero ſe tanto operi patrando imparem eſſe teſtatus, ut eleemoſynis ſibi Deum propitium redderet, ab eoque auxilium imploraret, & ut ſimul triduum in jejunio tranſigeret, hortatus eſt; cui cum Comes libentiſſime paruiſſet, *Miſſam* Gerardus *ſuo more lacrymabundus celebrat, cumque jam ſacram ſumpſiſset Eucharistiam, & Marchioni quoque inhianter expectanti eam impertiſſet, confeſtim reddendi lotii appetitu Marchio corripitur; itaque ſecedens, cum urina nullo negotio calculum ejicit, & priſtinæ ſanitati mirabiliter reſtitutum ſe gratulatur &c.* Quare comes, tanta Gerardi virtute cognita, pretioſa eidem munera obtulit, quæ ſanctus vir recipere recuſavit, & monaſteria totius Flandriæ eidem commendavit, ut in iis monaſticam diſciplinam reſtitueret, pietatis deinde operibus impenſius vacans Arnulphus, Remenſem Eccleſiam ut ſupra diximus, divitiis exornavit. Ac fuſiori ſtylo auctor vitæ Gerardi Abbatis perſequitur, quem hoc anno temporalem cum æterna vita commutaſſe narrat Mabillonius, die tertio nonas Octobris, ut in Epitaphio vitæ ejus addito legitur, qua die ejuſdem memoria Martyrologio Romano recolitur.

Pagi not. 5. an. 959.

Arnulphus Gerardi precibus a morbo liberatur.

Mabill. Annal. lib. 46. num. 18.

Acta Ord. Bened. sec. 5.

4. In-

Jesu Chr. An. 959.
S. Dunstanus Epiſcopus Londinenſis creatur.
Bar. 959. 7.

4. Interea Edgarus totius Brittanniæ Rex, poſt Edvvini fratris obitum, quem Dunſtanus, ne ad Inferos duceretur, precibus a Deo impetraſse narrat Osbertus in vita Dunſtani, cum itaque Edgarus Brittanniæ monarchiam obtinuiſſet, ac juvenis adhuc, & annorum ſexdecim eſſet: *Cogitabat Beatum virum*, ideſt Dunſtanum, ait idem auctor, *ſuper omne Regnum conſtituere, nolens in Regno ſine illo creſcere, quem ante Regnum præ ceteris ſtuduerat familiarius diligere. Unde appoſito patribus ſuis Londonienſi Epiſcopo, rogatu Regis, ac Principum Dunſtanus ſucceſſione donatur, annuentibus quoque omnibus ejuſdem urbis habitatoribus, importunis vocibus illius nomen acclamantibus. Audierant namque, quam fuerat a primæva ætate Deo acceptiſſimus, quam in illa cui præerat Eccleſia* (nempe Vigornienſi) *ſollicitus, quam denique in omni re bona, & optima probatiſſimus, & ea re noluerunt habere alium cum poſſint habere lectiſſimum. Neque illum juvit excuſatio Canonum auctoritate prætenſa, qui ſicut Eccleſiam unam duobus eſſe Epiſcopis contradicunt, ita duas Eccleſias uni Epiſcopo fieri poſſe non permittunt. Cum Joannes, inquiunt, dilectus Domini ſeptem Eccleſiis, atque Epiſcopis earum præfuerit, ut Beatus Paulus omnium Eccleſiarum ſollicitudinem ſimul, & magiſterium habuerit, talibus B. Pontifex rationum teſtimoniis victus Lundanæ urbis* (ſeu Londini, ut hodie loquimur) *Antiſtes inthronizatur, non relinquens eam, quam ante habuerat Eccleſiam, ſed utrique præſidens, utramque regens, utriuſque verus, ac proprius Pontifex exiſtens &c.* Quanta cum pietate, prudentia, Brittanniæ Regnum Edgarus adminiſtraverit, ejuſdem in ſanctos viros, & in Dunſtanum præcipue obſequium, & reverentiam demonſtrant, ac in Regno geſta confirmant.

Edgari Regis geſta, & leges eccleſiaſticæ.
Vilkins concil. Britann. tom. 1. pag. 225.
ut ſup. pag. 225. ad 239.

5. Inter cetera Regni ſui initio præclare geſta, *Convocato ad Brandanſordiam Regni concilio Edvvini acta, & decreta reſcidit, ablatas Eccleſiis, & Monaſteriis opes reſtituit*; pro reſtauranda autem Eccleſiæ diſciplina, leges cum conſenſu, & conſilio Epiſcoporum edidit, ex quibus ſexagintaſeptem primum occurrunt, de recta vivendi ratione ab Presbyteris, ceterorumque ordinum clericis, deque ſancta ſacramentorum adminiſtratione, in quibus ſingillatim clerus, æque ac populus, ut ſuo officio digne ſatisfacerent, edo-

Digitized by Google

edocentur, ac primo Presbyteros, ut ſenioribus ſuis, ſeu Epiſcopis in omnibus ſubditi ſint, ac ad ſynodum vocati præſto ſint, & quid ſecum ferre, vel ſocios ducere, quidve ibidem agere, vel cauſas deferre admonentur, qua etiam reverentia, morumque integritate vitam ducere eos deceret, & eccleſias cuſtodire, ſacramenta adminiſtrare, Euchariſtiam, miſſaſque celebrare, quo ſcilicet loco, tempore, quibus ornati veſtibus, & utenſilibus per plura docentur, & ut quæ ad eccleſiam pertinent, vel ad altare, pure, & digne ſint diſpoſita, ut lumen ibidem exempli gratia reſplendeat, ut fœminæ ad altare non accedant, neque Sacerdos abſque ſuperpelliceo, & ut pulſata campana, officium ſuum, feſtis præcipue diebus, ſuo tempore, loco, & devote perſolvant, populum doceant, & bonum populo exemplum præbeant, & ut ab ebrietate, ſcurrilitate, juramentis, venatione, aucupio, aliiſque hujuſmodi ſe abſtineant, ac mulierum conſortium vitarent: *Sed diligat legitimam ſuam uxorem, hoc eſt eccleſiam ſuam*, & ut ad pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ, vel ſancti Olei Sacramentum adminiſtrandum prompti ſemper eſſent, admonentur.

can.1.ad 40. *n.40. ad 60.* *cap. 60.*

6. Poſt capitula 67. paucis verbis expoſita, confeſſionis, & pœnitentiæ ordo ſequitur, in plurima etiam capita diſtinctus, quæ etſi ab legibus ab Edgaro Rege vulgatis diſtincta ſint, ab eodem tamen Presbyteris propoſita fuiſse vix dubitatur, ac Dunſtani Archiepiſcopi Pœnitentialem librum fuiſſe Presbyteris ſuæ Diœceſis, vel etiam Metropolis directum, veroſimile eſt, eoque primum fideles ad confeſſionem peccatorum faciendam, *ſine qua nulla eſt venia*, excitantur; deinde Sacerdotes de munere ſuo laudabiliter exequendo exhortantur, & ut cum charitate pœnitentem excipiant, & adjuvent, ita ut ſi non poſſit, aut neſciat peccata ſua confiteri: *Interroga eum de moribus ipſius, & extorque reatus illius, & expone actiones ejus, & conſidera, quod numquam debeas eodem modo judicare divites, & pauperes, liberos, & ſervos, ſenes, & juvenes, ſanos, & infirmos, humiles, & ſuperbos, fortes, & debiles, laicos, & ſacris initiatos, &c.* ut etiam pro perſonarum, & peccatorum qualitate, vel numero, congruam iis pœnitentiam imponerent, jubetur, ac veterem pœnitentiæ rigorem aliquatenus ibidem viguiſse patet; nam ſi laicus laicum ſine cau-

Confeſſionis modus, & pœnitentiæ ordo deſcribitur. *pag.229.seq.*

Jesu Chr. an. 959.

cauſa occiderit, ut ſeptem annis jejunet, jubetur, ex quibus tres pane, & aqua, quatuor reliquos, prout Sacerdos imperaverit, ſi id irrito effectu tentaverit, tres annos jejunet, ſicque pro homicidii reatu varia pœnitentia indicitur, ita ut ſi mulier infantem, ſive in utero, vel poſtquam natus fuerit, enecaverit, decem annos jejunet, quorum tres in pane, & aqua, & ſi quis ſeipſum quacumque inſtigatione occiderit, nullus pro eo Miſsam celebret, vel pſalmos cantet, utpote ſacra ſepultura, ſeu eccleſiaſtica indignus, quod etiam pro iis ſervabatur, qui pro reatu ſuo vitam ſupplicio finiebant; *quales ſunt fur, homicida, & domini proditor, &c.* Eademque ſeveritate adulteria, fornicationes, ceteræque carnis fœditates cum viris, cum mulieribus, cum beſtiis patratæ puniuntur, ita tamen ut in Epiſcopis, Presbyteris, ceteriſque clericis, monachis, aut virginibus Deo dicatis gravior cenſura adhibeatur, ut ibidem videre eſt.

Qua ratione pœnitentiæ redimerentur.

7. Poſt multa de pœnitentia pro criminum varietate, & numero agenda, vel imponenda, prudentiam nihilominus in ſacerdotibus neceſſariam eſſe adnotat. Nam *Pœnitentiæ fiunt variis modis, & multi homines eleemoſinis eam redimere poſſunt*, eccleſiam ſcilicet erigendo in laudem Dei, præcipue ſi in ea juniores admittat, ideſt clericos, vel Sacerdotes, ut ibidem Deo inſerviant, ſi Eccleſias reſtauret, vel vias publicas, aut pontes erigat ſuper aquas, aut cœnoſas vias, ſi pauperes, viduas, Orphanos in ſuis neceſſitatibus, victu, veſtitu, vel hoſpitio foveat, ſi ægrotos viſitet, mortuos ſepeliat, aliiſque pietatis operibus ſe conſecret; qua etiam ratione peccata ſua Magnates redimere poterant, demonſtrat, ſi armis depoſitis, omnique veſtitus cultu, *Scipionem ſumat in manu, & ſedulo nudis pedibus, indutus lanea veſte, vel cilicina*, lectum non ingrediatur &c. ac pauperibus ſecum advocatis redimat pœnitentiam, *& faciat, ut ſeptem annorum numerus intra tres dies ita temperetur. Primo accipiat in auxilium ſibi duodecim homines, & jejunent tres dies pane, & viridibus oleribus, & aqua, & conquirat ſibi ad conſumandum illud quomodocumque poteſt ſepties centumviginti homines, qui jejunent ſinguli pro eo tribus diebus, tunc jejunantur tot jejunia, quot ſane dies in ſeptem annis.* Sicque fiebat, ut aliorum opera pœnitentiæ tempus adimpleretur. Ægroti vero, corporeque infirmi hoc modo jeju-

jejunium redimere poterant. *Unius diei jejunium uno denario redimi poteſt, quilibet homo poteſt unius diei jejunium redimere ducentis & viginti pſalmis: quilibet homo 12. menſium jejunium redimere poteſt 30. ſolidis, vel ſi aliquem e carcere liberet, qui tanti æſtimetur. Et pro unius diei jejunio, ut cantetur ſex vicibus* Beati immacul. *& ſex vicibus* Pater noſter, *et pro unius diei jejunio, et genua flectantur, et incurventur 60. vicibus ad terram cum* Pater noſter. *Poteſt etiam aliquis unius diei jejunium redimere, ſi omnia membra extendat ad Deum in orationibus ſuis, et eum vera contritione, et cum fide recta, et 15. vicibus cantet* Miſerere mei Deus, *et 15. vicibus* Pater noſter. *Et tunc ei conceſſa ſit totius diei allevatio peccatorum. Septennale jejunium quis 12. menſibus compenſare poteſt, ſi quotidie cantando finiat pſalterii pſalmos, et itidem nocte, et 50. veſpere. Redimi poteſt etiam per unam miſſam 12. dierum jejunium, et per decem miſſas allevari poteſt 4. menſium jejunium, ut per 20. miſſas allevari poteſt 12. menſium jejunium, ſi velit ex vero Dei amore pro ſe ipſo intercedere, et peccata ſua confeſſario ſuo confiteri, et eadem corrigere, prout ille eum docuerit, & diligenter ſemper ab iis abſtinere.* Hic tamen pœnitentiæ redimendæ modus infirmis, & viris potentioribus propoſitus cum magna cautela adhibendus erat, nam ut ſubdit ibidem auctor pœnitentialis. *Hoc eſt etiam æquiſſimum, ut quilibet propria ſua delicta diligenti correctione ulciſcatur in ſeipſo. Scriptum eſt enim, quia unuſquiſque onus ſuum portabit.* JESU CHR. AN. 959. *pag.* 237.

8. Ad hæc etiam tempora, pertinet legum quædam collectio in capita ſeptuaginta ſeptem diſtincta Presbyteris Northumbriæ in Anglia directa, quibus ut ſuo officio, morum honeſtate, & in verbi prædicatione, ſacramentorumque adminiſtratione ſancte, diligenterque fungantur, admonentur, laici etiam ut vitam chriſtiano nomine dignam ducerent, excitantur, pro criminum etiam varietate pœna tum Presbyteris, cum laicis præcipitur, *Si Presbyter*, exempli gratia, *In non conſecratis ædibus* miſſam celebret, aut extra conſecratum altare, ſi abſque vino, ſi in ligneo calice, ſi ſæpius quam ter eadem die, duodecim oras ſolvet &c., plura, ne longiores ſimus, non addimus, hoc unum adnotare contenti, in reſtituenda Eccleſiæ diſciplina quammaxime ſollicitos hoc tempore fuiſſe, tum Epiſcoporum plurimos in Anglia, qui- Leges Presbyteris Angliæ traditæ. *Vilkins concil. Britann. tom.* 1. *pag.* 218.

JESU CHR. AN. 960. bus exemplo, & auctoritate ſua Edgarus Rex ſtimulum addebat.

JESU CHRISTI ANNUS 960. JOANNIS XII. PAPÆ AN. 5. ROMANI IMP. AN. 2.

Joannis Papæ, aliorumque legatio ad Ottonem Regem.

1. Turbatas hoc tempore in Italia ob Berengarii tyrannidem res fuiſſe ſcimus, quare tum Joannes Papa, cum Epiſcopi, & Proceres Italiæ, miſſa legatione, Ottonem Germaniæ Regem rogarunt, ut in Italiam rediens, ſe ipſos ab Berengarii infeſtatione eriperet. *Regnantibus, immo ſævientibus in Italia*, ait Luitprandus, *& ut verius fateamur, tyrannidem exercentibus Berengario, atque Adalberto*, Berengarii filio, *Joannes ſummus Pontifex, et univerſalis Papa, cujus tunc Eccleſia ſupradictorum Berengarii, atque Adalberti ſævitiam erat experta, Legatos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Joannem videlicet Diaconum Cardinalem, & Azonem Scriniarium ſereniſſimo, atque piiſſimo tunc Regi, nunc Auguſto Cæſari deſtinavit Ottoni, ſuppliciter litteris, & Regum ſignis orans, quatenus pro Dei amore, ſanctorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, quos delictorum ſuorum cuperet eſſe remiſſores, ſe ſibique commiſſam ſanctam Romanam eccleſiam ex ſuorum inimicorum faucibus liberaret, ac ſaluti, & priſtinæ libertati reſtitueret*. De ceteris hæc ſubdit. *Hæc dum Romani Legati conquererentur: vir venerabilis Vualbertus ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus ſemivivus ſupradictorum rabie Berengarii, atque Adalberti liberatus, ſuperius memorati Ottonis potentiam adiit, indicans ſe non poſſe pati Berengarii, Adalbertique, nec non Vuillæ ſævitiam, quæ Manaſſem Arelatenſem Epiſcopum contra jus, faſque Mediolanenſis Eccleſiæ ſedi præfecerat. Ajebat ſane hanc Eccleſiæ ſuæ calamitatem, quæ quod ſe, ſuoſque capere oporteret, interciperet, ſed Vualdo ſeu Cumanus Epiſcopus hunc pene eſt ſequutus, non diſparem a Berengario, atque Adalberto, & Vuilla, quam Vualbertum contumeliam ſe eſſe perpeſſum clamitans. Venerant & nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter illuſtris Marchio Otbertus cum Apoſtolicis concurrerat nuntiis a ſanctiſſimo Ottone tunc Rege, (ut dixi) nunc Auguſto Cæſare auxilium expetens*. Hæc Luitprandus, eademque continuator Reginonis, & auctor chronici Saxonici.

2. Ut

Digitized by Google

Jesu Chr. an. 960.

Joannes Papa Imperii coronam Ottoni offert, ab eoque juramentum exigit.

2. Ut Ottoni ad Italicam expeditionem ſuſcipiendam ſtimulos adderet Joannes Papa, ad ſpem tanti Regni potiundi, coronam quoque Imperii, quæ jamdiu, a morte ſcilicet Berengarii ſenioris vacans erat, eidem promiſit, juramentum eodem tempore ab eo exigens, quo Caroli Magni exemplo Eccleſiam Romanam ſe tuiturum eſſe promittebat, ac terras Romanæ Eccleſiæ ab Pippino olim, & Carole Magno oblatas reſtituturum, idemque juramentum biennio poſt dum Imperiali corona exornatus fuit, confirmavit. Juramenti formulam legatis Papæ Joannis exibitam refert Gratianus, cujus initium eſt. *Tibi Domino Joanni Papæ ego Rex Otto promittere, & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per lignum hoc vivificæ Crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Domino, Romam venero: ſanctam Romanam Eccleſiam, & te rectorem ipſius exaltabo ſecundum poſſe meum: & numquam vitam aut membra, & ipſum honorem quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes. Et in Romana urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio. Et quidquid in noſtram poteſtatem de terra S. Petri pervenerit, tibi reddam. Et cuicumque Regnum Italicum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor tui ſit ad defendendam terram ſancti Petri ſecundum ſuum poſſe. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.* Hucuſque ibi. Meminit ejuſdem Ottonis promiſſionis Joannes ipſe, cum per legatos ad eum miſſos quereretur, non fuiſſe ſibi ſervata promiſſa, ut ex appendice ad Luitprandum ſcimus, de quibus infra ſuo loco ſermo fiet. His autem inter Pontificem, & Ottonem tranſactis, ad Italicam expeditionem neceſſaria hoc anno paravit Otto, in eamque anno proximo tranſiit, at de geſtis ibidem ſuo loco.

Grat. dist. 63. cap. 33.

De infauſta Italiæ, & eccleſiarum conditione.

3. Quam luctuoſus Italiæ tunc ſtatus, & infelix Eccleſiarum conditio eſſet, præter hactenus dicta, vel inferius addenda, vivis coloribus exibet non uno in loco Atto hujus ætatis Vercellarum in Inſubria Epiſcopus, in libro preſertim, cui titulum præfixit *de preſſuris eccleſiæ* tribus capitibus ſive libris diſtinctum, quorum primo de Epiſcorum judiciis agit, eoque perſecutiones in eccleſia futuras, ac in divinis

JESU CHR. AN. 960.

litteris prænunciatas fuiſſe adnotat ; ſed victoriam quoque perſeverantibus promiſſam, addit, cum nec portæ Inferi adverſus eam prævalere poſſint. *Deponant ergo*, ait, *ſanctam eccleſiam perſequentes contumaciam, ſumant fideles in perſecutione conſtantiam, audiant illi, quod non prævalebunt, præparent ſe iſti, quia revera perſequentur; et perſeverantes in fine feliciter coronabuntur*. De injuſtis adverſus Epiſcopos accuſationibus, & judiciis agens, inter cetera adnotat. *Damnari eos abſque ſanctæ Romanæ eccleſiæ auctoritate omnino interdixerunt*, eccleſiæ canones, *quamvis audire, vel diſcutere Metropolitanis una cum conſenſu omnium comprovincialium Epiſcoporum ſit licentia adtributa*. Hinc lamentatur Atto, quod omni ſynodali cenſura poſtpoſita, dicerent, ſatisfactionem Sacerdotis ſub jure jurando non valere, niſi una ſecum plures etiam Sacerdotes jurare compelleret, quod abſurdum, & ab Eccleſiæ canonibus alienum eſſe admonet. Id præcipue tamquam facinus deteſtatur, quod ad innocentiam ſuam comprobandam compellerentur Epiſcopi per vicarios ſuos armis certare. *Et quibus prohibitum eſt*, ſubdit, *armatorum cuneis, vel publicis ſpectaculis intereſſe, ad pugnam perducere, heu! noſtros compellimur vicarios, ut vel iſtorum cæde victi, vel illorum quaſi abſoluti eſſe videamur, nec purgari a crimine, niſi perpetrato crimine valeamus &c.* Quod quantum ab Eccleſiæ ſpiritu, & diſciplina alienum eſſet, pluribus perſequitur, ac quonam ordine Epiſcoporum, ceterorumque Eccleſiaſtici ordinis judicia peragenda eſſent, indicat, ac ſecularem poteſtatem adverſus contumaces tantum implorandam eſſe docens. *Donec eccleſiaſticis vel invitus diſcat regulis obedire &c.*

De judiciis Epiſcoporum Attonis querelæ.

4. De Epiſcoporum electionibus libro ſecundo agens, ſpretis Eccleſiæ canonibus, eaſdem pro libitu a Principibus fieri conqueritur. *Irreligioſi tamen Principes*, ait, *hæc omnia parvipendentes, ſuum tantummodo in his parant prævalere edictum, ſolent enim admodum indignari, ſi vel ab aliis aliquis cujuſcumque meriti ſit, Epiſcopus eligatur, vel ſi a ſe electus cujuſcumque pravitatis ſit, ab aliquo reprobetur. Illorum ſane quos ipſi eligunt vitia, quamvis multa, & magna ſint, velut nulla tamen reputantur, quorum quidem in examinatione non caritas, & fides, vel ſpes inquirunt, ſed divitiæ, affinitas, & obſequium conſiderantur &c.* Ita ut pue-

De electione Epiſcoporum querelæ.

pag. 339.

pnerorum pene electiones non ſemel fierent. Tertio libro depredationes bonorum eccleſiæ, quæ paſſim ea ætate a laicis, magnatibus præſertim fiebant, deplorat. *Laici quoque cujuſcumque ſint ordinis, vel dignitatis eccleſiaſticarum rerum dominationem, vel diſpenſationem arripere non præſumant, nec aliquem in clericorum gradu conſlitutum judicare, aut vexare conentur, niſi ab Epiſcopis, ad quos, ut jam ſupra dictum eſt, pertinent, pro aliqua utilitate invitentur &c.* ait in fine libri ſecundi.

Jesu Chr. an. 960.

pag. 347.

5. Interea Berengarius Italiæ Rex invisam Epiſcopis ſuam tyrannidem eſſe prænoſcens, ut in officio eos contineret, obſides ſibi fidelitatis eorum promiſſores dari petierat, quod an licitum eſſet, Attonem, utpote juris canonici peritiſſimum conſulendum duxerunt comprovinciales Epiſcopi, iiſque reſpondens Atto, fidem quidem Regi datam ſervandam eſſe tradit. At obſides fidei datæ fidejuſſores dandos eſſe negavit, cum id ab Eccleſiæ moribus alienum eſſet. Inter cetera, *Multos audivimus, & vidimus poſt datos obſides, irritam feciſſe ſponſionem, quoſdam vero etiam abſque obſidibus uſque ad mortem fidem ſervaſſe, verumtamen ſi talis expetenda eſt obligatio a ſtolidis & perverſis, dumque non curantibus tantummodo exigenda eſt . . . cavendum eſt ergo hoc omnibus chriſtianis, ſed Pontificibus nullo modo æſtimo præſumendum*. Quæ ſane hoc tempore contigiſſe probabile eſt, cum adverſus Berengarium Epiſcopi quoque cum Romano Pontifice conjuncti, Ottonis Germaniæ Regis auxilium implorarunt, quibus tamen Atto nequaquam conſenſit, qui fidem datam ſervandam eſſe eadem epiſtola docet, ut ibidem videre eſt.

Atto Vercell. Episc. obſides Regi dari prohibet.

Tom. 2. pag. 309.

6. De tanto viro qui Italiam noſtram, & Vercellenſem Eccleſiam hac ætate illuſtravit, nunc pauca dicamus, quem peregrinum quodammodo in Italia ſe fuiſſe teſtatur, in fine expoſitionis epiſtolarum S. Pauli, at ex qua gente in Italiam advenerit, incertum eſt. Gallum tamen fuiſſe tradunt auctores hiſtoriæ litterariæ Galliæ, ac plures hac ætate ſub Lothario, & Ugone, Gallos in Italia Epiſcopos fuiſſe ſupra adnotavimus, ſicuti translato in Germaniæ Principes cum Romano Imperio Italiæ Regno, Germanos ut plurimum Italiæ Epiſcopos fuiſſe infra videbimus. Vercellenſem ſedem anno 924: obtinuiſſe Attonem, ac Rangiberto ſucceſſiſſe

De Attonis patria, geſtis, & ſtudiis.

Tom. 6. pag. 281.

pag. 6.

Jesu Chr. an. 960. ſiſſe probat, operum Attonis editor, quam uſque ad annum 960. tenuiſſe nonnulli tradiderunt, *Nobis tamen*, ait auctor, *hoc unum conſtat, Ingonem proximum Attonis in Epiſcopatu ſucceſſorem, anno 964. eccleſiæ noſtræ jam præfuiſſe.* Nam eodem anno ſynodum Vercellis Ingo celebravit, cujus ibidem fragmentum ſupracitatus auctor refert, ac anno 935. placito Papiæ ab Hugone Italiæ Rege celebrato, cum Raterio Eporedienſi Epiſc. interfuiſſe Attonem ex eodem placito conſtat, ac etiam Regii Archicancellarii titulo, & officio ab Hugone, & Lothario exornatum fuiſſe, ex charta quadam donationis ab iiſdem Regibus Aſtenſibus Epiſcopis facta colligitur, qua hæc leguntur, *Liſprandus cancellarius ad vicem, Attonis Epiſcopi, & Archicancellarii recognovit*. Is vero non ſolum Vercellenſem Eccleſiam qua potuit ſollicitudine, dum vixit, adminiſtravit, ſed etiam liberalitate ſua ditavit, cum etenim ob frequentes barbarorum incurſiones, ejuſdem Eccleſiæ redditus eouſque imminuti eſſent, ut canonicis in ea inſervientibus vix ſufficerent, ipſe Atto dum viveret, Curtem, ſive poſſeſſionem ſibi ab Regibus Hugone, & Lothario donatam pro canonicorum ſuſtentatione donavit, anno 945. *Pontificatus noſtri anno* 21. *Indict.* 6. *actum Vercellis, Atto gratia Dei Epiſcopus a me facto ſubſcripſi*, deinde Regii notarii &c. Ab Hugone etiam & Lothario Regibus obtinuit, ut alvei fluminum Sicidi, & Sarui Vercellenſibus canonicis, pro eorumdem ſuſtentatione adtribuerentur, cujus donationis actum idem recitat auctor pag. 16. ac tandem teſtamentum dum adhuc valeret anno Regni Lotharii octavo, Chriſti 948. Mediolanenſi eccleſiæ, ejuſque Presbyteris, & Diaconibus Cardinalibus, nec non Sacerdotibus Decumanorum, Valles Bellenicas, & Lebentinas, poſt fratris ſui Ausberti obitum, reliquit, eidemque donationi poſt Attonem frater ejus Ausbertus ſubſcripſit, deinde Regis judices, & notarii, ut ibidem videre eſt pag. 19.

pag. 20. — *Murat. antiq. Ital. diſſert.* 31. — *Apud Ughell.* — Attonis donatio, & teſtamentum. — *pag.* 15.

De Attonis ſcriptis. 7. Attonis ſcripta, quotquot invenire potuit, ex Codice Vaticano Joannes Bona congregationis reformatæ S. Bernardi, poſtea S. R. E. Cardinalis edidit, ab Dacherio tomo octavo ſpicilegii ſui inſerta fuerant, quæ cum ex Codicis vetuſtate mendis, & lacunis abundarent, eadem ex Vercellenſi Codice emendari poſſe ſperaverat Joannes Mabillonius, id tamen obtinere non potuit. At tandem eruditorum vo-

Mabill. Itin. Ital. pag. 10.

votis pleniſſime ſatisfecit, ejuſdem eccleſiæ tunc canonicus Carolus Burontius del Signore, Aquenſis poſtea Epiſcopus, qui anno 1768. Vercellis operum Attonis integram editionem vulgavit, præfationibus notiſque illuſtravit, ex his perpetuum in omnes D. Pauli eqiſtolas commentarium extat, deinde capitulare ad Presbyteros ſuæ diœceſis inſcriptum, cui hanc præfatiunculam appoſuit. *Obſecro vos fratres dilectiſſimi, ut erga ſubditorum plebium profectum, & emendationem vigilantiſſima cura laboretis, quatenus illis viam ſalutis oſtendentes, & eos verbis, & exemplis inſtruentes, & vos de eorum profectu, & nos de veſtro, D. N. J. Chriſto auxiliante, fructuoſos illi manipulos reportemus. Obſecro etiam fraternitatem veſtram, ut hæc capitula, quæ ad emendationem vitæ breviter digeſſi, aſſidue legatis, & memoriæ commendetis, & eorum ſive ceterarum ſanctarum ſcripturarum lectione mores componatis, vitam emendetis, & cum ſubditis plebibus, opitulante Domino, ad Regna cæleſtia pergere certetis &c.* Ac capitibus centum conſtat, quorum ultimo de catholica doctrina tenenda eoſdem admonet, ac librotum indicem, quibus uti poterant, inſeruit, ſicuti & aliorum a quibus abſtinere debebant. Attonis epiſtolæ poſtea ſequuntur, quarum prima Azoni Epiſcopo inſcripta, de ſpirituali cognatione, & impedimento ex ea ad matrimonium inter commatres, & compatres ineundum agit. Secunda Epiſtola ad Attonem data eſt ab Gunzone Novarienſis Eccleſiæ Diacono, qua ſe litteris Attonis tardius reſpondiſſe teſtatur, ac de eadem ſpiritnali cognatione agitur, Tertia epiſtola ad eumdem Attonem data eſt ab Ambroſio Mediolanenſi Presbytero, idemque de ſpirituali cognatione argumentum tractat; ex quibus patet, Attonem de eadem quæſtione, quæ tunc agitabatur, finitimarum Eccleſiarum viros doctos conſuluiſſe. Sequens Attonis epiſtola ad eumdem Ambroſium Presbyterum data eſt, eaque Ambroſii quæſtioni reſpondet. Quid ſcilicet in canonibus ſignificaret Præsbyteræ, aut Diaconiſſæ nomen, ac Presbyteras mulieres fuiſſe, quæ in Eccleſiis in adminiſtratione ſacramenti baptiſmatis feminis inſerviebant, ſicut Diaconiſſæ eidem Eccleſiarum ſervitio addictæ fuerant, vel etiam uxores Presbyterorum, & diaconorum, quæ poſt mariti ordinationem in continentia vivebant. Epiſtola altera gravioribus verbis, acrique admonitio-

Attonis exhortatio ad Presbyteros ſuæ Diœceſis.

De epiſtolis Attonis, vel ad eum datis.

nitione Presbyteros ſuæ Diœceſis admonet, ut ab fornicationibus caverent. Indignam, ac turpem converſationem eorum arguens, qui *Obſcenas meretriculas ſua ſimul in domo ſecum habitare, una cibum ſumere, ac publice degere permittant, quarum illecebroſa adulatione illecti, ſuæ domui, cunctæque familiæ, ac ſuppellectili eas præeſſe dijudicant, ſuumque poſt obitum ſcortum hæredem conſtituunt &c.* Et poſt plurima in tantæ fœditatis deteſtationem, eorum proterviam arguit, qui ut debitam pœnam vitarent, ad ſecularium potectionem confugiebant, impunitatemque criminum temeritate ſua obtinebant. *Hiſque freti auxiliis eccleſiaſticam regulam parvipendunt, atque ad dominorum imperium: quolibet loco, vel tempore Miſſas canere, baptiſmata celebrare, adligatos abſolvere, ſolutos adligare contra jus canonicum ſine aliqua diſcretione præſumunt &c.* Quare poſt plurima iterum. *Cuſtodite vos fratres*, inquit, *a contubernio mulierum, ne membra Chriſti, membra faciatis meretricum &c.* Epiſtola ulti, ma ad Epiſcopos Italiæ data, eorum conſultationi reſpondet, qua rogatus fuerat, num ob exortas Berengario Italiæ Regi de Epiſcopis ſuſpiciones, obſides eidem, ſicuti poſtulaverat, dari deberent, quod fieri non poſſe Atto dixit, uti ſupra jam adnotavimus. Sequuntur ſermones aliquot ab Attone in die Aſcenſionis Domini, in Natali Beati Euſebii martyris recitati, in quibus eos arguit, qui maleficiis inſerviunt, aut ſydera obſervabant, & ſuperſtitioſo cultu proſequebantur, vel eos, qui falſos Prophetas venturos dicunt, aut qui feria ſexta, jejunio, aut abſtinentia conſecrata, luſibus, aut convivis vacabant. Alia epiſtola Presbyteros ſuæ diœce-
Epiſt. 13. ſis iterum admonet, ut ab mulierum conſortio, & fornicationibus abſtineant. Præ ceteris vero notatu digna eſt ejuſdem Attonis epiſtola Valdoni Epiſcopo hoc tempore data, qua cum Epiſcoporum plurimi fidem Berengario datam violantes, ad Ottonem Germaniæ Regem confugiſſent, Valdonem Atto admonet. ut in Regis fidelitatem rediret. *Quapropter*, poſt plurima ſubdit, *Reverendiſſime Domine, hæc, & hujuſmodi conſiderantes, ad gratiam Sereniſſimi Regis, & domini noſtri reverti non dedignemini, recolentes qualem ei fidelitatem jurejurando polliciti eſtis &c.* Operum Attonis ſeriem claudit liber de preſſuris eccleſiæ, quo eccleſiaſticam diſci-

diſciplinam ſua ætate, eccleſiæque auctoritatem ſpretam fuiſſe deplorat, uti jam ſupra adnotavimus.

Jesu Chr. an. 960.

Dunstanus ex Londinenſi eccleſia in Cantuarienſem tranſlatus.

8. Interea Dunſtanus Virgonienſis primum Epiſcopus, deinde Londinenſis, ut anno proximo diximus, in Cantuarienſem eccleſiam, ut toti Britanniæ præeſſet, hoc anno tranſlatus eſt, ut paſſim Anglici ſcriptores tradunt. Odone etenim Cantuarienſi Epiſcopo anno 958. e vivis ſublato, Elphinus quidam malis artibus eam ſedem invaſerat, at repente e vivis ereptus in Alpinis montibus, dum Romam ad petendum pallium pergeret, Bithelmus, ſeu Bethelmus Cantuarienſis Epiſcopus ordinatus, atque ex Dorſetenſi ſede tranſlatus fuerat, at is utpote tanto oneri ferrendo impar, paulopoſt inde recedens, ad priſtinam redierat eccleſiam, ut anno 958. diximus. In eam itaque ſedem translatus, totius Britanniæ Primas electus, *Anno* 960., ait Hovedenus, *Dunſtanus ad Romuleam urbem profectus indictione tertia pallium a Joanne Papa ſuſcepit, ſicque per pacis itinera ad patriam remeavit*. Quo cum ſinceræ dilectionis affectu ab Joanne Pontifice exceptus fuerit, narrat Osbertus in ejus vita. *Ac ſtola ſui Apoſtolatus*, ſeu pallio, *pro quo venerat, decentiſſime decoravit, ſicque delegata ei legatione Apoſtolicæ ſedis, genti Anglorum paſtorem, ac ſalutis eorum proviſorem deſtinavit*.

Joannis Papæ epist. ad Dunſtanum Cantuar. Episc.

Concil. Labb. tom. 9. pag. 642. Mabill. acta Ord. Bened. seculo 5.

9. Joannis Papæ epiſtola, qua pallium Dunſtano conceſſit, mutilam paſſim exhibent conciliorum editores, & Malesburienſis de geſtis Pontificum lib. 1. pag. 212., integram tamen recitat Mabillonius in notis ad vitam Dunſtani, hiſque verbis clauditur. *Et hoc ſcriptum eſt per manum Leonis ſcriniarii ſedis Apoſtolicæ in menſe Octobri Indict. 4. die primo*, apud Mabillonium, *XII. Kal. Octob. anno XII. Joannis ſummi Pontificis*. Dunſtanus vero Cantuarienſis Epiſcopus electus, pallioque ornatus, Regem adiit, ſubdit Ovedenus, ab eoque petiit. *Ut religioſum, mitem, humilemque monachum ſui prædeceſſoris Odonis fratuelem, beatum Oſuvaldum, quem in timore divino, ſanctiſque operibus veriſſime probaverat excreviſſe, promoveret ad Pontificale decus Virgonienſis eccleſiæ. Annuit Rex Edgarus, quod ſanctus petebat Dunſtanus, & ab ipſo inthronizatus eſt ad ſummum Sacerdotium Beatus Oſvvaldus*. Is porro Oſvvaldus natione Anglus, ac Odonis Cantuarienſis Epiſcopi nepos, in Flo-

Osvvaldus Virgonienſis Episcop. ordinatur.

Jesu Chr. an. 961. Floriacenſi monaſterio in Galliis ſub Viſaldo Abbate aliquandiu fuerat, in Angliam ab Odone, dum viveret, revocatus, eoque defuncto, Epiſcopus Virgonienſis ordinatus, monaſticam vitam in ſua Eccleſia, ejectis inde clericis, introduxit. *Sedem Epiſcopalem*, ait Malesburienſis de Regibus lib. 2. cap. 8. *Virgoniæ, clericis non vi expulſis, ſed arte ſancta circumventis, replevit monachis regularibus*. De quibus plura in ejus vita apud Mabillonium, ſeculo 5. vel Bollandum die 29. Febr. Oſvaldi geſta diplomate ſuo Rex Edgarus confirmavit, præfatus ante ſuum principatum monaſteria tam monachorum, quam virginum deſtructa jacuiſſe, quæ ipſe denuo excitare decreverat. *Jamque cooperantibus ſibi fidelibus fautoribus ſuis Dunſtano ſcilicet, Ethelvoldo*, Vintonienſi Epiſcopo, qui clericos ſuæ Eccleſiæ monachis locum cedere coegerat, *& Oſvvaldo Epiſcopis, quadraginta, et ſeptem monaſteria utriuſque ſexus reſtituiſſe, et uſque ad quinquaginta ſi vita ſuppeteret extendere decreviſſe. Actum anno* Dominicæ Incarnationis 964.

Candianus4. Dux Venetiarum Chriſtianos infidelibus vendere prohibet. ApudMurat. tom. 12. rer. Ital. p. 206.

10. Hoc tempore Petrus Candianus quartus Venetiarum Dux *Cum Bono Patriarcha Venetiarum, Petro Epiſcopo Olivenſe, Joanne Epiſcopo Torcellano, et ceteris Epiſcopis, clero, et populo Veneto, decretum ab Urſone Duce conditum renovantes ſanxere, inhibentes commercium de mancipiis chriſtianis*, ne ſcilicet cum chriſtianæ religionis ignominia, & periculo infidelibus Saracenis venderentur, *et delationem epiſtolarum, quæ ab Italicis ſeu Alemannis mitterentur Græcis, vel eorum Imperatori infligentes contrafacientibus pœnam ſpiritualem, et temporalem*, ait Dandulus in chronico.

JESU CHRISTI an. 961. Joannis XII. Papæ an. 6. Romani Imp. 3.

Otto Rex filium ſuum Ottonem Germaniæ Regem declarat.

1. Hoc anno Otto Germaniæ Rex, Joannis Papæ, aliorumque Principum legationibus vocatus, antequam Italiam cum exercitu ingrederetur, Procerum conventum Vormatiæ habuit, Ottonem filium ſeptennem, omnium ordinum conſenſu Germaniæ Regem dixit, quem Villelmo Archiepiſcopo Moguntino, *ad tuendum, & nutriendum commiſit*, ait Reginonis continuator: *Sicque per*

per Bavariam, *& Tridentum in Italiam ſe admiſit : ubi omnes pene Italiæ Comites , & Epiſcopos obvios habuit , & ut decuit ab eis honorifice ſuſceptus , poteſtative , & abſque ulla reſiſtentia Papiam intravit , & Palatium a Berengario deſtructum reædificare præcepit . Berengarius vero , & Villa* (uxor ejus) *filiique eorum , quibus poterant munitionibus , aut caſtellis includebantur , & nuſquam forinſecus contra Regem quid audentes progrediebantur* ; Obviam quidem ad Cluſas Tridentinæ vallis Adalbertum Berengarii filium , Ottoni occurriſſe narrat Anonymus Salernitanus : *Quatenus cum Ottone certamen iniret , feruntque plurimi , ut ſexaginta millia pugnatorum , cum Rege Adalberto fuiſſent* ; re tamen infecta, inde diſceſſit , nam ut idem ſubdit auctor , Italiæ Primores , ſe ultra Berengario ſubeſſe nolle aperte dixerunt , unumque fore remedium , ſi Berengarius in Adalbertum Regnum transferret , at conditione , Villæ uxoris inſtinctu , a Berengario rejecta, Italiæ Comites Adalberto relicto , ad ſua redierunt , liberumque iter Ottoni reliquerunt , qui in Italiam ingreſſus , anno proximo Romam uſque profectus , Imperii coronam ab Joanne Papa accepit: *Qui tanto Berengarium , atque Adalbertum celerius Regno expulit , quanto evidentius conſtat , quod commilitones Petrum , & Paulum ſanctiſſimos Apoſtolos habuit* , ait Luitprandus , lib. 6. cap. 6.

Jesu Chr. an. 961.

apud Murat. rer. Ital. to. 2. part. 1. pag. 299.

Otto nullo reſiſtente Italiam occupat.

2. Cum per annos 140. circiter Creta insula ſub Saracenorum jugo fuiſſet ab anno ſcilicet 823. ad labentem , hoc anno Romanus Imperator eamdem Nicephori Phocæ opera Græcorum Imperio vindicavit : diutinam obſtinatamque obſidionem , mutuaſque datas , & acceptas clades Leo Diaconus deſcribit , cui ceteri ſcriptores Græci conſentiunt , Lupus Protoſpata , Curopalates , Cedrenus , & Theophanis continuator hujus ætatis ſcriptor , qui in hujus obſidionis narratione deſinit , cum itaque inſulam , urbemque Principem Nicephorus tandem occupaſſet , & maxima civium ſtrage facta , diripuiſſet , Conſtantinopolim triumphans rediit , ut pluribus idem Leo Diaconus narrat , cujus hiſtoriæ ſummam hoc anno refert Pagius not. 2. 3. 4. Nicephori vero , laudes, totiuſque rei geſtæ ſeriem verſibus ſuis , in quinque Anacreoses diſtributis celebravit Theodoſius Diaconus , ab Petro, & Nicolao Fogginis , patruo , & nepote iterum Romæ editus

Creta a Nicephoro Phoca a Saracenis vindicatur.

pag. 297. & seq.

JESU CHR. AN. 961.

tus anno 1777. ad Mſs. Codices auctus, & emendatus, ac cum Georgio Piſida, & Corippo uno volumine ad hiſtoriam Bizantinam vulgatus, ut ibidem videre eſt.

Niconis Armeni Apoſtolatus in Creta.

3. Adnotare etiam juvabit Niconis monachi Armeni egregiam tunc in converſione Cretenſium navatam operam, qui Cretenſium ea de cauſa dictus eſt Apoſtolus; nam cum in Saracenorum poteſtate eadem inſula, ultra ſeculum fuiſſet, Chriſtiana ibidem fides, ſive Cretenſium inſtabilitate, quos etiam Apoſtolus Paulus ſua ætate arguebat.

ad Titum I.

Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

Surius Martyr. Rom. 16. Novemb.

ſive Saracenorum tyrannide, pene defecerat, at ubi a chriſtianis recuperata eſt, *Ad ejus culturam idem Niceon ab Oriente evocatus a Deo mittitur*, ait auctor vitæ ejus. *Illuc etenim divino quodam nutu vocabatur. Etenim ſimulatque Inſulam ingreſſus eſt ab Agarenorum jugo nuperrime liberatam, Romanoque Imperio per Nicephorum reſtitutam*, cum eam Agarenorum fœditatibus repletam inveniſſet, ſolemne illud ſuum dictum, quod ubique repetebat inclamare cœpit, ſcilicet *Pœnitentiam agite &c.* At Cretenſes nihilo ea prædicatione meliores effecti ſunt, quin furore in eum incenſi, manus ei inferre cogitabant; quare vir Dei, mutato conſilio, blandis eoſdem verbis admonere cœpit, unde factum eſt, ut paulatim depoſita feritate, & virum ſanctum habere cœperint, *& tamquam Apoſtolum a Deo miſſum habuerunt, totamque inſulam ejus fama compleverunt. Confluebant ad eum univerſi, & ſicut Deo, illi adhærebant, ita ut vim legis, quidquid præceperat, obtineret. Quare cum ſecuro jam animo ad ſolitam prædicationem rediiſſet: ad baptiſmum omnes, veræque Fidei diſciplinam perpulit. Tum errore omni e medio ſublato, Eccleſiis per totam inſulam ædificatis, ſacerdotibus, Diaconis, æditniſque deſignatis, reliquis etiam ritibus, & cæremoniis apte diſtributis, vivendi legibus deſcriptis, omnibus denique quæ in animo erant, ne quem Cretenſium boni expertem relinqueret, ordine conſtitutis, Gortyna diſceſſit*; his addit auctor virum ſanctum a Photina martyre excitatum fuiſse, ut in ea insula Templum ſibi ædificaret, quod biennii ſpatio perfectum fuit: *Omnibuſque poſt hæc valere juſſis, navigium conſcendit, ac ſecundo curſu,*

Digitized by Google

turſu, profectus Epidaurum, quod Damalam incolæ cognominant, die quinto pervenit, &c. ſicque Inſula Creta chriſtianorum ditioni uſque ad annum 1645. perſeveravit, quo eam Venetis Turcæ eripuerunt, retinentque adhuc ſub ſua poteſtate. JESU CHR. AN. 962.

4. Dum Cretam obſideret Nicephorus Leo, Phocas ejus frater, magiſterii dignitate ornatus in Aſiam ad Saracenos comprimendos ab Romano Imperatore miſſus eſt, qui pari felicitate in eos pugnans, inſignes ex eis victorias retulit, ut idem Leo Diaconus pluribus narrat, ac Conſtantinopolim cum ingenti præda, & captivorum copia reverſus, ibidem maximo cum plauſu triumphavit, ut ibidem, aut apud Pagium videre eſt. Saraceni in Aſia a Leone Phoca victi. *Pagi not. 6. 7.*

5. At dum in Oriente adverſam hoc tempore Saraceni fortunam experiebantur, in Occidente, in Hiſpania ſcilicet, & Sicilia res eorum augebantur, nam Abderamus, qui in Hiſpania Caliphatum gerebat: *Per viginti annorum ſpatium a bellis, & exercitibus non ceſſavit, donec totam terram ſub ſuo dominio complanavit, & omnes ei unanimiter ſubfuerunt*, ait Rodericus in hiſtoria Arabum cap. 30., ac addit, eumdem Regni quinquageſimo anno, Arabum 350., obiiſſe. *Qui invenit terram a patre ſuo pacifice complanatam, nec neceſſe habuit bellis, vel exercitibus exerceri &c.* Eadem fere proſperitate Africani Arabes, qui Siciliam invaſerant, uſi ſunt, nam continuis præliis fatigati Siculi, Inſulæ potiorem partem iis tandem ceſſerunt, ac ut narrat auctor chronici Siculi Arabici hoc anno Aſſanus: *Optimates Siculorum* in Africam ductos, *Inſtituit eos in religione Amir,* ſeu Mahumetana, &c.. *qui res earum auxit, & beneficit eis &c.* ideſt infantes, & juvenes optimatum Siciliæ in Africam ductos a chriſtiana religione blanditiis, beneficiiſque apoſtatas fecit. At de his hactenus. Saracenorum res in Hiſpania, & Sicilia proſperæ. *apud Murat. rer. Ital. t. 1. part. 2.*

JESU CHRISTI ANNUS 962. JOANNIS XII. PAPÆ AN. 7. ROMANI IMP. AN. 4. OTTONIS IMP. AN. 1.

1. Compoſitis in Italia, ſeu Longobardia rebus. *Otto Rex Romam pacifice adiit, & amabiliter exceptus, atque honore illic Imperiali ſublimatus eſt*, ait Flodoardus in chronico ad hunc annum, paucis verbis multa complectens. Otto Imperator Romæ a Joanne Papa coronatur.

Re

JESU CHR. AN. 962.

Reginonis vero continuator eadem narrans, addit: *Eodem anno* 962. *Rex* (Otto ſcilicet) *Natalem Domini celebravit*, Papiæ, *indeque progrediens*, *Romæ favorabiliter ſuſceptus acclamatione totius Romani Populi*, *&* *Cleri*, *ab Apoſtolico Joanne filio Alberici Imperator*, *&* *Auguſtus vocatur*, *&* *ordinatur*. *Papa quoque multa illum ſecum charitate detinuit*, *&* *diebus vitæ ſuæ nunquam ab eo ſe defecturum promiſit*. Hæc ibi, reliqua poſtea. Addit his Luitprandus, qui præſens iisdem eſſe poterat, reſtituta fuiſſe omnia ab Ottone, quæ eſſent Romanæ Eccleſiæ per tyrannos ablata, aliaque addita munera. Ait enim de Ottone cum in Italiam venit. *Quod cuique proprium fuit*, *reſtituit*: *dehinc Romam ſimilia facturus adiit*, *ubi miro ornatu miroque apparatu ſuſceptus*, *ab eodem ſummo Pontifice*, *&* *univerſali Papa Joanne unctionem ſuſcepit Imperii*. *Cui non ſolum propria reſtituit*, *verum etiam ingentibus gemmarum auri*, *&* *argenti muneribus ipſum honoravit*. *Jusjurandum vero ab eodem Papa Joanne ſupra pretioſiſſimum corpus Petri*, *atque omnibus civitatis proceribus*, *ſe nunquam Berengario*, *atque Adalberto auxiliaturum*, *accepit*. *Poſt hæc in patriam properanter repedavit*, ſeu potius Papiam rediit. Coronationis diem adnotavit Epidamnus in Annalibus, dum ait. *Ipſe*, ideſt Otto, *a Papa Octaviano*, *benedicitur in Purificatione Sanctæ Mariæ*, *die Dominico*, ac Papiam reverſus, *Paſcua Dominicum celebravit*, ait Reginonis continuator.

Ottonis diploma, & juramentum Rom. Pontifici exhibitum.

2. Imperiali autem corona auctus Otto, non ſolum ingentibus muneribus, ex gemmis, auro, & argento Romanam Eccleſiam ditavit, ſed quod biennio ante juramento promiſerat, ſe ſcilicet Romanæ Eccleſiæ defenſorem futurum, ac quæcumque olim ab Pippino, Carolo Magno, & Ludovico Romanæ Eccleſiæ donata fuerant, confirmaturum, ampliſſimo diplomate dato, ac jurejurando firmato, confirfirmavit. Inſigne Romanæ Eccleſiæ monumentum, quo præter Romanum Ducatum, in quamplurimas Italiæ provincias antiqua ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſio probatur, ex Vaticana bibliotheca integrum Baronius Annalibus ſuis hoc anno inſeruit, idemque cum autographo, quod in archivio caſtri S. Angeli adſervatur, collatum cum variantibus lectionibus, notiſque illuſtratum Codici Carolino inſeruit Cennius, eique longiorem prefixit diſſertationem, qua Golſtatii, Lunigii,

[1] *Cenn. Cod. Carol. to. 2. pag.* 134. *& ſeq.*

gii, aliorumque conjecturas, quibus idem diploma in dubium vocare conati ſunt, refellit, & quouſque Romanæ Eccleſiæ in varias Italiæ provincias Dominium extenderetur, demonſtrat, ut plura iis addere ſuperfluum ſit, cum præſertim idem argumentum poſt Cennium alii eruditiſſimi viri pertractaverint; Urſius præceteris, & Blanchus adverſus hiſtoriam Janonis, ut alios prætereamus.

De libera electione Roman. Pontificis.

3. Itaque poſt loca, & oppida recenſita, quæ ex præcedentium Imperatorum munificentia, & donatione Romana Eccleſia obtinuerat, eademque confirmata, alia de Regno ſuo etiam addidit, ideſt *Reatem*, *Amiternum*, *Furconem*, *Nurſiam*, Balvam, & Marſim, & *alibi civitatem Interamnem cum pertinentiis ſuis*. *Salva* tamen, ut ait, *in Ducatu Thuſcano, & Spolitano in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem, per hoc noſtræ confirmationis, & filii noſtri ſubjectione, &c.*, unde ſupremum iis in Ducatibus dominium ſibi reſervaſſe Ottonem adnotat Cennius, in ceteris vero provinciis Romani Ducatus, vel Exarchatus Ravennæ, aliiſque, addit. *Salva in omnibus poteſtate noſtra, & filii, poſterorumque noſtrorum, ſecundum quod in pacto, & conſtitutione, ac promiſſionis firmitate Eugenii Pontificis, ſucceſſorumque illius continetur &c.*, & ut Romani Pontificis electio libera eſset, effecit, ac juſſit, ita ut a Clero, populoque Romano electus, libere, nulla confirmatione expectata, vel conſenſu Imperatoris conſecraretur. *Priuſquam talem in præſentia miſsorum noſtrorum, vel filii noſtri, ſive univerſæ generalitatis faciat promiſsionem pro omnium ſatisfactione, atque futura conſervatione, qualem Domnus, & venerandus ſpiritualis Pater noſter Leo*, quartus ſcilicet, ut ait Pagius *ſponte feciſſe dignoſcitur*, atque hæc de inſigni Ottonis Imp. diplomate, deque Romæ ab eo geſtis ſatis ſint, nam ut ad hunc annum adnotat Muratorius cetera, quæ ab auctore chronici Reiſchergenſis, Theodorico Niemo, Goldato, aliiſque Germaniæ ſcriptoribus ſunt prodita, impoſturæ ſequentium ſeculorum ſunt, confutatione nequidem dignæ, ait Annaliſta Italiæ, quare Ottonis in Italia geſta proſequimur.

Otto Imp. Villam Berengarii uxorem liberam dimittit.

4. Itaque Papiam Otto reverſus, ubi Paſchatis feſtum celebravit, ut apud Reginonem legitur. *Berengarius in quodam monte, qui dicitur, Ad Sanctum Leonem* (eſt in Umbria locus, tamquam Ulyſſis Ithaca, ut nidus in vertice mon-

JESU CHR. AN. 962. montis altiſſimi undequaque prærupti poſitus) *plurimis undique ſecum copiis ad ſe tractis ſe munivit. Et Vvilla in lacu majori, ſeu potius Hortæ in quadam inſula, quæ dicitur Ad Sanctum Julium, ſe incluſit, filii vero Adalbertus, & Guido huc illucque incerti vagabantur, quaſdam tamen munitiones cum ſuis ſequacibus adhuc poſſidebant, hoc eſt, Grad Caſtellum, & Travalium, & inſulam in lacu Comano. Tunc Vvilla in primis hoſtiliter aditur, & redempto omni de lacu exitu, quotidianis fundibulariorum, & ſagittariorum, aliorumque belli inſtrumentorum impugnationibus fatigatur, & non plenis duobus menſibus obſeſſa capitur, & ad ultimum clementia Imperatoris dimiſſa, quo vellet, ire permittitur: quæ quanta potuit celeritate Berengarium adiit, & ne ſe Imperatori dederet, omnibus modis perſuaſit*. Hæc ibi: relliqua anno ſequenti.

Otto Imp. Inſulam S. Julii Novar. eccleſiæ reſtituit. *apud Ughell. & Murat.*

5. Recuperatam vero inſulam S. Julii, in qua Villa Berengarii uxor ſe receperat, Novarienſi Eccleſiæ, ab Berengario ereptam, reſtituit, ut in diplomate tunc dato legitur. *Quarto Kalend. Auguſti, Anno Domini Incarnat.* 962. *anno Imperii primo, Indictione quinta. Actum in villa, quæ dicitur Horta prope lacum ejuſdem S. Julii*, ſub fine vero Septembris cum Papiæ eſſet, *Intuitu amantiſſimæ noſtræ conjugis Adelaidis*, ait Otto in altero diplomate Brunengo Aſtenſi Epiſcopo dato, Eccleſiæ ſuæ privilegia confirmavit: *Actum Papia civitate* octavo Kal. Octob. anno Domini Incarnat. 962. Indict. 6. anno Imperii Sereniſs. Imp. *Ottonis primo*, ac Parmenſi quoque Epiſcopo, Comitatum ejuſdem urbis tribuit, dum Lucæ in Thuſcia eſſet, *tertio idus Martii* hujus anni, ac plura etiam Gualberto Mediolanenſi Epiſcopo, aliiſque hoc anno donaſſe paſſim adnotant Italicarum rerum ſcriptores, nec mirum benevolum, liberalemque Ottonem Imperatorem in eos fuiſſe, qui eidem Italiæ Regnum detulerant.

Ratherius Veron. Epiſc. recuperat. *Dacheri t. 2. pag. 250. 51.*

6. Cum Ottone Rege in Italiam Ratherius rediit, qui Veronenſi Epiſcopatu bis dejectus, & Leodienſi excluſus, ad Joannem duodecimum Pontificem provocaverat, ut Veronenſem Eccleſiam, ab Manaſſe nepotulo ſuo, ut ait, venditam recuperaret, de quibus in epiſtola ſua ad eumdem Pontificem, poſt narratos varios vitæ ſuæ caſus, ſubdit. *Ad pedes Apoſtolatus veſtri me proſterno, & quis e nobis duobus, cum*

una

una Eccleſiæ ſedes duos non admittat Sedentes, Epiſcopus ſit audire cupio. Si ego, Veronenſis ergo, ſi ille, repulſio mea non furtive eſſe debet, ſed publica &c., & poſt aliqua. *Quod ſi talis eſt culpa convenientius videtur, ut degradatus prius careat officio, poſt Epiſcopio, non ne juſte, ſed inimice videatur actum. Ne igitur criminoſus videar criminatus, aut fugax provocatus audientiam rogo, audientiam flagito, invaſoremque Eccleſiæ meæ cum ipſo paſtorum omnium paſtore audaciter furem, & latronem, qui aliunde aſcendit non per oſtium introivit .... Coram Apoſtolatu veſtræ Sedis ad certamen canonicum provoco, eo etiam ſi veſtræ dominationi placet tenore, ut ſive pro me, ſive pro illo lex obtinuerit, Epiſcopium, cui vobis viſum fuerit tribuatis tantum in Domino: præeſſe enim ulterius non concupiſco, ſi prodeſſe ut antea nulli valet.* Huic alteram ad Epiſcopos Italiæ, & Germaniæ epiſtolam addidit, qua etiam Veronenſi Sede per injuriam dejectus, auxilium implorat, at quod ab Romano Pontifice, vel ab Italiæ Epiſcopis impetrare non potuerat, cum in Italiam Otto Rex Germaniæ rediiſset, Ratherius utpote familiariſſimus Romanæ ſynodi, & Joannis Papæ ſententia, ac Regis Ottonis protectione fretus Veronenſem Sedem recuperavit, ut idem in ſynodica epiſtola ad clerum ſuum his verbis narrat. *Iterum eo miſericordia piiſſimi Cæſaris, præcepto Apoſtolici, qui tunc Romanæ præerat Sedi, judicio Epiſcoporum ſynodaliter reſtitutum.*

Ratherius Veronenſis Episc. iterum vexatur.

7. Optata tamen Sede diu frui non licuit, aut quiete, nam ſubdit. Ab eodem invaſore *vobis nòn penitus ignaris, neque eidem contrariis, ut mille non defuerint, qui vos pene omnes, ne dum conſenſiſſe, hoc crediderint machinaſſe, poſtea comprehenſum, pulſum, injuriatum, expoliatum, cuſtodiæ mancipatum. Omnibus vero his, licet tam indiſcuſſis, relictis, quaſi in eis nil inveniri valeret, quod reprehenſi legibus vel leviter poſſet: Miſericordia iterum Creatoris, clementia Imperatoris, ſubventu excellentiſſimæ Ducis ereptum, reductum, a vobis vero tam inhumane receptum, ut non difficile fuerit in vultibus veſtris conjecturari, quam non libenter me videritis reverti, cum & exinde tot me non deſinatis injuriis laceſſere, ut omni me prærogativa ordinis Epiſcopalis adeo, ſecuti ante, ita & poſt non dimittatis privari, ut nihil ex ea mihi relinquatis præter Chriſmatis confectionem, & chriſ-*

Jesu Chr. an. 962. *mandi confectionem, & chriſmandi quidlibet cum ſubſcriptionibus poteſtatem. Adeo quoque de vobis ſim inhonorus, ut omnes Coepiſcopi illuc venturi de Clericis ſuis parere mihi habeant honorati; ego de vobis nec unum ſim habiturus, cum de mea paupertacula non ſim vobis adeo inhumanus, ut militari beneficio habeam, & hoc gratis, Ducem ex vobis ditatos*. Hæc quidem Ratherius, cum biennio poſt cleri ſui indiſciplinatos mores ferre, ejuſque proterviam non valens, ac emendare deſperans, Romam ire ſtatuerat, ad concilium, quod ibidem indictum, & anno 963. adverſus Joannem Papam ab Ottone Imp. congregatum fuit, cui an interfuerit Ratherius ignoratur, cum nomen ejus in Epiſcoporum ſubſcriptionibus non legatur.

8. Romam autem profecturus, ad clerum ſuum in ſynodica epiſtola, de itineris cauſa hæc ajebat: *Noſſe fraternitatem non ignoro, filii, veſtram, me pergere cupere præſentialiter Romam, ſed cujus rei gratia eſſe prorſus ignorans. Non enim orationis cauſa illuc vado &c.* nam ubique Deum exorari poſſe ſubdit, nec Imperatoris juſſu, *cum milites ſolum ut mitterem meos ab eo ſit imperatum*, nec ut quod Deo placeret diſceret. Nam ait: *Non ſolum utique cum Romam vadimus, ſed & ubicumque conſiſtimus, cum Deo namque ambulat ſemper, qui a præceptis ipſius, nuſquam deviando diſcordat &c.* Cur vero Romanum ſuſcipere iter deſtinaverit, hanc rationem reddit. *Concilium tantorum, qui conductu piiſſimi Cæſaris illuc ad Apoſtolicam ſunt Sedem venturi adire diſpono &c.* ut ibidem, quæ hactenus ignoraverat, ediſceret: *Qua ignorantia*, ait, *quo melius exui, quo aptius poſſum quam Romæ doceri, quid enim de eccleſiaſticis dogmatibus alicubi ſcitur, quod Romæ ignoretur. Illic ſummi illi totius Orbis doctores, illic præſtantiores enituerunt univerſalis Eccleſiæ Principes, illic decretalia, Pontificum univerſorum congregatio, examinatio canonum, approbatio recipiendorum, reprobatio ſpernendorum. Poſtremo nuſquam ratum, quod illic irritum, nuſquam irritum, quod illic ratum fuerit viſum? Ubinam ergo melius inſipientiæ, conſulitur meæ, quam ubi fons ſapientiæ cernitur eſſe &c.* de Imperatoris pietate, qui Epiſcopos ad Romanam ſynodum convocaverat, & de Joanne Pontifice, hæc ſubdit. *Sanctiſſimum Papam Dominum utique Joannem Epiſcopum, ſecundum proprietatem ſui vocabuli* gratia

Ratherius Romam ire cogitat.

Digitized by Google

tia Dei *ad idem opus electum*, *Romuleæ quidem urbi Papam inſtituit digniſſimum*, *Orbi univerſo Patrem*, *& proviſorem induſtrium*, *quos convocaturos ſynodum autumo univerſalem*, *concedat Deus Sanctæ ſuæ Eccleſiæ*, *ut expedit*, *utilem*. Deinde; *Adero itaque*, addit, *ſi Deo annuente valuero*, *digitoque compeſcens labellum tanto eos*, *qui aderunt audire curabo humilius*, *quanto mihi neceſſarium conſidero amplius*. *Sapientiſſimos enim tam de iſto Regno* (Italico) *quam & de his*, *qui cum Domino noſtro venerunt ſemper Auguſto* (ex Germania ſcilicet), *illic affuturos cognoſco*, *quorum doceri magiſterio cupio de his ſaltem*, *quæ hic capitulatim congeſta ideo habeo*, *quod plenitudinem eorum in illorum codicibus contineri confido*, *ſunt vero hæc*, *quæ ab omnibus obſervari valerent*, *ſi obedientes Deo exiſtere vellent*, ideſt ſi canones ſervare vellent, de quorum ſpretu a clericis ſuis facto, eorumdemque contumacia plura adnotant. Inter cetera: *Cauſa perditionis totius mihi populi commiſſi*, *commanentes illic ſunt clerici*, eo quod in laicis crimina vindicare non poſſet, quæ impune clerici perpetrabant, quos neque privatim, neque publice, vel ſynodo indicta emendare potuiſse addit, nec ut ſaltem Presbyteri, cui animarum cura commiſſa erat, tria Symbola Apoſtolicum ſcilicet, Nicænum Conſtantinopolitanum, & Athanaſianum memoriter diſcerent, obtinere. Quare poſt plurima: *Tanta ergo interceptus conſilii difficultate*, *conſultores*, ſeu conciliarios, *coactus requirere*, *nuſquam dum nullum inveniam*, *pergere ut dixi ſatago Romam &c.* *pag.* 271.

9. Eamdem cleri ſui, aliarumque etiam Eccleſiarum corruptelam, quæ nullam jam medelam admittebat, deplorat in libro de canonum contemptu Huberto Parmenſi Epiſcopo inſcripto, quo a clero ſuo ſe ſpretum, & injuria expulſum fuiſſe, ac *præter chriſmatis confectionem*, *& chriſmandi poteſtatem*, nil ultra relictum ſibi fuiſſe lamentatur, at unde tantus canonum Eccleſiæ contemptus oriretur, exquirens: *A viliſſimo*, ait, *utique Eccleſiæ ad præſtantiſſimum*, *a ſtultiſſimo uſque ad illum*, *qui ſapientiſſimus affectat vocari*, a laico uſque ad Pontificem *pro nephas ſummum*, *quæ dum gemmundus deplango*, *neque cauſam aliam prorſus invenio &c.* duo præcipue clericorum ſcelera inſectatur, quod ſcilicet armati ad bella procederent, & fornicationibus indulgerent:

Ratherii Veron. Epiſc. de clero ſuo querelæ. *Dacherii* *to.* 2. *p.* 162. 168.

Jesu Chr. an. 962. *Comperi ipſe ejuſdem ordinis duos, unum lorica, alterum amica pro tempore utentem &c.* Cetera vero *de luſu ſeu alea, ebrietate, aucupio atque venatu, ducitur hodie leviſſimum, & quaſi propter fidelitatem ſui ſenioris malit Præsbyter loricatus præliari, quam perjurus vocari &c.* cetera vero quæ ibidem clero Italico, vel Eccleſiis exprobrat, & perſequi inutile longum eſſet. Hoc unum fortaſſe exageravit, dum Italos præceteris gentibus vitioſiores fuiſſe adnotavit.

Ratherius Italorum vitia exponit. 10. *Quærat aliquis*, ait, *cur præ ceteris gentibus baptiſmo renatis, contemptores canonicæ legis, & vilipenſores clericorum ſint magis Italici, hoc fateor cauſa ſuperius eſt relata. Quoniam quidem libidinoſiores eos, & pigmentorum Venerem nutrientium frequentior uſus, & vini continua potatio, & negligentior facit diſciplina doctorum .... Unde affectant Mundo magis*, in victu, & veſtitu *placere, quam Deo*. Hæc ibidem Ratherius Italis inferior, cum ipſe Gallus, origine eſſet, qui ſane Italis vix meliores erant.

De aliis Ratherii operibus. 11. His cenſuram quadraginta capitibus diſtinctam addimus, quam Leodii digeſtam fuiſſe, & vulgatam annuit, cum Leodienſi Sede excedere coactus fuit. *Ne Dei ipſius ore damnatum furem, & latronem*, ait, *furem quia furto abſtulit mihi Sedem, latronem vi & poteſtate, quia publice maledictionem, & lepram, qua eos mortifere decipit, qui putant eum eſſe Epiſcopum &c.*, & in fine. *Quadraginta igitur adverbialibus his quondam, ni me ſupputatio fallit, cum pro Epiſcopo Leodicenſi importuniſſimis ſuaſoribus obſliterim, Ratherius ego, remiſſius ſex & decem illis prioribus pro Veronenſi pravigeris reſpondere &c.* Opuſculo ſequenti cui conjecturæ titulum dedit, quantis calumniis, dum Veronenſem

pag. 199. Sedem teneret, a clero ſuo vexaretur, exponit, de quo contumaces clerici ajebant. *Famulos, quos non audet flagel-*

Veronenſis cleri adverſus Ratherium querelæ. *lare, malos ſervos non ceſſat vocare*, dicit *pro eo quod pauperimus eſt, nolit miniſtrum, vel Cappellanum habere. Mores, lectionem, & cantum carpere clericorum* non ceſsat *in legale conjugium*, clericorum, ſcilicet, *vocat adulterium. Opus ſervile interdicit die Dominica: Naſum ſemper tenet in libro, inde garrire non ceſſat omnino, &c.* hæc, & alia ibidem, contumaces clerici, vel laici, qui Ratherii ſeveritatem ferre non poterant, cum quibus perpetua diſſidia habuit; unde poſt plurima geſtorum ſuorum rationem reddens, aje-

Digitized by Google

ajebat: *Maximam ajunt inter Epiſcopum, & Clericos Veronæ conflatam his diebus diſcordiam &c. Cum illi ſemper conſuetudinem anteceſſorum, Pontificibus ſuis inceſſanter rebellium, ſanctis, & a Deo decretis prætulerint canonibus; Ego ſanctos, & a Deo decretos Canones a Deo inventis præferendos putaverim uſibus &c.* cujus etiam extat Apolegeticus liber alter, cavillatori cuidam inſcripto: Clericis tamen aliquando eum faviſse, ſubſequens ſcriptum indicat, quo narrat, ex Cœnobiolo quodam, ab Hungaris miſerabiliter incenſo, quod Magouzianum dicebatur, falſum Abbatem, qui ſolus pene ibidem remanſerat, ejeciſse, eo quod inter flagitia *uxore nequiret abſtinere*, atque in eo Presbyterum, cum Diacono uno, & Subdiacono, & clericulis aliquot, collocavit, ut miſsam quotidie celebraret, quibus pro victu cujuslibet, certam frumenti, Segalæ, leguminum, & vini menſuram aſſignavit, ut ibidem videre eſt.

Jesu Chr. an. 962. pag. 217.

pag. 238.

12. Opuſculo altero illegitimum cujuſdam matrimonium arguit, qui filio ſuo, quem Eccleſiæ obtulerat, ut inter clericos militaret, uxorem dederat, quod nefas fuiſse dixit, ac in Dominica quadrageſimæ matrimonium celebratum fuiſse addit; epiſtolæ aliquot, vel Sermones de quadrageſima præcipuæ, ad populum habiti etiam extant, at ne in his diutius detineamur, pauca adnotamus, etſi multa ſcitu digna, ad diſciplinam ſeculi decimi dignoſcendam occurrant, in primo de quadrageſima Sermone, in eos invehitur, qui eamdem intra viginti dies coarctabant, quam *vigeſimam*, *deberent potius appellare*, & infra: *Vituperamus, & illorum ridiculoſam nimium ſtultitiam, qui contra conceſſam nona hora diei omnibus ſumendi quidlibet licentiam, uſque ad noctem quotidie jejunant, ut nocte quaſi cum licentia ventrem valeant ingurgitare &c.*

Ratherii ſermones, & epiſtolæ.

pag. 281. 283.

13. Tot itaque tantiſque calumniis exagitatus ſponte, vel coacte Veronenſi tandem Eccleſiæ non multos poſt annos renunciavit, quod ſane poſt annum 967. contigit, nam eo anno Ravennatenſi concilio interfuit, cujus nomen inter Epiſcopos, qui ſubſcripti ibidem leguntur, legitur, atque in Gallias rediens, inquietam ibi quoque vitam duxit, ſtationem ſuam ſæpe mutans, nunc in Amandi, vel Altimontis monaſterio, nunc in Laubienſi, ubi olim monachus fuerat, ac de loco in locum tranſiens Neamurgii apud ejuſdem urbis

Ratherius Veron. Epiſcopatui renuncians, in Galliam rediit, ibique obiit.

Labb. concil. to. 9. p. 676.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 962.

bis Comitem exceptus, ibidem tandem circa annum 974. vivere deſiit, cujus corpus ad Laubienſe monaſterium, ſummo cum honore tumulatum fuit, ejuſdem Epitaphium, ſicut & vitam ejus, & geſta Mabillonius in actis ſui ordinis, & in Annalibus paſſim exhibet, at de Ratherii geſtis, & ſcriptis accuratius ceteris agunt auctores hiſtoriæ litterariæ Galliæ tom. 6. pag. 339. ad 384.

Mabill. act. ord. Bened. tom. 7. Annal. tom. 2. pag. 631.

Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus ordinatur.

14. Cum Ottone Germaniæ Rege hoc, vel proximo anno Luitprandum Ticinenſis Eccleſiæ Diaconum rediiſse, eodemque tempore ejuſdem Ottonis Regis, ſeu Imperatoris juſſu Cremonenſem Epiſcopum ordinatum fuiſſe ſcimus, quem cum ceteris Epiſcopis Ravennatenſi ſynodo anno 967. celebratæ ſubſcripſiſſe legimus, qui natione Italus, & patria Papienſi ortus, ibidem ejuſdem Eccleſiæ Diaconus ordinatus fuerat, cujus pater ad Romanum Græcorum Imperatorem, ab Hugone Italiæ Rege circa annum 927. dum ipſe puerulus eſset, legatus fuit, ut idem Luitprandus narrat, quo munere idem ipſe Luitprandus filius a Berengario miſſus functus eſt ad Conſtantinum Porphyrogenetam, qui etiam tantam apud Berengarium gratiam promeruerat, ut eum *Secretorum conſcium, & epiſtolarum ſignatorem* elegerit, at non multo poſt, Berengario, ejuſque uxori Villæ, eouſque exoſus, ac ſuſpectus Luitprandus evaſit, ut in Germaniam ad Ottonem Regem ſe recipere coactus fuerit, ubi cum eſſet, circa annum 959. hiſtoriam ſuam ſex libris diſtributam abſolvit, ac Raymundo Laberiranæ Eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopo inſcripſit, unde fortaſſe Hiſpanum quoque Luitprandum fuiſſe Bivarius, Tamejas, aliique dixerunt, ut adnotat Caveus in hiſtoria litteraria, quos ſane fabulatores fuiſſe nemo ignorat, ut adnotat Muratorius. Hiſtoriam vero ſcripturus, ut vicem perſecutoribus ſuis Berengario Regi, ejuſque uxori redderet, ſtylum in eos adeo acuit, ut Berengarium non Regem ſed tyrannum diceret, uxorem vero *Jezabel ob tyrannidis immenſitatem, & ob rapinarum inſatietatem, Lamiam* dixerit, ad librum autem tertium Antitoſis dictum de tempore, & loco, quo hæc ſcribebat, adnotat: *Denique quod in captivitate, ſeu peregrinatione libellus hic conſcriptus dicatur, præſens indicat exulatus; Cæptus quippe in Franconovortd, qui eſt viginti milliarii locus a Mogontia diſtans &c.* Cumque Berengario victo, Otto Italiæ Regnum ob-

Luitprandi vitæ ſeries uſque ad Epiſcopatum. *lib. 3. 5. lib. 6. cap. 1. 2. 3.*

Caveus to. 2. pag. 100. Murat. præfat. in hiſt. Luit. rer. Ital. tom. 2. par. 2. pag. 419.

Digitized by Google

obtinuiſſet, in Italiam, ut diximus, cum eo rediens Luitprandus, ex Ticinenſi Diacono Cremonenſis Epiſcopus electus, & ordinatus fuit, de cujus geſtis in Epiſcopatu ſuis locis infra ſermo fiet, ac anno proximo concilio Romano adverſus Joannem Papam congregato adſtitiſſe videbimus, quem in hiſtoria quidem quoad res geſtas fide dignum nemo negabit, cum ſui temporis geſta narraverit, & ut in proemio ad librum quartum adnotat: *Hactenus, quæ dicta ſunt Sacerdos ſanctiſſime, ſicut a graviſſimis, qui ea creverant viris audivi, expoſui. Ceterum, quæ narranda ſunt, ut qui interfuerim explicabo &c.* At in arguendis tum Joannis duodecimi Papæ, cum in Berengarii, uxoriſque ejus Villæ, aliorumque vitiis, vindictæ & iræ indulſiſſe, ac etiam nimiæ credulitatis fuiſſe, non ſemel adnotat Muratorius, quem ideo ſatyras potius, quam hiſtoriam ſcripſiſſe addit.

Jesu Chr. an. 962.

Murat. rer. Ital. tom. 2. p.452. lib.4. cap.1.

15. Interea cum anno proximo obiiſſet Artaldus Remorum Epiſcopus, veteres de ea Sede quæſtiones renovate ſunt, ac Epiſcoporum Provinciæ Remenſis diviſa ſunt ſuffragia, nam Hugo olim Lotharii Regis juſſu, etſi puer quinquennis Remenſis Epiſcopus electus, & ordinatus, eaque Sede non ſemel dejectus, & reſtitutus, eamdem recuperare conabatur. *Quare Synodus ad Matronam*, ut ait Flodoardus, *tredecim Epiſcoporum in pago Meldenſi ſupra Matronam fluvium, ex Remenſi videlicet, ac Senonenſi Præſule*, Archembaldo, *ſatagentibus quibuſdam Epiſcopis, ut Hugoni ſæpedicto redderetur Rhemenſe Epiſcopium. Renitentibus autem præcipuæ Roricond Laudunenſi, & Gibuino Catalaunenſi præſulibus, & aſſerentibus quod a tot Epiſcopis excommunicatus a minori numero abſolvi non poterat. Ita relinquitur uſque ad interrogationem Papæ Romani*. Et inferius eodem anno: *Legatio veniens ab Joanne Papa, inſinuat, præfatum Hugonem tam ab ipſo Papa, quam ab omni Romana Synodo excommunicatum, ſed & ab alia Synodo apud Papiam celebrata. Cujus legationis redditi certiores per Brunonem Archiepiſcopum, elegimus ad Epiſcopium Rhemenſe Odalricum, illuſtrem clericum, Hugonis cujuſdam Comitis filium, favente Lothario Rege, cum Regina matre præfatoque Brunone*. Hæc Flodoardus, eademque fere Hugo Fluviniacenſis in chronico, qui addit eadem in Synodo Vigfridum quemdam Virdunenſem Epiſcopum ordinatum fuiſſe, etſi Berengarius ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus ad-

Artaldi Remens. Episc. obitus, cui Oldericus succedit.

Labb. to. 9. pag. 647.

Synodus ad Matronam in pago Meldenſi.

JESU CHR. AN. 963. adhuc viveret, id tamen abſque Metropolitani conſenſu egiſſe, utpote qui Berengario inimici eſſent, eo quod Berengarius *eorum conſiliis intereſſe nollet, eorumque geſta improbaret*, ait is auctor.

JESU CHRISTI ANNUS 963. JOANNIS XII. PAPÆ AN. 8. OTTONIS IMP. AN. 2. NICEPHORI PHOCÆ IMP. AN. 1.

Otto Berengarium in arce S. Leonis obſidet.

1. Cum Natalem Domini, & Paſchatis feſtum Papiæ hoc anno celebraſſet Otto Imperator, *Adalbertus*, Berengarii filius, Italiæ Rex, *huc illucque diſcurrens*, ait Reginonis continuator, *quoſcumque poterat ſibi undique attraxit; ſed & Corſicam ibi ſe tueri nitens intravit, Romanum etiam Pontificem in ſuum adjutorium ſollicitavit. Dum hæc igitur aguntur, Imperator Otto a Papia movens iter, Berengarium in monte S. Leonis obſedit, totamque ibi æſtatem ſedens, ſæpe montem undique circumdedit, & ne aliquatenus pateret exitus, vel introitus prohibuit*; quo loco diutius conſtitiſſe, indicant diplomata ibidem hoc anno data *in Monte Feretri, apud petram S. Leonis*, a Muratorio edita, quam arcem, una cum Berengario, & Villa uxore anno proximo in ſuam tandem poteſtatem redegit, ut ibidem dicturi ſumus. Dum autem hæc agerentur, ſubdit idem auctor apud Reginonem; *Joannes Papa promiſſiones Imperatori factas oblivioni tradens ab ea deficit, & Berengarii ſeu Adalberti partibus favens, Adalbertum Romam intromittit. Quas doloſitatis ejus fraudes Imperator audiens, relicta circa montem obſidione Romam verſus cum hoſte* (ideſt exercitu) *pergit: cujus ipſi metuentes adventum, plurimum theſaurum S. Petri rapientes, fugæ ſubſidia petunt. Tunc in Roma in plura diviſa, partim Imperatori faventes (multi enim a prædicto Papa injuriis ſe opprimi conquerebantur) partim Apoſtolico blandientes, licet diverſa ſentirent, Imperatorem tamen cum honore debito Urbem intromittunt, ſeque per omnia, datis obſidibus, illius ditioni ſubjungunt. Imperator vero plurimorum Epiſcoporum collecta multitudine Synodum coadunavit, & conſilio eorum miſſa legatione, canonica auctoritate, profugum Apoſtolicum ad ſedem Pontificalem, & Apoſtolicam revocavit. Illo tamen hoc omnibus modis renuente, plebs Roma-*

Joannes Papa adversus Ottonem rebellis, Rom. Sede dejicitur.

mana Leonem Protoſcrinarium virum ſtrenuum, & induſtrium, communi conſenſu in locum ejus elegit, & ordinavit: cui Synodo interfuerunt omnes prope Romani, & Italiæ Epiſcopi: Angelfredus Aquilejenſis Patriarcha, qui nunc temporis etiam obiit. Sed & de noſtratibus interfuerunt Adaldagus Hamburgenſis, *& Henricus*, Trevirenſis, *Archiepiſcopi, Landovardus*, Mindenſis, *& Otgerus*, Spirenſis *Epiſcopi. Poſtea Joannes, qui & Octavianus videns ſe eſſe depoſitum, ſeva pœnitentia ductus, Adalberto disjungitur, Adalbertus vero in Corſicam revertitur*; hæc is auctor paucis verbis totam tragœdiam uſque ad anni proximi exitum complectens, quam fuſiori ſtylo perſequitur Luitprandus, ſive ignotus auctor appendicis ad librum ſextum Luitprandi, nam an hæc Luitprandi ſint, an alterius auctoris, *penitus ignoro*, ait Muratorius, quem ideo a Luitprando Ticinenſis primum eccleſiæ Diacono, poſtea Cremonenſi Epiſcopo alium hunc fuiſſe ejuſdem appendicis auctorem, & Ottoni impenſe addictum conjecturis pluribus, iiſque non ſpernendis conijcit Baronius. De auctore tamen vix ſolliciti ſumus, cum Luitprandus etiam, uti non ſemel cum Muratorio adnotavimus, in exagerandis criminibus ſive credulitate animi, ſive maledicendi cupidine, non ſemel peccavit.

Jesu Chr. an. 963.

Murat. an. 963.

2. Totam itaque tragœdiam is auctor exponens, Adalbertum Berengarii Regis filium in Italia undique profugum, & ad Fraxinetum properantem, ut ſe Saracenorum fidei commendaret, ab Joanne Papa in urbem vocatum, & admiſſum fuiſſe narrat, quæ ut Otto Imperator accepit, nunciis vix credens; nonnullos ex familiaribus ſuis Romam dir309exit: *Quumque idem illo iidem nuncii perveniſſent, hujuſmodi non a quibuslibet, aut paucis*, ab Romanis ſcilicet civibus reſponſa ſuſcipiunt.

Joannes Papa Adalbertum in urbem admittit.

3. *Non diſpar videtur ratio, cur Joannes Papa ſanctiſſimum Imperatorem, ſuum ſcilicet ex Adalberti manibus liberatorem, & Diabolus oderit creatorem. Imperator, quemadmodum re ipſa experti ſumus, ea quæ Dei ſunt, ſapit, operatur, diligit, Eccleſiaſtica & ſecularia negotia armis tutatur, moribus ornat, & legibus emendat: Joannes Papa his omnibus adverſatur. Non clam eſt, quod fatemur. Teſtis eſt Ramera ſui ipſius militis vidua, quam cæco captus igne, multis præfectam urbibus, ſacroſanctis beati Petri donavit au-*

Quæ nuncii de Joannis Papæ criminibus audierint.

JESU CHR. AN. 963.

reis crucibus, atque calicibus. Teſtis eſt Stephana ejus amica, quæ in effuſione ejus quem ex eo conceperat recens hominem e vita exivit. Quod ſi cuncta taceant, Lateranenſe palatium, Sanctorum quondam hoſpitium, nunc proſtibulum meretricum, non ſilebit amicam conjugem Stephanæ patris concubinæ ſororem. Teſtis omnium gentium præterquam Romanorum, abſentia mulierum, quæ ſanctorum Apoſtolorum limina orandi gratia timent viſere; cum nonnullas ante dies paucos hunc audierint conjugatas, viduas, virgines vi oppreſſiſſe. Teſtes ſunt ſanctæ Apoſtolorum eccleſiæ, quæ non ſtillatim pluviam, ſed totum intrinſecus ſupra ipſa etiam ſacroſancta altaria imbrem admitterent.

Joannis Papæ legatio ad Ottonem Imp.

4. Hæc, & alia ibidem, quæ ut Imperator audivit. *Puer eſt*, inquit, *facile bonorum immutabitur* exemplo virorum, ſpero *eum objurgatione honeſta, ſuaſione liberali facile ex illis ſe ſe emerſurum malis*. Et itinere ſuſcepto, dum adhuc in caſtro S. Leonis Berengarium obſideret, Joannes Papa, *Leonem venerabilem S. R. Eccleſiæ Protoſcriniarium, nunc in eadem ſede Petri Apoſtolorum Principis Vicarium, nec non Demetrium Optimatem Romanorum illuſtriſſimum ſancto Imperatori nuntios dirigit, mandans, haud mirum eſſe ſi hactenus juventutis igne devictus quid puerile geſſerit, jam tempus inſtare, cum alieno cuperet vivere more. Mandavit etiam dolere ſe, quod quemdam Leonem Epiſcopum, & Joannem diaconum Cardinalem ſuos infideles ſuſcepiſſet, & quod ſanctus Imperator promiſſionis ſuæ fidem violaret, dum eos, qui eo loci manebant, juramenti non ipſi, ſed ſibi aſtringeret*. Hæc ad Imperatorem Joannes Papa, quibus acceptis Imperator, pro emendatione promiſſa gratias egit, ac Romanæ Eccleſiæ patrimonia, & Principatus ab Berengario uſurpata ſe reſtituturum promiſit. De ſuſceptis à ſe Leone Epiſcopo, & Joanne Cardinale, quos ſibi infeſtos fuiſſe dixerat Joannes Papa, id falſum eſſe Imperator dixit, quos *his temporibus non vidimus, nedum ſuſcepimus*, nonnulliſque in eam rem additis, alteram ad Joannem Papam Legationem Imperator miſit.

Legatio Ottonis ad Joannem Papam.

5. *His expletis Landuardum a Saxonia Numendenſem*, ſeu Mindenſem, & *Luitprandum ab Italia Cremonenſem Epiſcopos, cum præfatis nuntiis Romam dirigit domino Papæ ſe inculpabilem eſſe ſatisfacturos. Quorum etiam militibus hoc*

Digitized by Google

hoc Imperator juſtus impoſuit , ut ſi ſecus dominus Papa non crederet, duello verum eſſe approbarent. Præfati igitur Landoardus, & Luitprandus Epiſcopi Romam ad Domini Papæ præſentiam venientes, tanto ſunt in honore ſuſcepti , ut non eos lateret, quanto ſanctum Imperatorem tædio faſtidirent. Ordinatim tamen , prout eis injunctum fuerat, enarrantes non jurejurando , non duello ſatisfactionem Papam recipere voluit , ſed in eadem qua fuerat, duritie permanſit &c. Ac alteram ad Ottonem legationem miſiſſe addit.

JESU CHR. AN. 963.

6. Cum interea Otto Imp. ad urbem perveniſſet, Joannes *Papa ſimul , & Adelbertus aufugiunt* , ait is auctor. Romani vero non ſolum fidelitatem ei jurarunt , ſed ſe nequaquam ultra Pontificem abſque ejuſdem conſenſu accepturos promiſerunt, ac triduo poſt in unum Epiſcopi tum ex Italia, cum ex Germania, quorum nomina apud Luitprandum extant , convenientes , ſynodum , ſive conventum celebrarunt , ac *Rogantibus tam Romanis Epiſcopis, quam plebe, magnus in Sancti Petri eccleſia fit conventus, ſederuntque cum Imperatore Archiepiſcopi, ab Italia pro Agelfrido Aquilejenſi Patriarcha, quem in eadem urbe languor repente, ut fit ortus, arripuerat*, ut etiam apud Reginonem legitur, *Rodulphus Diaconus* , Aquilejenſis , *Valbertus Mediolanenſis*, *Petrus Ravennas*. Deinde ex Saxonia duo , ex Francia duo, ex tota Italia ultra triginta , cum Cardinalibus Presbyteris, & Diaconibus numero ſexdecim , & reliquis ex Romano clero variorum ordinum triginta circiter, ac tandem ex Primatibus Romanorum duodecim , qui cum in unum congregati eſſent, ad eos Imperator Otto. *Vos o Patres conſulimus* ait, quid ſcilicet agendum , cum tanto conſeſſu Joannes Papa adeſſe recuſaverit , ac ut accuſationes nominatim exprimerentur juſſit. *Deinde quod agendum eſt, communi conſilio pertractetur.*

Ottonis adventus Romam, concilium ibi celebratur. *lib. 6. cap. 6.*

7. *Tunc conſurgens Petrus Cardinalis Presbyter* , ſubdit auctor, *ſe vidiſſe illum miſſam celebraſſe , & non communicaſſe teſtatus eſt. Joannes Epiſcopus Narnienſis, & Joannes Cardinalis Diaconus , ſe vidiſſe illum Diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo non certis temporibus, ſunt profeſſi. Benedictus cum cæteris Condiaconis , & Presbyteris dixit, ſe ſcire, quod ordinationes Epiſcoporum faceret pretio , & quod annorum decem Epiſcopum in Tudertina civitate ordina-*

Crimina Joanni Papæ objecta.

 rit.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 963. *rit. De ſacrilegio non eſt neceſſe percontari, quia plus videndo, quam audiendo ſcire potuiſſemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent, viduam Rainerii, & Stephanam patris concubinam, & Annam viduam cum nepte ſua abuſum eſſe, & ſanctum palatium lupanar, & poſtribulum feciſſe: Venationem dixerunt publice exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine privaſſe, & mox mortuum eſſe. Joannem Cardinalem ſubdiaconum virilibus amputatis occidiſſe, incendia feciſſe, enſe accinctum, galea & lorica indutum fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe omnes tam clerici, quam laici acclamarunt. In ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque dæmonum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas & Canonicas horas eum non celebraſſe, nec ſigno Crucis ſe muniſſe profeſſi ſunt.*

Luitprandi ad ſynodum alloqutio.

8. His accuſationibus adverſus Joannem Papam prolatis, ut quæ lingua Saxonica Romanis ignota, dicta fuerant, latino eloquio Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus repeteret, Imperator juſſit. Luitprandus vero ſynodum gravibus verbis admonuit, ut *Nulla in Dominum Papam jaculentur convicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque a viris probatiſſimis viſa*. Tunc una voce, Epiſcopi, Diaconi, Clerus, & populus, quaſi vir unus dixerunt, pejora adhuc, quam quæ dicta fuerant, ab Joanne Papa patrata fuiſſe, itaut ſi aliter res eſſet. *Non nos a peccatorum vinculis abſolvat Apoſtolorum Princeps Beatus Petrus &c. Quod ſi fidem nobis non adhibetis exercitui Domini Imperatoris ſaltem debetis credere, cui ante quinque dies enſe accinctus, clypeo galea, lorica indutus occurrit. Solus Tyberis qui interfluxit, ne ſic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit. Mox ſanctus Imperator dixit: Tot ſunt hujus rei teſtes, quot ſunt noſtro in exercitu bellatores. Sancta Synodus dixit. Si placet domino Imperatori: Mittantur litteræ domino Papæ, ut adveniat, ſeque ex his omnibus purget. Tunc eidem ſunt litteræ deſtinatæ, quæ ſic ſe habent: Summo Pontifici & univerſali Papæ domino Joanni, Otto divinæ reſpectu clementiæ Imperator Auguſtus, cum Archiepiſcopis Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ in Domino ſalutem. Romam ob ſervitium Dei venientes, dum alios veſtros, Romanos ſcilicet Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & univerſalem plebem de ve-*

veſtra abſentia percontaremur , & quid cauſæ eſſet , quod nos Eccleſiæ veſtræ, veſtrique defenſores videre noluiſſetis : talia de vobis, tamque obſcena protulerunt , ut ſi de hiſtrionibus dicerentur , nobis verecundiam ingererent. Quæ ne magnitudinem veſtram lateant omnia, quædam vobis ſub brevitate deſcribimus, quoniam ſi cuncta nominatim exprimere cuperemus, dies nobis non ſufficeret unus. Noveritis itaque, non a paucis, ſed ab omnibus tam veſtri, quam alterius ordinis vos homicidii, perjurii, ſacrilegii, & ex propria cognatione, atque ex duabus ſororibus inceſti crimine eſſe accuſatos. Dicunt, & aliud auditu ipſo horridum, diaboli vos in amorem vinum bibiſſe: in ludo aleæ, Jovis, Veneris, cæterorumque dæmonum auxilium popoſciſſe. Oramus itaque paternitatem veſtram obnixe, venire, atque ex his vos omnibus purgare non diſſimuletis. Si forte vim temerariæ multitudinis formidatis, juramento vobis affirmamur, nihil fieri præter ſanctorum Canonum ſanctionem. Dat. Id. 8. *Novemb.* Pergit auctor. *Hanc epiſtolam cum legiſſet , hujuſmodi Apologeticum ſcripſit. Joannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Epiſcopis. Nos audivimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere . Si hæc feceritis : Excommunico vos Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare, & Miſſam celebrare.* Hæc ad Romanam ſynodum Joannes Papa, quibus acceptis, alteras continuo ad eum litteras dederunt, quibus ſe intentatas ab eo excommunicationis minas ſpernere teſtati ſunt, ac ut ſynodo ſe ſiſteret, objectis criminibus ſatisfacturum, aut legitimam abſentiæ cauſam allaturum. Hanc vero epiſtolam per Adrianum Cardinalem Presbyterum, & Benedictum Diaconum miſerunt, qui cum fruſtra circa Tiberis regionem eum quæſiſſet, litteras ad ſynodum retulit.

Jesu Chr. An. 963.

9. Atque his ab Hadriano Presbytero, & Benedicto Diacono Cardinalibus ad ſynodum relatis, quoniam nulla ſupererat ſpes, ut Joannes ſynodo ſe ſiſteret, ſuas adverſus Pontificem querelas Otto Imperator addidit, ac ſe ab eodem per legatos, ut Romam pergeret, eumque ab Berengarii, & Adalberti tyrannide liberaret, invitatum fuiſſe dixit, *Ereptus vero mea opera ex eorum manibus, & honori debito reſtitutus, oblitus Juramenti, & fidelitatis, quam mihi ſupra corpus Sancti Petri promiſit, eumdem Adalbertum Romam venire fecit, & contra me defendit, ſeditiones fecit, & vi-*

Ottonis Imp. querelæ adverſus Joannem.

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 963.

& videntibus noſtris militibus Dux belli factus, lorica, & galea eſt indutus. Quid ſuper hoc ſancta ſynodus decernat, edicat.

Publica in Joannem declamatio.

10. *Ad hæc Romani Pontificis, ſuffraganei ſcilicet Epiſcopi, reliquuſque clerus, & cunctus populus dixerunt: Inauditum vulnus inaudito eſt cauterio exurendum: ſi corruptis moribus ſibi ſoli, & non cunctis obeſſet, quoquo modo tolerandus eſſet. Quot prius caſti hujus facti ſunt imitatione inceſti? quot probi hujus exemplo converſationis ſunt reprobi? petimus itaque magnitudinem Imperii veſtri, monſtrum illud nulla virtute redemptum a vitiis, a ſancta Romana Eccleſia pelli, aliumque in locum ejus conſtitui, qui nobis exemplo bonæ converſationis præeſſe valeat, & prodeſſe ſibi: recte vivat, & bene vivendi nobis exemplum præbeat. Tunc Imperator: Placet, inquit, quod dicitis: nihilque gratius nobis, quam ut talis, qui huic ſanctæ, & univerſali ſedi præponatur, inveniri poſſit. His dictis, omnes una voce dixerunt: Leonem venerabilem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Protoſcriniarium virum approbatum ad ſummum ſacerdotii gradum nobis in paſtorem eligimus, ut ſit ſummus, & univerſalis Papa Romanæ eccleſiæ, reprobato ob mores improbos Joanne Apoſtata. Cum hoc omnes tertio dixiſſent, annuente Imperatore, nominatum Leonem ad Lateranenſe palatium ſecundum conſuetudinem cum Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Eccleſia S. Petri ad ſummum ſacerdotium ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei aſſuturos jurejurando promittunt. His ita geſtis ſperans ſanctiſſimus Imperator cum paucis Romæ ſe degere poſſe, ne conſumeretur Romanus populus ob multitudinem exercitus, multis, ut redirent, licentiam dedit.* Hucuſque anni hujus res geſtæ: quæ ſequuntur, anno ſequenti facta noſcuntur, noſque ſuo loco dicturi ſumus. Addit his Sigebertus, Leonem ipſum laicum adhuc fuiſſe, cum electus eſt Pontifex, contra decreta Nicolai, Hadriani, & Stephani Romanorum Pontificum ſuperius recitata.

Synodi geſta in pluribus redarguuntur.

11. Hactenus ſynodi acta, vix in paucis in compendium redacta, ex Luitprando, ſeu potius ex coevo, & ignoto auctore, in qua multipliciter ne dicam enormiter erratum fuiſſe, quiſque facile intelliget, qui vel ipſe Eccleſiaſticæ hiſtoriæ rudimenta perceperit; Ex quo etenim, ut ipſi in ſynodo teſtati ſunt, Joannes pro vero Pontifice, in toto chri-

Digitized by Google

chriſtiano orbe habitus fuit, qua eum auctoritate ob ſcelera privatæ vitæ, & converſationis ab Romana ſede, nullo fere juris ordine ſervato, ut pluribus perſequitur Baronius, dejicere potuerunt, cum una catholicorum omnium ſententia ſit, Romanum Pontificem nonniſi a fide catholica devium ſua dignitate dejici poſſe, neque a qualibet ſynodo peragi, ſed tantum ab Oecumenica, & univerſali, totius chriſtiani orbis accedente conſenſu, ratio palmaris eſt, quod cum de orbis chriſtiani capite, totiuſque Eccleſiæ Primate agitur, ab inferiori ſuperior judicari non poteſt, ſicque Romana ſynodus ex Italis fere, ſi paucos Germanos demas, congregata ſupremi capitis cauſam cognoſcere, multominus definire poterat, ut poſt Baronium, ceteri ſcriptores catholici teſtantur. Quare nos hæc adnotaſſe ſufficiat. *Res enim geſtas ſcribere, non geſtarum rerum rationem reddere propoſuimus*, ut in hac eadem Joannis duodecimo Pontificis cauſa ajebat Otto Friſingenſis lib. 6. cap. 23.

Nat. Alex. hiſt. secul. 10. dissert. 16.

12. Ex his autem jam patet nulla ex parte Leonis ordinationem in locum Joannis Pontificis ſubſiſtere potuiſſe, quem tamen inter Romanos Pontifices recenſeri non dubitarunt ſcriptores plurimi, continuatores ſcilicet Luitprandi, & Reginonis, quos ſecuti ſunt auctor chronici Farfenſis, Sigebertus, Martinus Polonus, Blondus, Platina, Trithemius, aliique, quos Launojus in epiſtola ad Mareſium recenſet, horum tamen plerique rem geſtam referunt, an recte id factum fuerit, non inquirunt, quorum auctoritate, utpote ſcriptorum obſcuræ ætatis, obſcurique nominis, abutitur Launojus, ut Leonis ordinationem, juſtamque Joannis exauctorationem tueatur, ſed de his qui plura cupit, inter ceteros, Natalem Alexandrum, Demarcham, aut auctorem noviſſimum vitarum Rom. Pontificum Neapoli editarum anno 1765. Joſephum Piatti adeat.

Leo octavus Pſeudo Papa creatur.

Launoii op. tom. 5. part 1. pag. 421. Nat. Alex. hist. secul. 10. dissert. 16.

De Marca de concordia Sacerd. & Imp. lib. 1. cap. 11.

13. Hoc autem anno, ut Curopalates, Cedrenus, aliique tradunt, Romanus junior Græcorum Imperator, *die* 15. *menſis Martii indict. 6. annos natum* 24., e vivis exceſſit, cum poſt patris obitum *annos tres, menſes quatuor, dies quinque*, imperium tenuiſſet; *Exhauſto corpore turpiſſimis, & voluptariis rebus, ut aliqui aſſerunt, vel veneno peremptus*, ait Curopalates, cujus Imperium ad Baſilium, & Conſtantinum ipſius filios, & eorum matrem Theophanonem tran-

Romani Imp. obitus.

JESU CHR. AN. 963.

tranſiit. *Quæ biduo ante mortem mariti filiam peperit, cui Annæ nomen fecerunt*, ait idem auctor.

Nicephorus Phocas Imperium occupat.

14. At Nicephorus Phocas militum dux, ſub Romano Imp. tot victoriis clarus, Theophanonis matris, filiorumque ejus, utpote puerorum imperio ſubeſſe recuſans, ab exercitu Imperator dictus Auguſti menſis die decimaſexta, Regio ornatu amictus, Senatu, populoque plaudente CPolim ingreſſus, ac in Eccleſiam profectus, a Polyeucto Patriarcha coronatus fuit, *cum unum ſupra quinquaginta ætatis annum ageret*, ait Leo diaconus, ac Imperium adeptus, Bardam patrem Cæſarem dixit, Joannem cognomento Tzimiſcem Orientis Domeſticum creavit, Leonem vero germanum ſuum Curopalatam, militumque Magiſtrum fecit. Theophanonem deinde Romani Imper. viduam, eximiæ pulchritudinis feminam uxorem duxit. Ob quam rem cum Polycucto Patriarcha, quo auctore præſertim Imperium obtinuerat diffidere cœpit, cum eas nuptias Patriarcha illicitas fuiſſe diceret, eo quod Nicephorus Romani filium ex ſacro fonte ſuſcepiſſet. At cum id negaſſet Nicephorus, ac Patrem ſum Bardam eoſdem ſuſcepiſſe dixiſſet, ne penitus concordia diſcinderetur, aut Nicephori vindictam in ſe ipſum Patriarcha excitaret, factum diſſimulavit, uti pluribus rem geſtam ex Leone Diacono adhuc inedito, narrat Pagius, not. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Ottonis Imper. & Leonis Pſeudo-Papæ privilegia.

15. Dum in Italia hoc, & ſequenti anno eſſet Otto Imperator, plura diplomata dediſſe, quibus monaſteriorum donationes, & privilegia confirmavit, vel auxit, adnotant Muratorius, & Mabillonius, quin Leo quoque PſeudoPapa. *Pro voto, & amore dilectiſſimi, & cariſſimi filii ſui Imp. Attonis, & Adalaſiæ*, ſeu Adelaidis, *cariſſimæ Imperatricis uxoris ejus*; privilegium ampliſſimum, ſeu bullam pro monaſterio Montis majoris prope Arelatum dedit, ut ibidem videre eſt, Leonis privilegium laudat Conradus Burgundiæ Rex in ſuo diplomate, quo decernit. *Ut hoc, quod domnus Leo Apoſtolicus, atque Otto Imperator Auguſtus, & ſoror ſua*, ſeu uxor, *Adelaidis Imperatrix, ex terra S. Petri Apoſtoli poſtulaverat*, ratum eſſet &c. *Data ſeptimo idus Decemb. indict. 7. Anno Incarnat Dominicæ* 963.

Mabill. Annal. lib. 46. num. 71.

Villelmus Aquitaniæ

16. Quo etiam anno Villelmus dux Aquitaniæ caput *ſtupe* dictus, monaſticum induit habitum in monaſterio Sancti

Jesu Chr. an. 964.

Dux monachus obiit.

cti Cypriani prope Pictavos, indeque in monaſterium Sancti Maxentii monachus ibidem pauloposſt obiit, cum Aquitaniæ Ducatum in filium ſuum tranſtuliſſet, qui Emam, ſive Emelinam uxorem duxit, filiam Theudbaudi Campaniæ Comitis, ex qua filium Villelmum nomine ſuſcepit, qui patris exemplo monachus quoque obiit, ait Mabillonius loco citato, pag. 565.

Flodoardus Præfecturæ monaſterii renunciat.

17. Interea Flodoardus Remenſis Presbyter & monachus, hujus temporis celeberrimus hiſtoriarum ſcriptor, ſenio confectus, cum annum ætatis ſuæ ſeptuageſimum expleret, monaſterii præfecturæ renunciavit, ut idem ad hunc annum his verbis refert. *Odalricus Remenſis Archiepiſcopus Proceres Franciæ, qui poſſeſſiones quaſdam Remenſis occupaverant eccleſiæ, vocari fecit. Ego vero fractus ætate, & attritus infirmitate miniſterio me abdicavi, & prælatura coram eodem Præſule, quique me abſolvens jugo, impoſuit illud per electionem fratrum meorum nepoti meo Frodoardo, ſeptuageſimo ætatis meæ anno &c.*

JESU CHRISTI AN. 964. Benedicti quinti Papæ an. 1. Ottonis Imp. an. 3. Nicephori Phocæ 2.

Romani contra Ottonem rebelles, ab eo occiſi. *Luitpr. lib. 6. cap. 11.*

1. Cum in urbe Imperator Otto Natalem domini celebraſſet, ac paucis circum ſe militibus in urbe retentis, ceteros dimiſiſſet, Joannes Papa ab urbe profugus. *Clam Romam mittit nuncios, B. Petri omniumque eccleſiarum pecuniam repromittens, ſi ſuper pium Imperatorem, & domnum Leonem Papam irruerent, eoſque trucidarent*, ait Luitprandus, ſeu potius ignotus auctor, qua promiſſione excitati, adverſus Ottonem armati irruunt Romani. *Quibus Imperator ſuper pontem Tiberis, quem Romani plauſtris impeditum habebant, occurrit. Cujus fortes milites aſſuefacti bello, pectore & armis intrepidi, eos inter proſiliunt, & quaſi accipitres avium multitudinem, nullo reſiſtente, proterunt: non latibula, non corbes, non concava ligna, non cryptæ ſordium receptacula fugientibus tutelæ eſſe poſſunt. Occiduntur itaque & (ut aſſolet contingere viris fugientibus) paſſim a tergo vulnerantur. Quis tunc Romanorum cladis hujus ſuperſtes fieret, ſi non Imperator ſanctus miſericordia, quæ eis nulla*

JESU CHR. AN. 964. *debebatur, inclinatus, ſuos adhuc interficere ſitientes retraheret, & revocaret? Itaque devictis omnibus, atque iis, qui ſupererant, obſidibus acceptis, venerabilis Papa Leo pedibus Imperatoris provolutus, orat, ut Romanis obſides reddat, ſeque eorum fidei commendet. Rogatu denique venerabilis Papæ Leonis Imperator ſanctus Romanis obſides dedit.* Auctor autem apud Reginonem, inſidias ab Romanis ſibi ſtructas prævenisse Ottonem addit. Eademque die, *quo eum extinguere moliebantur, necem ſibi paratam anticipans, tertio nonas Januarii, cum pauciſſimis ſuorum eos invaſit, & non modicam illorum multitudinem intra muros urbis proſtravit &c.* Tota tamen hebdomada in urbe adhuc ſubſiſtens, redditis ob preces Leonis Pſeudopontificis obſidibus, res Ducatus Spoletini, & Cameríenſis compoſiturus exivit, ait is auctor.

Berengarius cum Villa in Ottonis poteſtatem redacti.

2. Quo tempore, Berengarius cum Villa uxore ſua in arce S. Leonis diu obſeſſus, ut anno proximo diximus, tandem in Ottonis poteſtatem ſe ſe dederunt, quos in Bavariam Otto miſit. *Ubi non multo poſt in amaritudine animæ*, Berengarius, *diem clauſit extremum*, ait Arnulphus auctor hiſtoriæ Mediolanenſis.

Apud Murat. rer. Ital. tom. 4.

Joannes Papa in urbem rediit, Leo aufugit.

3. Vix tamen compoſitis in urbe rebus, cum inde Imperator diſceſſiſſet, iterum turbatæ ſunt. Nam ut Luitprandus ſubdit. *Mulieres quibuſcum Joannes, qui dictus eſt Papa voluntatis ſuæ ludibrium exercebat, non ignobiles, & plures concitaverunt Romanos, ut Leonem ſummum Pontificem, & univerſalem Papam a Deo, & ipſis electum perderent, & Joannem in urbem ſuſciperent. Quod cum feciſſent, Deo miſerante, ex eorum manibus eſt venerabilis Papa Leo liberatus, paucíſque ipſum comitantibus, ad piiſſimi Imperatoris miſericordiam eſt profectus. Imperator denique ſanctus tantum dedecus ægre ferens, tum ex Domini Papæ Leonis ejectione, tum ex Joanne Cardinale Diacono, & Azone Protoſcrinario, quorum alterum manu dextera, alterum lingua, duobus digitis, naribuſque abſciſſis Joannes abdicatus defœdaverat: reparato exercitu Romam redire diſpoſuit &c.*

Rom. concilium ab Joanne celebratum Leonem Pſeudo

4. In urbem reverſus Joannes Papa duodecimus. *Synodo collecta Leonem depoſuit, & ejus geſta caſſavit*, ait Sigebertus, paucis verbis geſta ibidem referens, cujus ſynodi acta ex integro recitat Baronius, quæ tribus ſeſſionibus diſtri-

ſtributa, hæc in compendium continent. *Anno Domni Ottonis Imp. 3. indict. 7. habitum eſt concilium in eccleſia B. Petri Apoſtolorum Principis quinto Kal. Martii, hoc eſt menſe Februario die 26. indict. ſeptima, & poſitis in medio quatuor Chriſti Evangeliis Præſidente &c.* Joanne duodecimo Pontifice, & cum eo Epiſcopis plurimis, ideſt Galleſianæ Eccleſiæ, Ananienſis, Narnienſis, Numentanæ, Verulenſis, Silvæ Candidæ &c. quorum ibidem nomina leguntur, adſtantibus etiam Rom. eccleſiæ Presbyteris Cardinalibus numero duodecim, ac duobus Diaconis; Joannes Papa ſe per vim ſua ſede dejectum fuiſſe narravit, ac quid de ſynodo, qua exauctoratus fuerat, ſentirent eoſdem interrogavit. Ii vero, *Poſtribulum favens adultero*, fuiſſe dixerunt, *invaſori ſcilicet alienæ ſponſæ nempe Leoni intruſo*; Ideoque ſynodum ineunte Decembri anni proximi Ottonis Imp. juſſu congregatam, qua Joannes Papa depoſitus, ac in ejus locum Leo octavus ordinatus fuerat, Pontificis, & concilii ſententia irritam omnino dixerunt. Deinde Epiſcoporum qui Leonem ordinaverant, cauſa tractata eſt, ac de Sicone primum Epiſcopo abſente, qui *In noſtro Patriarchio Leonem Curialem, & neophitum, atque perjurum noſtrum, jam oſtiarium, lectorem, Acholytum, Subdiaconum, Diaconum, atque Presbyterum ordinavit &c.* Hunc una cum Leone ordinato deponendum eſſe ſynodus cenſuit, eademque cenſura ſubjiciendos ſtatuit Benedictum Portuenſem, & Gregorium Albanenſem, qui *ſuper præfatum Curialem, & neophitum, atque perjurum noſtrum orationes dederunt*, ideſt cum Sicone ordinatores Leonis fuerant: juſſum interea eſt, ut uſque ad tertiam ſeſſionem ſententia differeretur, atque interea conquirerentur, ſi forte ſynodo ad reddendam geſtorum ſuorum rationem ſe ſiſterent.

Jesu Chr. an. 964. Papam, cum ſociis damnat. *Labb. concil. tom. 9. pag. 653.*

Sententia in ordinatores Leonis ſchiſmatici.

5. Poſt hæc, quid de Leone curiali, & neophito, & perjuro in Pontificem ordinato cenſerent congregati Epiſcopi Joannes interogavit, cui concilium dixit *Damnetur omnino, ut nullus deinceps Curialium, aut neophitorum, aut judicum, aut publice penitentium ad ſummum eccleſiæ gradum aſpirare præſumat*. His addidit Joannes. *Sit Leo Curialis, & neophitus, & perjurus noſter Domini omnipotentis, & SS. Apoſtolorum Principum Petri, & Pauli, & omnium ſimul ſanctorum, atque venerandorum, & univerſalium*

Leo ſchiſmaticus damnatur.

Jesu Chr. an. 964.

conciliorum auctoritate, nec non & Spiritus ſancti per nos judicio, omni Sacerdotali honore, & nomine alienus, & omni clericali officio prorſus exutus &c. Cum omnibus, qui quolibet modo conſilium, aut patrocinium in retinenda, vel recuperanda Rom. ſede præſtiterint. De iis vero, qui ab Leone ordinati fuerant, ut honore, quem ab ipſo acceperant, privarentur, ſtatutum eſt. Quos ideo Joannes Papa in concilium admitti juſſit. *Cum veſtimentis, planetis atque ſtolis, & unumquemque eorum in chartula ſcribere fecit hujuſmodi verba: Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit. Et ſic eos exutos privavit honore, quem dederat eis ipſe invaſor, & neophitus, atque curialis, & revocavit eos in priſtinum gradum*, quem antea habuerant, hiſque geſtis ſeſſio prima finem habuit.

Seſſione ſecunda de ordinatoribus Leonis iterum actum.

6. Cumque iterum conveniſſent Epiſcopi ſuſpenſionis ſententia in Siconem abſentem lata, concilii ſuggeſtione dilata eſt, præſentes vero Benedictus Portuenſis, & Gregorius Albanenſis, in Leonis ordinatione Siconio ſocii peccatum ſuum coram ſynodo confeſſi, uſque ad tertiam ſeſſionem eorum etiam cauſa dilata eſt, ac ſententia in eos dicta, qui Leoni *prætium accomodaverunt ad obtinendam gratiam Dei, quæ vendi non poteſt*, ac ut honore ſuo exciderent, ſtatutum eſt; deinde de Abbatibus, qui ſupradictæ damnatæ ſynodo interfuerunt, in qua Joannes damnatus fuerat, & Leo in Rom. Pontificem electus, quid agendum esſet, Joannes Papa ſynodum interrogavit, quos in ſuo arbitrio reliquit ſynodus, ac Eccleſiaſticum ordinem tamen cuiquam vendere illicitum eſſe dictum eſt, vel ut qui gradu minor eſt, majorem condemnet, ac ut monachi in ſuo monaſterio perſiſterent, & ne inde abſque Epiſcoporum licentia egrederentur cautum eſt.

Seſſio tertia Siconem condemnat.

7. Cum tertio conveniſſent Epiſcopi, nec Sico etſi ſæpe quæſitus apparuiſſet, in eum excommunicationis ſententia lata eſt, eo quod *Leonem Curialem, & laicum, nec non perjurum noſtrum ſubito conſecrare in Pontificali honore non formidavit &c.* Quos vero Leo ſchiſmaticus ordinaverat in eo gradu, quem ante habuerant perſeverare Joannes permiſit. Ac tandem canone edito cautum fuit. *Ut in circuitu Altaris, aut in Presbyterio nullus laicorum ſtare præ-*

ſu-

ſumat, quoties Miſſarum ſolemnia celebrantur &c. Hiſque geſtis ſynodo finis impoſita fuit, cui Joannes Papa, ac reliqui Epiſcopi ſubſcripſerunt, quam immerito, uti dubiam, aut ſuppoſititiam Launojus in epiſtola ad Manreſium habuit, eo quod ejuſdem nec Luitprandus, vel continuator Reginonis meminerint, quæ ſane infirma eſſe Natalis Alexander, aliique demonſtrarunt, ut plura addere pigeat. Jesu Chr. an. 964. *Nat. Alex. histor. secul. 10. dissert. 16. Piatti in vita Joannis 12.*

8. Dum hæc in urbe agerentur, Otto Imperator, adverſus Joannem ira excandeſcens, eoquod in urbem reverſus Leonem inde, ſua auctoritate ordinatum, fugaverat, Miſſoſque ſuos male tractaverat, in urbem cum exercitu properabat, ut vindictam de eodem ſumeret, at ut idem auctor apud Luitprandum addit. *Priuſquam Imperatoris copiæ eſſent congregatæ volens cunctis ſeculis innoteſcere Dominus, quam juſte eſſet Joannes Papa a ſuis Epiſcopis, & omni plebe repudiatus, quamque poſtmodum injuſte receptus, quadam nocte extra Romam, dum ſe cujuſdam viri uxore delectaret, in temporibus adeo a Diabolo eſt percuſſus, ut intra dierum octo ſpatium eodem ſit vulnere mortuus. Sed Euchariſtiæ viaticum ipſius inſtinctu, qui eum percuſſerat non percepit, quemadmodum a ſuis cognatis, & familiaribus, qui præſentes erant, perſæpe ſub atteſtatione audivimus*; ait Luitprandus, ſive alius quiſquis fuerit coevus auctor de infauſto Joannis Papæ obitu, quem auctorem Ottoni plus juſto faviſſe patet, ita eo ut quod Deus ob immania ſcelera, obſtinatamque in iis perſeverantiam illum percuſſerat id pro legitima ejuſdem ab Romano Pontificatu dejectione oſtendenda retulerit. Joannis Papæ infelix obitus.

9. Joannis obitu ſopiri quidem potuiſſet ſchiſma in Romana Eccleſia, ob Leonis ordinationem vivente Joanne exortum, ſi eumdem iterum electores, Pontificem dixiſſent. At ut addit citatus Luitprandus, *Romani omnes juramenti, quod ſancto Imperatori promiſerant, immemores, Benedictum quemdam Rom. eccleſiæ Diaconum eligunt, & ordinatum Sedi Apoſtolicæ imponunt. Quo audito, Imperator, collecta undique ſecum fidelium ſuorum multitudine Romam adiit, & firma eam omni parte obſidione, ne quis pateret exitus, munivit. Sed prædictus Benedictus falſo nomine Apoſtolicus, diutius ut Imperat. reſiſterent, Romanos animavit: ipſe-* **Benedictus quintus in Joannis locum ordinatur.**

Digitized by Google

JESU CHR. AN. 964. *ipſeque Imperatori, ſuiſque fidelibus excommunicationem comminans, muros Urbis aſcendit, & elatiori ſe faſtu, quam Apoſtolicum decuerat oſtendit. Ad ultimum Romani fame, & obſidione conſtricti, ſe erraſſe, contraque Imperatorem injuſte deliquiſſe pœnitentes: in viligia Præcurſoris, id eſt, nono Kalend. Julii portas Urbis aperiunt, & Imperatore cum honorificentia debita intromiſſo, Benedictum ſacrilegum, & perjurium Imperatoriæ ditioni reddunt, & dominum Leonem in ſedem Apoſtolicam reſtituunt*: De coacta vero tunc ſtatim Romæ pſeudoſynodo a Leone intruſo Pontifice, hæc iterum auctor. *Reſidentibus itaque domino Leone ſummo, & univerſali Papa in Eccleſia Lateranenſi, necnon & Imperatore ſanctiſſimo Ottone, & Epiſcopis Romanis, Italicis, a Lotharingia, & Saxonia Archiepiſcopis, presbyteris, diaconis, omnique Romanorum plebe, quorum nomina ſuperius adſcribuntur, advenit Benedictus Apoſtolicæ Sedis invaſor, eorum qui ſe elegerant manibus adductus, Pontificalibus veſtibus indutus. Quem Benedictus Cardinalis Archidiaconus tali eſt ſermone aggreſſus: Qua tibi auctoritate, quave lege, o invaſor, hæc Pontificalia indumenta uſurpaſti, ſuperſtite hoc præſente domino noſtro venerabili Papa Leone, quem tu nobiſcum, accuſato, & reprobato Joanne, ad Apoſtolatus culmen elegiſti? Num inficiari potes, præſenti domino Imperatori juramento promiſiſſe, numquam te cum ceteris Romanis Papam electurum, aut ordinaturum abſque illius, filiique ſui Regis Ottonis conſenſu? Benedictus reſpondit: ſi quid peccavi, miſeremini mei. Tunc Imperator, effuſis lacrymis, quam miſericors eſſet, oſtendens, rogavit ſynodum, ne Benedicto præjudicium fieret, ſi vellet, & poſſet, ad interrogata, reſponderet: quod ſi non poſſet, aut nollet, ac ſe culpabilem redderet: tamen pro timore Dei miſericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad domini Leonis Papæ pedes, ipſiuſque Imperatoris idem Benedictus concite procidens, ſe peccaſſe, ſeque S. Romanæ ſedis invaſorem eſſe acclamavit. Poſt hæc pallium ſibi abſtulit, quod ſimul cum Pontificali ferula, quam manu geſtabat, domino Papæ Leoni reddidit, quam ferulam idem Papa fregit, & fractam populo oſtendit. Deinde Benedictum in terra ſedere præcepit. Cui capſulam, quam planetam vocant, cum ſtola pariter abſtulit. Poſt autem omnibus Epiſcopis dixit:*

Digitized by Google

xit: Benedictum S. & Apoſtolicæ Sedis Romanæ invaſorem omni Pontificatus, & presbyteratus honore privamus: ob eleemoſynam vero domini Imp. Ottonis, cujus ſumus opera in ſedem debitam reſtituti, Diaconatus eum ordinem habere permittimus, & non jam Romæ, ſed in exilium deſtinamus. Hucuſque auctor Luitprandus dictus, quibus hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit, niſi fortaſſe mutilata ad nos pervenerit.

Constitutio Leonis octavi in Ottonis gratiam apocrypha.

10. In hac pſeudoſynodo Romana ab Leone octavo adverſus Benedictum congregata, ea conſtitutio edita fertur, qua Ottoni Imperatori jus Pontificem Romanum eligendi, & inveſtituras Epiſcopis dandi perpetuo tribuitur, quam Goldaſtus tomo 1. conſtit. Imp. pag. 29., de Marca lib. 8. de concordia cap. 12. & 29. ex Gratiano diſtinct. 63. cap. 23. aliique Imperialis auctoritatis plus æquo faventes referunt, eamdemque Leoni Pſeudo Pontifici adſcribunt, at eam inter puras putaſque impoſturas, & fabulas delegandam eſſe, poſt Baronium, eruditorum plurimi demonſtrarunt, inter eos Pagius, & Georgius, in notis ad Baronium hoc anno; unus præceteris audiatur Muratorius, quem nemo Romanis Pontificibus ultra modum faviſſe dixerit, dum hæc ad hunc annum adnotat. *Repeto poſteriorum ſeculorum inventa eſſe decreta quædam ab chronico Reichesſpergenſis, aliiſque relata, tamquam ex concilio, ſeu conciliabulo, in quibus exorbitantes conceſſiones, in rebus ſpiritualibus, & temporalibus Romanæ eccleſiæ Imperatori tribuuntur &c.* Quare ne actum agamus, aut in re notiſſima tempus teramus, plura non addimus.

Ottonis exercitus peste vastatur.

11. Interea cum in urbe feſtum Sanctorum Apoſtolorum Otto Imp. celebraſſet, ab urbe revertitur, ait continuator Reginonis. *Et infeliciori, quam ſperaverat omnino exitu in redeundo fruitur. Nam tanta exercitus ejus peſtis, & mortalitas invaſit, ut vix ſanus, quis a mane uſque ad veſperam, & a veſpera uſque ad mane ſe victurum ſperaret. Ex qua peſtilentia obierunt Henricus Archiepiſc. Trevirenſis, & Gerricus Abbas Vvirtzburgenſ. & Godefridus dux Lotharienſis, aliorumque innumera multitudo tam nobilium quam ignobilium: tandem miſeratione divina peſtilentia ceſſante, Imp. in Liguriam pervenit &c.* Quam cladem, ob injurias Benedicto Papæ illatas, Ottonem ſuſtinuiſſe ex Ditmaro hujus temporis ſcriptore adnotat Baronius hoc anno.

12. Ni-

Jesu Chr. an. 964.

Nicephori Phocæ Imp. victoriæ.

12. Nicephorus autem, ob victorias de Saracenis habitas, dum privatus eſſet, clarus, *Anno Imperii ejus ſecundo menſe Julio indictione ſeptima*, iterum adverſus eos expeditione ſuſcepta, in Cappadociam proficiſcitur, deinde in Ciliciam, ubi Tarſum munitiſſimum oppidum obſedit, quod fruſtra tentatum, cum obtinere non potuiſſet, inde digreſſus, Mopſueſtiam poſt diutinam obſtinatamque obſidionem in ſuam poteſtatem redegit, ac hyeme tranſacto, iterum meliori fortuna Tarſum reverſus, quam vi capere non poterat, vallo undique obducto, fame urgente ad deditionem coegit, atque urbe potitus, ſpoliorumque parte in milites diſtributa, aſſumptiſque crucibus ex auro fabrefactis, ac margaritis, quas Tarſenſes variis præliis fuſis, fugatiſque Romanis ceperant, ad urbem Regiam reverſus eſt.

Mopsueſtiam, & Tarſum ab Saracenis eripit.

13. Hoc, & ſequenti anno geſta in obſidione Tyri, vel Mopſueſtiæ, præter Curopolatem, Cedrenum, & Zonaram pluribus proſequitur Leo Diaconus, ex quo geſtorum ſummam deſcribit Pagius, ac ſequenti anno, ex eodem auctore addit, adverſus Bulgaros Miſſes dictos arma convertiſſe Nicephorum, quorum præſidia, atque caſtella Romanis finitima, excurſione facta, uno fere impetu ſubegit, & Calocyrum quemdam virum fortiſſimum audacioriſque ingenii Patricia dignitate auctum, in *TauroSebitas*, quos vulgo *Ruſſos* nominant, immiſit, dum ipſe CPolim rediit, ut idem Leo Diaconus pluribus narrat.

Nicephorus Imp. ob gravia tributa populis inviſus.

14. Etſi tot victoriis clareſceret Nicephorus Imp. multis tamen de cauſis inviſum ejuſdem Imperium ubique fuit, eo quod cum infinitis injuriis milites populum laceſcerent. *Nullam de his rationem habebat*, ait Curopalates, *aut ullam ſontibus pœnam infligebat, deinde crebra ad exigenda tributa male ſubjectum ſibi populum vexabat, non ſolum nova imperando tributa, et ex omnibus rebus exactiones.*

Nicephorus eccleſiarum res invadit.

15. Neque his contentus, in ſacras quoque ædes, rapaces manus immiſit, ac ut idem addit Curopalates. *Conſueta præberi dona ſacris domibus, & Templis, quæ movere nefas erat, uſurpabat, male aſſerens ab Epiſcopis pauperum pecuniam conſumi, milites inopes eſſe, et quod omnium graviſſimum eſt, legem quoque tulit, cui quidem inſtabiles Epiſcopi, & adulatores ſubſcripſere, ſtatuentes non eſſe, aut de-*

decernendum, aut eligendum Epiſcopum ſine illius conſilio, & juſſu. Mortuoque Epiſcopo, regium hominem miſſum juſſit in funere præfinitos ſumptus facere, at ea quæ ſuperfuere accepit: & alia quædam ſtatuit, omnem neceſſitatis formam exuperantia, quæ ut ſigillatim percurrantur, & magnam mentem, & eloquentem linguam requirunt. Hæc de his Curopalates, eademque totidem fere verbis Cedrenus, Zonaras, Glycas &c. quorum querelas confirmat Luitprandus in relatione de legatione ſua ad Nicephorum Imp., ubi circa finem, de rusticitate Epiſcoporum Græciæ, a quibus inhumaniter tractatus fuerat, quos ideo Eunuchos, Agathones, Capones, ſeu Caupones vocat, qui parciſſime vivebant, viliterque converſabantur, hanc rationem reddit. *Hoc eo illos puto facere, quoniam eorum eccleſiæ ſunt tributariæ. Leucarenſis mihi juravit Epiſcopus, quot annis debere eccleſiam ſuam Nicephoro aureos centum perſolvere, ſimiliter, & ceteras, plus, minuſve ſecundum vires ſuas, quod quam iniquum ſit &c.* CPolitanos etiam cives offendit immenſa constructio Palatii. *Multis enim circa Palatium magnificis, & pulcherrima arte elaboratis ædificiis everſis, arcem tyrannicam contra miſeros cives condidit, officinis intus ac horreis, & equorum ſtabulis, & fornacibus extructis, cibariiſque completis. Ei enim prædictum fuerat, intra palatium ipſi moriendum eſſe, ignorabatque miſer, niſi Dominus custodiat civitatem, fruſtra vigilare, qui custodit eam. Nam perfecto muro, ipſe eadem die interiit, quando claves is, cui hæc cura commiſſa fuerat, ei allatas tradidit:* Sed hæc poſtea: hanc etenim novi Palatii ædificationem ideo ab Nicephoro ſuſceptam fuiſſe narrat Leo Diaconus, quod ab Aſtrologis, ſeu impoſtoribus prædictum eidem fuerat, in Palatio plebeja ſeditione necandum fore, qua de cauſa, *Regiam, ac Palatii ædes, ut augurabatur, communiens, ab omni tutas injuria fecit.*

Jesu Chr. an. 964.

Murat. rer. Ital. tom. 2. pag. 489.

16. Quanto magis civium odia ſpernebat Nicephorus, eo magis militum gratiam, benevolentiamque promereri curabat, ita ut eodem Curopalate teſtante. *Curavit legem faciendam, ut milites, qui in bello occubuiſſent, digni cenſerentur præmiis, perinde, ac Martyres, ſolo bello, non alia re cæſis ſalutem animarum contineri. Inſtitit ut Patriarcha, & Epiſcopi dogmati conſentirent. Verum quidam admodum reſi-*

Milites in bello mortui inter martyres non ſunt numerandi.

Jesu Chr. an. 964.

reſiſtentes, eum ab incepto coercuere propoſito, in medium Magni Baſilii Canone adducto, jubente, ad triennium communionis expertes eſſe, qui hoſtem in bello occidiſſent. Eſt ille Canon decimustertius ex epiſtola S. Baſilii ad Amphilochium, ubi Theodorus Balſamon hiſtoriam iſtam totam de Nicephori petitione ad Synodum facta recenſet. His igitur, aliiſque geſtis Nicephorus Imp. non ſolum ſibi partam gloriam obſcuravit, verumetiam ſummam ſuperinduxit ignominiæ notam, divinamque vindictam in ſe concitavit, ut infra dicturi ſumus.

IN-

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM,

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Numerus primus paginam, ſecundus paragraphum indicat.

A

Abbas Cluniacenſis, Congregationis Præpoſitus Generalis dictus. 266. 6.
Abdalæ Corduben. Regis obitus, cui Abderamnus ſuccedit. 182. 9.
Adalberonis Epiſc. Auguſten. obitus. 177. [illegible]
Adalbero M[illegible]nis Epiſc. mon[illegible] ecclefia S. Arnul[illegible] collocat. 299. 5.
Adal[illegible]rti Tulciæ Ducis obitus, cui Guido ejus filius ſuccedit. 209. 1.
Adalbertus in Ruſſiam mittitur. 361. 5. Re infecta redit. 362. 6.
Ælfinus Odonis ſucceſſor punitur. 359. 3.
Agapiti II. Papæ ſollicitudo pro monaſtica libertate, & diſciplina. 315. 2. Marinum legatum in Gallias mittit. 321. 1. Ingelhem. concili Acta confirmat. 328. 1. Hamburgenſi Epiſc. privilegia conceſſa. 330. 5. Et monaſteriis 334. 2. Diſſidium Epiſc. Laureacen. & Salisburgenſ. componit. 338. 4. Ejus epiſt. ad Geraldum Paſſavien. Archiepiſc. *ibid.* Item ad Aymardum Cluniacens. Abb. 339. 5. Ejus obitus, cui Octavianus, ſeu Joannes XII. ſuccedit. 351. 1.
Alberici urbis tyranni obitus, cui Octavianus ſuccedit. 344. 6.
Alexander Imp. C. P. Leonis Succeſſor. 184. 4. Eutymium Patriarcham CP. ejicit, & Nicolaum revocat. 185. 5. Ejus obitus. 188. 1. Ejuſdemque impietas notatur. 188. *ibi.*
Alfredus quidam perjurii reus ſubita morte occubuit. 235. 5.
Alfredus Angliæ Rex litterarum cultor. 32. 7. Joannem Monachum vocat. 33. 9. Monaſteria condit. 34. 10. Legum Codicem edit. 34. 11. Legatos & munera Romam mittit. 35. 12. Ite-

Iterum Romam, & Hieroſolymam mittit eleemoſynas 71. 6. moritur, ei Eduardus ſuccedit. 147. 11.
Alphonſus regnum Graziæ filio renunciat, ejus obitus. 182. 8.
Alphonſus Legionis Rex regnum Ramiro renuncians fit monachus. 260. 6.
Amulo Epiſc. Taurin. turres deſtruit. 129. 18.
Anaſtaſius Pontifex Sergio ſuccedit. 183. 1.
Anaſtaſius Papa Rangeberto Vercellen. Epiſcop. Pallii uſum concedit. 193. 6. Ejus obitus. *ibid.* 1.
Antonii CP. Patriarchæ obitus, cui Nicolaus ſuccedit. 107. 5.
Apulia, Calabria, & Campania armorum ſtrepitu vexatæ. 63. 15.
Aquæ benedictæ uſu Locuſtæ exterminatæ 38. 7.
Arnulphus Bojariam obtinet. 213. 3. Ejus adventus in Italiam, & in Bojariam reditus. 269. 2.
Arnulphus Rex contra Sventibaldum Unnos, ſeu Ungaros excitat. 90. 4. Ejus geſta in Italia. 99. 5. In Italiam redit. 106. 4. Romam vi occupat. 107. 1. injurias Formoſo Papæ illatas ulciſcitur *ibid.* Ab eodem Papa Imperator coronatur. 108. 2. Formula juramenti ei ab Romanis præſtiti. 108. 2. In Germaniam redit. 109. 3. Ejus obitus. 31. 1. Cui ſucceſſit Ludovicus filius. 132. 2. Ejus geſta 148. 12.
Arnulphus Flandriæ Comes Rhemenſi eccleſiæ munera offert. 365. 3. Gerardi abbatis precibus a morbo liberatur: *ibid.*
Artaldus Remen. Epiſc. Pallium ab Joanne X. Papa accipit. 263. 3. Sedem recuperare ſatagit 305. 3. Ejus obitus, cui Oldericus ſuccedit. 391. 15.
Aſſerii initia, & geſta uſque ad Epiſcopatum. 33. 8.
Athanaſius Neap. Epiſcop. & Dux a Rom. Synodo excommunicatur. 11. 2. Ab Joanne Papa abſolvi petiit. *ibid.* Et obtinet. 13. 4.
Athelſtani Regis Angliæ victoria. 283. 5. Obitus, cui Edmundus ſuccedit. 296. 5.
Athenulphus Capuæ princeps Beneventum occupat. 78. 5. Ejus legatio ad Leonem Auguſt. 176. 4.
Atto Moguntiæ Epiſc 84.
Atto Vercellarum in Inſubria Epiſc. 371. 3. Querelæ de judiciis Epiſcoporum. 372. 3. Et de Epiſcoporum electione. 372. 4. Regi Berengario obſides dari prohibet.

hibet. 373. 5. Ejus patria, geſta, & ſtudia. 373. 6. Donatio, & teſtamentum. 374. 6. Ejuſdem ſcripta. 374. 7. Ad Presbyteros ſuæ Diœceſis exhortatio. 375. 7. Epiſtolæ. *ibid.*

Auxilius apologiam pro Formoſo Papa ſcribit. 113. 5. *ſeq.* & 114. 4. Invectiva in romanos cives. 114. 5.

B

Balduinus Flandriæ comes a Synodo Remen. admonitus. 94. 8. Per inſidias occiditur. 231. 1.

Baſilii Imp. victoria de Saracenis. 9. 15. Obitus. 53. 1. De illius geſtis, & ſcriptis 54. 3. 55. 4. Commonitorium ad Leonem filium. 55. 5. Menologium altero Baſilio Porphyrogenetæ inſcribendum. 56. 6.

Benedictus 5. in Joannis locum Papa ordinatus. 405. 9.

Benedictus Papa Joannis IX. Succeſſor; ejus litteræ ad Galliarum Epiſcopos, & Principes 148. 1. Ludovicum Imp. coronat. 149. 2. Obitus, & elogium. 153. 1.

Beneventanus Ducatus ex Radelgiſo ad Athenulphum tranſit. 147. 10.

Benno Metenſis Epiſc. crudeliter eviratus excæcatur. 245. 2.

Berengarius Virdunenſis Epis. monachos in eccleſia ſua conſtituit. 335. 3.

Berengarius opem ab Arnulpho contra Vidonem poſtulat. 89. 3. Italiæ regnum obtinet. 129. 19. Iter Romam. 205. 4. A Joanne Papa coronatur. 205. 1. Quo ritu exceptus fuerit. 206. 2. *ſeqq.* Coronationis ſolemnitas. 208. 3. Cum Rodulpho de Regno Italiæ certat. 228. 4. Poſt cladem Veronam aufugit. 229. 1. In Germaniam fugit. 293. 2. In Italiam redit. 311. 1. Eccleſiarum Italiæ ſubverſor. 313. 3. Hungaros ab Italiæ ingreſſu pecunia prohibet. 330. 6. Italiæ Rex dicitur. 331. 2. Ottoni Regi ſe ſubjicit. 336. 1. Iterum Italiæ Regnum obtinet, & turbat. 336. 2. Cum Villa uxore ſua in Ottonis poteſtatem redactus. 402. 2.

Berno Cluniacenſis Abbas ſucceſſorem ſibi deſignat. 245. 4.

Bertulphus Bojariæ Dux obit, cui Henricus ſuccedit. 318. 3.

Bohemorum converſio ad chriſtianam fidem. 103. 10.

Boleſlaus Bohemiæ Rex Otto-

ni

ni Regi ſe ſubmittit. 332. 3.
Bonifacii Papæ obitus, cui ſuccedit Stephanus. 110. 5. Bulgarorum de Ungaris victoria. 111. 8. CPolim obſident, inde recedunt. 201. 4. Eorumdem incurſiones, pax cum Romanis firmatur. 227. 2.
Boſonis Burgundiæ Regis obitus. 66. 3. Berno Gigniacenſis Abbas. 77. 3.
S. Bruno Coloniens Archiepiſc. ordinatur. 340. 2. De ejus doctrina, & pietate. 340. 3. Pallium ab Agapito recipit. 345. 1.

C

Caimus Africæ Calipha moritur. 314. 5.
Caliphæ Babilonis obitus. 87. 6. Alter Calipha Mutadida obit, cui ſuccedit Muſtaſis Billa. 152. 3. Obiit, eique ſucceſſit Abufaldus. 173. 3.
Candianus IV. Venetiarum Dux Chriſtianos vendere prohibet. 378. 10.
Carolomanni Regis Francor. obitus. 32. 5.
Carolus Craſſus Imper. a Joanne Papa Romæ coronatur. 8. 12. Germaniæ Regnum obtinet, in Nortmannos expeditio. 23. 6. Pacem pecunia conſequitur. 23. 7. Stephani Papæ ordinationem, ſe inſcio, ægre tulit. 39. 9. Probroſam pacem cum Nortmannis ſubſcribit. 63. 14. Luvardum Vercell. Epiſc. & Riccardam Uxorem abjicit. 65. 1. Imperio dejicitur, Arnulphus ei ſufficitur. 65. 2. Ejus obitus. 67. 1.
Carolus ſimplex rex Galliæ dicitur. 85. 3. A Fulcone Epiſ. Remenſi ungitur. 91. 6. Carolum inter, & Odonem bellum inſtauratur. 130. 20. & 131. 22. Proceribus inviſus. 222. 6. Cum iis reconciliatur. 223. 1. Ejus obitus. 252. 2.
Chriſtiana fides in Dania propagatur. 329. 3.
Chriſtophorus Romani Imp. filius obiit. 259. 5.
Chriſtophorus Papa, ſeu Sedis invaſor poſt Leonem. 154. 2. Inde dejicitur, & Sergius iterum eligitur. 161. 1.
Cluniacen. Ordinis primordia. 178. 3. Teſtamentum Guillemi Ducis Aquitan. pro illius Monaſterii fundatione. 179. *ibid.* Ejus proteſtatio, ne quis attentet quidquam in illius bona, & regimen. 179. 4. Berno primus Abbas. 180. 5. Cluniacenſis diſciplina in monaſteriis Italiæ, alibique tranſlata. 265. 6.
Concilium Ovetenſe. 22. 5.

Ca-

Cabillonenſe. 66. 5. Metenſe. 69. 4. Moguntinum. 70. 5. Valentinum Ludovicum regem eligit, & ungit. 75. 1. Triburienſe, & Canones in eo editi. 103. 1. Ravennaten. a Joanne Papa indicto. 125. 5. Concilia in Galliis celebrata. 170. 1. Confluen. 229. 6. Trevirenſe. 245. 3. Eratelcanum in Anglia, & Leges pro eccleſia a Rege Adelſtano editæ. 250. 5. Apud Altheim in Rhætia. 257. 3. Ratiſponenſe. 265. 5. Trenorchienſe. 329. 2. Engilenheimenſe. 358. 2. Romanum ab Joanne Papa XII., Leonem VIII. PſeudoPapam cum ſociis damnat. 403. 4. Ejus ſententia in Ordinatores Leonis. 404. 6. Siconem condemnat. 404. 7.

Confeſſionis modus, & ordo deſcribitur. 267. 6.

Conjurationes in LeonemImp. detectæ. 149. 3.

Conradus Rex Germaniæ eligitur. 186. 7. Ejus obitus. 212. 1.

Conſtantinus Porphyrogeneta Auguſtus dicitur. 181. 7. Defuncto Alexandro imperium obtinet. 188. 2. Ejus nuptiæ cum Helena. 218. 3. Ejuſdem egregia facta. 304. 1. Solus imperat. 308. 4. Scientiarum, rum, & Artium cultor. 327. 7. Filium ſuum in Imperii adminiſtratione edocet. 328. 8. Ejus liber de Imperii adminiſtratione. *ibid.* Ejus ægritudo, & obitus. 363. 1.

Cordubæ regnum *vide* Abdalæ.

Creta a Nicephoro Phoca capta. 379. 2.

D

Danorum, & Anglorum mutuæ cædes. 32. 6.

Dunſtanus Abbas in exilium ab Edvvino Rege Anglor. ejicitur. 349. 5. Ab exilio revocatus, Epiſcopus ordinatur. 356. 3. Londinenſis Epiſc. creatur. 366. 4. Ex Londinenſi in Cantuarienſem eccl. translatus. 377. 8.

E

Eccleſiarum Germaniæ infelix Status. 70. 5. Et Romanæ Eccleſiæ. 115. 6. Ab Romanorum tyrannide afflicta. 116. 7. Eccleſiæ ſuæ Chriſtus ſemper præſens eam tuetur. 200. 2. Eccleſiæ CP. pax redditur. 219. 1. Eccleſia Orientalis quartas nuptias damnat. 220. 2. & 222. 5. Occidentalis nullas reſpicit. 221. 4. Re-

4. Rerum eccleſiæ raptores, & detentores excommunicantur. 350. 8.
Edgarus Rex Angliæ. 356. 2. Ejus geſta, & leges eccleſiaſticæ. 366. 5.
Edredus Angliæ Rex obiit, cui Edvvinus ſuccedit. 348. 4.
Editha Ottonis uxor moritur. 319. 4. Ejus elogium *ibid.*
Edmundi Regis Angliæ in Duſtanum benevolentia. 296. 5. Danos domat. 300. 6. Interficitur, eique Elredus ſuccedit. 316. 3.
Edvvino remoto, Edgarus Rex Angliæ eligitur. 356. 2.
Eduardus Rex Angliæ leges eccleſiaſticas promulgat. 164. 6. Danos ſubjicit. 171. 2. Ejus obitus, cui Athilſtanus filius ſuccedit. 234. 4.
Elſegi Vintoniæ Epiſc. pia geſta. 319. 5.
De Epiſcopatus Bremenſis ſubjectione inter Colonien., & Hambur. Epiſc. diſceptatio. 105. 3. Novi Epiſcopatus querelarum occaſio in Bojaria. 133. 3. Contentio de Tungrenſi Epiſcopatu inter Hilduinum, & Richarium, qui illum a Pontifice obtinuit. 224. 2.
Epiſcoporum translationes non omnes reprobandæ. 81. 5. Epiſcoporum querelæ de novis erectis Epiſc. ſedibus. 133. 3. In Hiſpania Attilianus, & Ginnadius. 197. 8. In Dania tres conſtituti. 329. 4.
Eutimius CP. Patriarcha eligitur. 167. 4. Inde ejectus. 185. 5.
Excommunicationis formula. 142. 3.

F

Fides chriſtiana inter Moravos propagatur. 7. 9.
Flodoardus benigne exceptus ab Leone VII. Papa. 276. 6. Præfecturæ monaſterii renunciat. 401. 17.
Formoſus a Marino Papa abſolvitur, Epiſcopatui reſtituitur. 27. 1.
Formoſus Papa eligitur per obitum Stephani. 78. 2. Ejus fama vindicatur. 79. 3. Quæ in illum obiiceretur. 80. 4. Ejuſd. Epiſt. ad Epiſc. Orientales. 81. 6. Altera ad Fulconem de cauſis in Synodo a ſe indicta tractandis. 88. 2. Sollicitus pro Carolo Rege, eccleſiiſque Francorum. 95. 1. Et pro Anglicanis Eccleſiis. 98. 3. Epiſtolam ad earum Epiſcopos ſcribit. 98. 4. Ejus obitus, cui Bonifacius ſuccedit. 109. 4. Formoſi famam Luitprandus vindicat. 113. 2. Pro eo Auxilius Apologiam ſcribit. 113. 3.

Fran-

Franci ab Ungaris victi. 178. 3.
Francorum Reges in Boſonem Ducem exercitum movent. 7. 10.
Fridericus Mogunt. Epiſc. juramento ſe purgat, monachis infenſus dicitur. 297. 2.
Fulconis Rem. Epiſc. epiſt. ad Marinum Papam. 27. 2. Altera ad Hadrianum. 32. 5. Aliæ ad Stephanum Papam variis de cauſis. 48. 18. 49. 19. 50. 20. 51. 21. Et Apologiam ſcribit de Caroli coronatione. 92. 7. Conſulit Formoſum Papam de cauſis Epiſcoporum. 96. 2. Litteræ ad Lambertum Imp. 101. 7. Scribit ad Stephanum Papam, ejuſque reſponſio. 118. 9. Pontificis gratiam promereri ſatagit. 119. 16. Ad Carolum digna admonitio. 130. 21. Impie occiditur. 140. 1. Seq. epitaphium, divina ultio in illius interfectores. 141. 2. Excomunicatio in eos lata. 142. 3.

G

Gaiſaris Caliphæ Babilonen. obitus. 266. 7.
Gallia a Nortmannis ſæpe vexata. 24. 8. 26. 12. 29. 5. 31. 4. Civili bello obnoxia. 222. 6.
Garziæ Hiſpaniæ Regis obitus, cui Ordonius frater ſuccedit. 197. 7.
Germania civili bello turbatur. 339. 1.
Germundus Danorum in Anglia Rex moritur. 75. 4.
Græci Beneventum occupant: 85. 8. Infeliciter pugnant cum Bulgaris. 210. 3. Eorum exercitus Lignum Crucis veneratur, opem implorat *ibid.* Melitinam recuperant, 447. 7.
Græcorum querelæ contra Latinos pro additione verbi *Filioque*. 48. 17.
Guido Rex Italiæ in ſynodo eligitur, ejuſque pacta, & promiſſa. 73. 2. 3.

H

Hadrianus 3. Papa Marini ſucceſſor. 30. 1. Synodum celebrat. 35. 1. Ejus iter, & obitus. 36. 2. Decretum eidem adſcriptum pro electione Rom. Pont. ſuppoſititium. 37. 3. Ei ſuccedit Stephanus. 37. 4.
Haſtingus Nortmannorum Dux in Angliam tranſit. 86. 5.
Hattonis Mogunt. Epiſc. epiſt. ad Joannem Papam de obitu Arnulphi, & Ludovici filii inauguratione. 132. 2.
Henricus Germaniæ rex regalem unctionem recuſat. 213. 2. Da-

2. Danos ſubjugavit, ad Chriſtianam fidem revocat. 257. 4. Moritur. 276. 7.
Heriberti Comitis filius quinquennis contra canones electus Remen. Eccl. Epiſc. 238. 4.
Herivei Remen. Epiſc. epiſt. ad Vidonem Rothomagen. de pœnitentia Nortmannis homicidis imponenda. 143. 5.
Hilduinus Mediolanen. Epiſc. ordinatur, quis eſſet. 261. 1.
Hincmari Archiep. Remens. Epiſt. ad Carolum Imper. 18. 10. Ejus obitus. 24. 9.
Hugo Lotharii filius excœcatur. 52. 23.
Hugo Provinciæ Comes Italiæ Rex dicitur. 241. 1. Luitprandum Legatum CPolim mittit. 244. 1. Qui paulo poſt obiit. *ibid.* A Marozia ad Urbem vocatur. 353. 1. Cum qua inceſtas contrahit nuptias. 254. 2. Ab Urbe ejicitur. 256. 2. Urbem recuperare fruſtra tentat. 267. 1. Libidine, & perfidia clarus. 282. 4. Inſidiæ in Berengarium, ejusque fratrem Anſcharium Duces. 293. 1. Cum Græcis ſociatus Saracenos adgreditur. 295. 4. Ejus diſſidia cum Alberico de urbis dominio. 300. 1. Ex Fraxineto Saracenos ejicit. 303. 5. In Chriſtianorum damnum ſervat eos. 304. 6. In Gallias redit, an monachus obierit. 313. 4.
Hugo Rhemen. Epiſc. ejicitur, Artaldus ordinatur. 265. 3. Denuo in Epiſc. Rhemens. electus. 296. 1. Agapiti Papæ falſas litteras ſynodo exhibet. 323. 3. Sicut invaſor ſedis Rhemen. damnatur. 324. 4.
Hungari in Pannonia Sedes figunt, unde orti. 90. 5. Italiam excurſitant. 144. 7. Secunda eorumdem irruptio. 167. 1. Deſtruunt Monaſterium Nonantulæ. 168. 2. Francos vincunt. 178. 2. Papiam cum civibus incendunt. 231. 1. Hungarorum, ac Saracenorum irruptiones, & cædes. 244. 4. Orientale Imperium invadunt. 271. 4. Gallias iterum vaſtant excurrendo. 279. 10. Campaniam prædantur. 281. 1. Eorum clades in Galliis. 281. 2. In Germaniam a Liudulpho revocantur. 341. 2. Nonnullis Laubienſibus monachis interfectis, inde recedunt. 342. 3. Iſtorum aliqui fidem Chriſti ſuſcipiunt. 360. 4.
Hunno Epiſc. Hamburg. Chriſti fidem Danis prædicat. 258. 4.

Joan-

I

JAnuenſis civitas a Saracenis vaſtatur. 179. 10.
Jeſu Chriſti imago Edeſena Cpolim transfertur. 309. 5.
Imperium, & Italia in partes dividuntur. 68. 1. Mahumetanorum pariter diviſum. 182. 9.
S. Joannis Bapt. CP. manus ſolemniter delata. 353. 6.
Joannes Gorzienſis Abbas in Hiſpaniam legatus miſsus. 357. 5.
Joannis Papæ epiſtola ad Baſilium. 1. 1. Altera ad Photium. 2. 2. Marinum Legatum mittit. 3. 3. Photium condemnat. 3. 4. damnat pariter Legatos Paulum, Eugenium, & Petrum. 4. 5. Boſonis amicitiæ renunciat. 8. 11. Carolo Craſſo imperialem coronam imponit. 8. 12. auxilium ab eo petit, ſed fruſtra. 9. 14. ejuſdem anguſtiæ, & querelæ. 10. 1. Scribit ad Epiſcopos Regni Neap. de Athanaſii excommunicatione. 12. 3. Epiſt. ad ipsum Athanaſium de abſolutione. 13. 4. Romanum Ravenn. Epiſ. excommunicat. 15. 6. Epiſt. ad Ravennates de Epiſcopi excommunicatione. 16. 7. Angilbergæ Viduæ Imp. Ludovici patrocinatur. 17. 9. Ejus obitus. 19. 1. Sepultura, & epitaphium. 20. 2. Ejus Epiſt. ad Ildefonſum Hiſpan. Regem. 21. 3.
Joannes IX. poſt Theodorum Rom. Pont. ordinatur. 123. 2. Concilium Romæ celebrat. 123. 3. In eo damnantur Schiſmatici partis Sergii. 124. 4. & ne Sæculares Judices in criminibus punien. Epiſcopis adverſentur. *ibid.* Concilium Ravennæ cogit. 125. 5. Inſtat, ut patrimonia Eccleſiæ reſtituantur. 126. 6. Ejus exhortatio ad Epiſcopos. 127. 7. *ſeqq.* Capitula Lamberti Imp. pro Eccleſiæ utilitate. 128. 8. Ejuſdem literæ ad Clerum, & Populum Lingonien. 136. 6. & ad Stylianum Neoceſareæ Epiſc. 137. 7. & ad Heriveum Archiepiſc. Remen. 143. 4. moritur, eique ſuccedit Benedictus. 144. 6.
Joannes Papa XI. cum Marotia Matre in Carcerem conjiciuntur. 267. 2. Quid præſtare coactus a Tyranno Alberico. 269. 1. Ejus obitus. 273. 1.
Joannes XII. qua ratione legitimus Papa agnitus fuerit. 351. 2. Ejus Diplomata pro monaſteriorum incolumitate. 354. 7. Privilegia pro monaſteriorum incolumnitate. 354. 8. Privilegia pro mo-

Digitized by Google

monaſterio Cantnarien. in Anglia. 354. 8. Expeditio in Capuanos, cum quibus poſtea conciliatur. 355. 1. Adamum Farfæ Abb. conſtituit. 358. 1. Ottoni Imperii coronam offert, ab eoque juramentum exigit. 371. 2. Ejus Epiſt. ad Dunſtanum Cantuar. Epiſc. 377. 9. Adverſus Ottonem rebellis Rom. Sede dejicitur. 392. 1. Adalbertum in Urbem admittit. 393. 2. Ejus legatio ad Ottonem Imp. 394. 4. Crimina Papæ objecta. 395. 7. Publica declamatio. 398. 10. In Urbem rediit, Leo aufugit. 402. 3. Concilium celebrat, Leonem Pſeudo-Papam cum ſociis damnat. 403. 4. Ejus ſententia in ordinatores ſchiſmatici. *ibid.* Infelix obitus. 405. 8.

Joannes relicta Bononien. Eccleſia, in Ravennatem tranſlatus, poſtea Joannes X. Papa. 194. 1. ordinatur Papa. 199. 1. ejus fama vindicatur. 200. 3. Ejus conſilium de expellendis ex Gariliano Saracenis. 203. 1. E Campania ejicit. 203. 2. Berengario imperialem coronam offert. 204. 3. Pacis mediator fit inter Romanos, & Bulgaros. 211. 4. Legatos ad Compoſtellan. Eccleſiam mittit. 217. 1. Legatio ad eum Siſenandi Epiſc. Compoſtell., & Ordonii Regis. 217. 2. Agrii Epiſc. Narbonen. electionem confirmat, & Gerardum rejicit. 225. 3. in carcerem conjicitur, Petrus ejus frater occiditur. 247. 1. ejus obitus. 248. *ibid.* cui ſucceſsit Leo ſextus. 249. 2.

Joannis Scoti Martyrium commentitium eſt. 27. 3.

Pro Italiæ regno inter Berengarium, & Guidonem decertatur. 71. 8. Hungarorum irruptione affligitur. 145. 8. Itali turribus, & arcibus ſe muniunt. 195. 9. Civili bello turbatur. 227. 3., & 228. 4. Eccleſiarum Italiæ infelix conditio. 371. 3.

L

Ambertus imperio ſociatur. 84. 1. Ejus Capitula pro Eccleſiæ utilitate. 128. 8. ejus obitus. 128. 9.

Legati Joannis Papæ e CPoli Romam redeunt. 1. 1. Miſsi ad Joannem Papam a Siſenando, & Ordonio rege. 217. 2.

Leges Presbyteris Angliæ traditæ 369. 8.

Leo Baſilii filius e carcere eductus imperio reſtituitur. 53. 2. eoque potitur. 57. 7. Conjurationibus obnoxius. 149. 3. Quartam Uxorem ducit. 165. 1., & 166. 2.

De

De trigamis legem vulgat. 168. 4. Ejus obitus. 183. 2. ejusque opera. 184. 3.
Leo V. Papa Succeſſor Benedicti, & in ejus locum poſt paucos dies Chriſtophorus. 154. 2. Leo sextus ſuccedit Joanni X. 249. 2. Ejus obitus, Stephanus VII. Succeſſorem habet. 252. 1.
Leo VII. Rom. Pontifex ordinatur, ejus elogium. 273. 2. Monaſticæ vitæ ſtudioſus, & reſtaurator. 274. 3. Odonem Abb. Romam vocat. *ibid.* Ejus Diploma ad Odonem 284. 1. Ejus obitus, cui Stephanus VIII. succedit. 287. 1.
Leo VIII. Pseudo Papa creatur. 399. 12. Schiſmaticus damnatur. 403. 5. Ejus conſtitutio apocrypha in Ottonis gratiam. 407. 10.
Liutulphus Ottonis filius Italiæ partem maximam ſibi ſubjicit. 355. 9.
Lotharius in ſocietatem Regni Italici ab Hugone adſciſcitur. 254. 3. Italiæ Rex dictus. 312. 2. Ejus obitus. 331. 1.
Ludovici Germaniæ regis obitus. 185. 6. In ejus locum Conradus eligitur. 186. 7.
Ludovici regis in Italiam tranſitus, & reditus in Galliam. 126. 5. In Italiam redit. 146. 9. A Benedicto Papa imperii coronam accipit. 149. 2. Italia pellitur. 150. 1. excæcatus in Galliam redit. 151. *ib.* Ejus querelæ contra Hugonem ſynodo expoſitæ. 323. 2. Ejus obitus, cui Lotharius ſuccedit. 344. 5.
Ludovicus tertius Galliæ Rex moritur, cui Carolomannus ſuccedit. 25. 11.
Luitprandi legatio CPolim ad Conſtantinum Imp. 316. 4. Cremonæ Epiſc. ordinatur. 390. 14. Vitæ ſeries uſque ad Epiſcopatum. *ibi.* Ad Synodum Rom. allocutio adverſus Joannem Papam. 396. 8.

M

MAnaſſes Arelat. Ep. plures ſibi Epiſcopatus vindicat. 280. 11. Hugone relicto Berengarium recipit. 312. 1.
Marinus Pontifex. 20. 2. Cum Carolo Imp. apud Nonantulam loquitur. 28. 4. Ejus obitus, cui ſuccedit Hadrianus. 30. 1.
Marinus II. Papa. 302. 3. Privilegium pro Caſſinen. monaſterio. 306. 1. Obiit, cui Agapitus ſuccedit. 314. 1.
Martyrium Procopii Tauromenii Epiſc, & Sociorum. 87. 7.
Mathildes uxor Henrici Regis

Digitized by Google

gis Germaniæ electi. 212. 1.

Metaphraſtes *vide* Simeon.

Metodius Moraviæ Epiſc. falſo accuſatur. 5. 6.

Miſſas barbara lingua celebrare Joannes Papa vetat, Pſalmodiam permittit. 5. 6. In lingua Sclavonica, ut Miſsa celebretur permittit. 6. 7. Evangelium primum latine, deinde Sclavonice legi jubet. 6. 8.

Monaſteria ſecularibus viris, & fœminis paſſim tradita, vel ſimoniacis vendita. 289. 4.

Monaſterium Caſſinenſe a Saracenis deſtruitur, Bertarius Abbas, aliique occiduntur. 30. 2. Nonantulanum deſtructum ab Ungaris. 168. 2. Novalicen. ab Hungaris. 169. 4. Cluniacen. 178. Et *vide* Ordinis *Cluniacen.* Aurelianenſe conditum a Giraldo. 181. 6. Dolense ab Ebbone. *ibid.* Monaſteria plurima in Congregationem apud Cluniacenſes erecta. 266. 6.

Moravi chriſtianam fidem amplectuntur. 7. 9.

Muſtaſis Saracen. Calipha deponitur, cui Mutius Lilla ſeu Almoti ſuccedit. 311. 1.

N

Nicephorus Phocas Imperium occupat. 400. 14. Ejus victoriæ. 408. 12. Ob gravia tributa populis inviſus. 408. 14. Eccleſiarum res invadit. 408. 15. Mopſueſtiam, & Tarſum ab Saracenis eripit. *ibid.*

Nicolaus Antonio CP. Patriarchæ ſuccedit. 107. 5. Exilio relegatur. 166. 2.. Inde ab Alexandro Imp. revocatur. 185. 5. Anaſtaſio Papæ ſcribit de quartis nuptiis Leonis Imp. 189. 3. Ejus epiſt. ad Simeonem Bulgariæ Principem. 211. 4. Ad Joannem Papam epiſt. 120. 2. Ejus obitus. 240. 6.

Niconis Armeni Apoſtolatus in Creta. 380. 3.

Nocheri Balbi obitus, & opera. 192. 5.

Nuptiæ tertiæ, & quartæ in Orientali eccleſia damnatæ. 220. 4. Eas Imp. Conſtantinus, & Romanus prohibent. 221. 3.

Nortmanni ingentes clades inferunt, Civitates incendunt. 24. 8. Galliæ Urbes vaſtant. 26. 12. Iterum Galliam affligunt. 29. 5. 31. 4. A Francis, & Friſiis victi, ac fugati. 52. 22. Pariſios obſi-

obſident. 62. 13. A vaſtatione Urbis Senonum pretio abſtinent. 63. 14. Lutetiæ Pariſiorum tertio infeſti. 76. 2. In Conſtantienſi territorio oppidum deſtruunt, Epiſc. occidunt. *ibid.* Adverſus Chriſtianos iterum in Germania certant, mutuæ clades. 83. 9. Eorum Dux Rollo pace cum Francis inita baptizatur. 186. 8. Quot mala regnum, & eccleſia Gallicana a Nortmannis pertulerint. 187. 9.

O

Occidentalis eccleſia nullas nuptias reprobat. 221. 4.

Octavianus factus Pontifex nomen in Joannem mutat. 352. 3.

Odo Abbas pacis ſequeſter inter Hugonem Regem, & Albericum. 275. 4. Facta egregia. 275. 5. A Leone Papa VII. Romam vocatus. 285. 2. Scholia in vitas Martini addit. *ibid.* In urbe infirmatur, rediens in Galliam obiit. 302. 4.

Odo Cantuarienſis Epiſc. floret. 320. 6. Ejuſque Conſtitutiones. 321. 7. Epiſt. ad Epiſc. ſuæ Metropolis *ibid.* Obiit. 359. 3.

Odo Rex Franciæ renunciatur. 68. 2. Cum Carolo bellum iterum agit. 130. 20. moritur, & Carolus totius Franciæ fit rex. 131. 22.

Ordinis Cluniacen. primordia. 178. 3.

Ordonii III. Legionis Regis obitus, eique Sancius ſuccedit. 349. 6.

Ordonii II. Regis Legionis obitus. 237. 3. Cui ſucceſſit Ordonius tertius. 238. *ib.*

Oſvvaldus Virgonienſis Epiſc. ordinatur. 377. 9.

Otto Rex Germaniæ, dicitur, & coronatur. 278. 8. Victoria de hoſtibus precibus impetrata. 286. 4. Altera inſignis victoria. 287. 2. Pietas commendatur. 289. 3. Italiam occupat, Adelaidem uxorem ducit, 333. 1. Cum filio ſuo civile bellum componit. 341. 1. Adverſus Hungaros ad bellum ſe parat. 346. 2. De ejus inſigni victoria. 347. 3. Filium ſuum Ottonem Germaniæ Regem declarat. 378. 1. Nullo reſiſtente Italiam occupat. 379. 1. Romæ a Joanne Papa coronatur. 381. 1. Ejus diploma, & juramentum Rom. Pontifici exhibitum. 382. 2. Villam Berengarii uxorem liberam dimittit. 383. 4. Inſulam S. Julii Novar. eccleſiæ reſtituit. 384. 5. Berengarium in arce S. Leonis obſidet. 392. 1. Ejus legatio ad Joannem Papam. 394. 5. Ro-

Digitized by Google

mæ in ejus adventu concilium celebratur. 395. 6. Querelæ adverſus Joannem Papam. 397. 9. Et Leonis Pſeudo Papæ privilegia. 400. 15. Romani rebelles ab eo occiſi. 401. 1. Ejus exercitus peſte vaſtatur. 407. 11.

P

PElagii pueri certamina, & martyrium. 237. 2.

Photii epiſt. ad Patriarcham Aquilejen. 42. 12. Invehitur in Latinos ob additionem *Filioque* in Symbolo. 43. 13. CP. ſede dejicitur, Stephanus ordinatur. *ibid.* Ejus obitus, & ſcripta. 60. 11.

Plegmundi Cantuariæ Epiſcopi obitus. 231. 3.

Pœnitentia ſeptennalis pro homicidio voluntario in Conc. Triburien. decreta. 104. 2. Quo ritu fieret. 367. 6. Qua ratione pœnitentiæ redimerentur. 368. 7.

Polyeuctus CP. Patriarcha ordinatur. 353. 5.

Præfatio in Seculum decimum. 138.

Principes varii, hoc ſeculo litterarum ſtudioſi. 202. 6.

R

RAdelchiſius, ejectis Græcis, Beneventum recuperat. 111. 7.

Rainerii Lotharingiæ Ducis diploma apocryphum. 194. 3.

Ramiri Regis adverſus Arabes victoria. 392. 6. Ejus obitus, cui Ordonius III. ſuccedit. 332. 4.

Raptores, & detentores eccleſiæ rerum *v.* Eccleſia.

Ratherius Veronenſis Epiſc. ordinatur. 262. 2. Papiæ carcere includitur. 270. 3. Veronam redit, inde ejicitur. 291. 5. Brunonis præceptor. 310. 6. In Epiſc. Leodienſem eligitur. 344. 7. Sedi renunciare cogitur. 345. 7. Romam ire cogitat. 386. 8. De clero ſuo querelæ. 387. 9. Italorum vitia exponit. 383. 10. De ejus operibus. 388. 11. Veronenſis cleri adverſus eum querelæ. *ibid.* Ejus ſermones, & epiſtolæ. 389. 12. Epiſcopatui renuncians, in Galliam redit, ibique obiit. 389. 13.

Regino Abbas Monaſterii Prunienſis, ejus ſcripta. 85. 2. Chronicon abſolvit; Quis eſſet. 172. 1.

Robertus Francorum rex inauguratur. 228. 5. Cum Carolo bellum gerens, obiit, Rodulphus ſuccedit. 230. 2.

Rodulphi Francorum Regis obitus, cui Ludovicus ſuccedit. 279. 9.

Ro-

Rodulphus in Burgundia regnat. 69. 3. Ejus obitus, cui filius Rodulphus ſuccedit. 192. 4. Rodulphi, & Berengarii exercitus pugnant ad Florentiolam. 229. 1. Ægrotus Sanctorum auxilium implorat. 233. 2. Italia dimiſſa Burgundiam redit. 235. 1. Ejus obitus, cui Conradus ſuccedit. 282. 3.

Rollo Nortmannorum Dux obiit, cui Willelmus filius ſuccedit. 210. 2. Et *vide* Nortmanni.

Romana Eccleſia antiquam Symboli formam retinuit. 46. 16. Epiſcopi Galliæ eidem obſequium præſtant. 175. 2.

Romani Epiſc. Ravenn. obitus 16. 8.

Romani filii Conſtant. Imp. nuptiæ cum Berta Hugonis filia. 307. 2. A filiis throno dejicitur. 307. 3. Conſtantinus ſolus imperat. 308. 4. In Imperio patri ſuccedit. 364. 2.

Romani Pontificis libera electio. 383. 3.

Romanorum bella cum Saracenis. 172. 2. Romanos inter, & Bulgaros inita pax, Petri nuptiæ cum Irene. 246. 6.

Romanorum Pontificum chronologia apud Baronium confuſa. 171. 1.

Romanus Lacapenus Cæſar, & Auguſtus dicitur. 218. 3. Ejus genus, mores, & geſta. 218. 4. Cum Conſtantino edictum edit contra quartas nuptias. 221. 3. Conjuratione in ipſum detecta, rebellibus caſtigatis, primum locum obtinet. 226. 1. Ejus filius imper. ſociatus obiit. 259. 5. Ejus obitus. 399. 12.

Romanus Papa in locum Stephani, Et ejus geſta. 121. 10. Ejus obitus, cui ſuccedit Theodorus. 122. 1.

Ruſſorum claſſis a Græcis diſperſa, & incenſa. 297. 3. 298. 4. Quo tempore incolæ inſulæ Rugiæ Chriſti fidem ſuſceperint. 362. 7.

S

Sanctius Navarræ Rex obiit, cui Garzias Sancius ſucceſſit. 242. 2.

Saraceni a Græcis in Apulia, & alibi victi. 31. 3. Saracenorum Reges in Hiſpania Mahumet, & Almundini obeunt. 71. 7. Siciliam vaſtant. 87. 7. Irrumpunt in Calabriam, ubi Abrahim fulmine percuſſus obiit. 152. 2. Theſſalonicam diripiunt. 154. 3. Cujus excidium a Caminiata deſcribitur. 155. 4. Fraxinetum occupant, Burgundiam,

Digitized by Google

diam, & Italiam excurrunt. 169. 3. Novalicen. Monaſterium deſtruunt. 169. 4. Bella in Italia cum iis geſta. 173. 4. Iterum in Italiam irrumpunt. 198. 9. In Hiſpania chriſtianorum exercitum debellant. 222. 7. In Fraxineto peregrinis infeſti ſunt. 225. 4. & 252. 2. Januenſem civitatem deprædantur. 279. 10. Vias infeſtant, monaſterium Agaunenſe incendunt. 294. 3. In Aſia a Leone Phoca victi. 381. 4. In Hiſpania, & Sicilia eorum res proſperæ. 381. 5.

Sergius 3. Rom. Pont. ordinatur. 161. 2. Ejus corrupti mores, & geſta. 162. 3. Lateranen. Baſilicam reſtaurat. 163. 4. Synodum in Anglia congregari jubet. 163. 5. Baronii cenſura in hunc Pontificem. 172. 1. Ejus obitus, cui Anaſtaſius ſuccedit. 183. 1.

Simeon Bulgariæ Princeps ex Monacho Rex. 202. 5. Non illiteratus. *ibid.* 6. obiit, eique Petrus ſucceſſit. 246. 5.

Simeon Monachus invenit Theotiſtam Eremitam. 159. 6.

Simeonis Metaphraſtes ætas, geſta, & ſcripta. 157. 5. Himerii Ducis legatus. *ibi.* Cui Simeon Monachus occurrit. 159. 6. Vitas SS. ſcribit. 195. 4. Cur, & qua ratione eas ſcripſerit. 196. 5. Ejus in ſcribendo diligentia. *ibid.* 6.

Siſenandi Legatio *vid.* Legati.

SithricusNortumbriæ rex Chriſti fidem abdicat. 243. 3.

Stephanus Papa eligitur, defuncto Hadriano. 37. 4. Ejus mores, & geſta. 38. 5. & 6. Locuſtas uſu aquæ benedictæ exterminat. 38. 7. Exhortationem ad populum habet. 39. 8. Ejus epiſt. ad Baſilium Imp. objurgatoria. 40. 10. Defendit octavam Synodum contra Photium. 41. 11. Epiſt. inter Stephanum, & Fulconem viciſſim miſſæ. 48. 18. De nonnullis Fulconis cauſis ad Stephanum delatis. 49. 19. De cauſa Epiſc. Lingonien. 50. 20. De diſſidio inter Colonien. & Hamburgen. Epiſc. 51. 21. Epiſt. Orientis Epiſcop. recipit de Photii geſtis. 58. 8. & 9. Ejus reſponſio. 60. 10. Reliquias Martyrium in Urbem transfert. 61. 12. Ab Rege Arnulpho auxilium poſtulat. 77. 4. Ejus obitus, & epitaphium. 78. 1.

Stephanus 6. Pontifex poſt Bonifacium. 110. 5. Illius epiſt. ad Arnuſtum Epiſc. Narbon. 110. 6. immane ejus facinus in defunctum For-

Formoſum. 112. 1. Decretum facit de Rom. Pont. ordinatione. 117. 8. Infelix ejus interitus. 120. 10. Epitaphium. *ibid.* Succedit Romanus. 121. 10.

Stephani 7. Papæ obitus, cui Joannes XI. ſuccedit. 256, 1.

Stephanus VIII. Papa. 287. 1. In Galliis pacem reſtituit. 301. 2. Ejus obitus, cui Marinus ſuccedit. 302. 3.

Stephanus CP. Patriarcha ordinatur. 57. 7. Ejus obitus, cui Antonius ſuccedit. 94. 9. Stephanus alter CP. Patriarcha ab Amaſea translatus. 240. 6. Obitus 249. 2. Ei ſuccedit Triphon. *ibid.*

Styliani Neoceſareæ, & aliorum Epiſc. Orient. epiſt. ad Stephanum Papam. 57. 8. Alia eorumdem Epiſcoporum Orient. ad ipſum Stephanum. 72. 1.

Sventibaldus Moraviæ Rex in Arnulphum rebellis. 76. 2. Ejus obitus. 102. 9.

Suzonis Moguntini Epiſc. obitus, cui Atto ſuccedit. 84. 9.

Synodus Romana Athanaſium Epiſ. Neap. excommunicat. 11. 2. Synodus Moguntina. 66. 4. Landaviæ. 67. 6. Papien. pro electione Guidonis in regem Italiæ. 73. 2. Seqq. pacta, & promiſſa Regis. 73. 3. Viennenſis, ejusque Canones. 86. 4. Romana a Formoſo indicta. 88. 1. Remenſis Flandriæ Comitem admonet. 94. 8. Cabillonenſis, in qua Gerfredus monachus ab homicidii crimine purgatur. 102. 8. Anglicana ab Epiſc. Cantuarien. congregata jubente Sergio Papa. 163. 5. In Gallia Triberienſis. 171. 1. Trojelana ab Heriveo Remen. Archiep. celebrata. 174. 1. Ejus exhortatio de catholica fide retinenda, & moribus corrigendis. 173. 3. Altheimenſis. 214. 4. Epiſcopi in ea congregati in culpa ſe eſſe profitentur. 215. 5. Seqq. Canones de morum reformatione. 215. 6. Et alia capitula. 216. 7. Troslejana 223. 1. Exfordienſis. 264. 4. Canones quinque in ea editi. 264. 5. Ad Macram in Rhemis celebrata. 272. 1. Londinenſis in Anglia. 310. 7. Verdunenſis in cauſa Hugonis, & Artaldi de Epiſcopatu Rhemenſi. 317. 1. Helenenſis. 318. 1. Ad Caſtrum Moſomi. 322. 1. Trevirenſis. 325. 5. Londinenſis. 327. 6. Auguſtana ejuſque canones. 337. 3. Landavenſis, quæ pœnam pro occiſoribus Diaconi ſtatuit, 349. 7. Ad Matronam

in

in pago Meldenſi. 391. 15. Romana adverſus Joannem XII. 395. 6. Ejus geſta in pluribus redarguuntur. 398. 11.

T

Theodoræ nobilis ſcorti dignitas, & auctoritas. 194. 2.
Theodoræ uxoris Romani Imp. obitus. 226. 1.
Theodorus Papa poſt Romanum, ejuſque geſta. 122. 1.
Theophilactus CP. Patriarcha ordinatur. 268. 3. Neſanda geſta, & obitus 352. 4.
Theotiſtæ Eremitæ ſolitariæ vitæ ſeries. 159. 7.
Theotmari, aliorumque Epiſc. epiſt. ad Joannem Papam. 133. 3.
Triphon CP. Patriarcha ordinatur, inde dejicitur. 260. 7.

V

Valæ Metens. Epiſc. obitus. 25. 10.
Valpertus Aquilejen. Epiſc. Photio adhæret. 44. 14.
Venceslai Bohemiæ Ducis Martyrium. 285. 3.
Venetiarum Dux Urſus obiit, Joannes Filius ſuccedit. 18. 11.
S. Viloredæ virginis recluſæ martyrium. 239. 5.
Vido Imp. a Stephano V. coronatur. 82. 7.
Vidonis Marchionis Thuſciæ obitus, Hugonem ad Urbem Marozia vocat. 253. 1.
Villelmus Aquitaniæ Dux Monachus obiit. 401. 16.
Villelmus Nortmanniæ Dux occiditur. 305. 2.
S. Uldaricus limina SS. Apoſtolorum viſitat. 178. 1.
Uldaricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus ordinatur. 233. 3. Pacis ſequeſter inter Ottonem Regem, & filium Liudulphum. 343. 4.

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. dilata	dilatata
25. Te lectos	Te lector
35. Statuturum	Statutorum
40. ullum	illum
68. indefenſus	indefeſſus
76. Vigilius	vigiliis
203. ſequenti	sequuti
247. nonnullibi	nullibi

Digitized by Google

A. SALVAREZZA
RESTAURO
Via A. Corvi n. 5
Tel. 88.57.67

Digitized by Google

Digitized by Google